UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

Th. 1001a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILIORVM

TOMVS QVINTVS.

EPHESINI CONCILII GENERALIS

PARS I. ET II.

Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. XLIV.

Ferdinandus Dei et Apostolicæ sedis gratiâ Epūs Paderbornensis
Coadjutor Monasteriensis. S.R.I. Princeps, Comes
Pyrmontanus, Theodoriano Soc. Jesv collegio
Paderbornæ donavit
Anno 1673 29 Decembris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ΗΕΝ

ΕΦΕΣΩ ΑΓΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΤΡΙΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ.

SANCTVM EPHESINVM CONCILIVM, TERTIVM GENERALE.

HISTORIA CONCILII EPHESINI.

ANNO CHRISTI 431.



VCCESSERAT *in*[a] *Constantinopolitana sede Nectario sanctus Ioannes Chrysostomus, Chrysostomo Arsacius Nectarii frater, Arsacio Atticus, Attico Sisinnius. Post cuius obitũ Theodosius iunior Augustus, Theodosii senioris nepos, & Arcadii filius, aduersis pugnantiũ ciuium studiis offensus, non ex Constantinopolitana, sed ex Antiochena ecclesia adsciscendũ episcopum putauit, Nestoriũ* [b] *nomine, Germaniciæ natum, dicendi quidem facultate præditum, a forensi* [c] *tamen strepitu alienum: qui plebeii vestitus ruditate, incessus ac supercilii grauitate, oris pallore ac macie, cum continentiæ, pietatis, ac veteris disciplinæ mentiretur imaginem, magno omnium consensu Constantinopolim accersitus, IV. Idus Aprilis, Felice & Tauro coss. episcopus initiatus est. Duxerat secum Antiochia* [d] *Anastasium presbyterum, fidissi-*

[a] Socrat. lib. 6. c.17. & 18. lib. 7. cap. 26. & 29.

[b] Socrat. lib. 7. ca. 29. Liberat. in Breuiar. ca. 4.

[c] Theodor. lib. 3. de fabul. hæret. cap. vlt.

[d] Socr. l. 7. c. 32. & Liber. cap. 4.

ANNO CHRISTI 431.

mum comitem, quo admodum familiariter vtebatur. Is pre-
[e] Socrat. & Liberat. vbi supr. *sbyter* [e] *cum aliquando verba faceret ad populum, in tantum scelus erupit, vt beatam Mariam* Θεοτόκον, *hoc est, Deiparam vocandam esse impudentißime negauerit, propterea quod ab homine Deus nasci non posset. Excitauit impia vox magnos populi tumultus ac turbas. Nestorius autem suum presbyterum tantæ seditionis auctorem, diro alioquin anathemate & vltimo dignum supplicio, aduocata concione magnifice collaudauit: vtque sacrilegia sacrilegiis obfirmaret, sublato Deiparæ nomi-*
[f] Vincent. Lirinen. cap. 17. *ne, Christum Dominum* [f] *in duas distraxit hypostases ac personas; in eoque asseruit sicut naturas duas, ita & filios duos, & Christos duos; vnum quidem Deum ex patre Deo, hominem alterum ex matre; quam idcirco non Theotocon, sed Christotocon appellabat.*

[g] Par. 1. cap. 10. & 22. *Sed & Dorotheus* [g] *quidam episcopus spe sordidi quæstus religionem prodidit. Nam in ecclesia coram Nestorio sacris operante, cum in editiorem cathedram irrupisset, ex ea repente omnibus qui Deiparæ vocem vsurparent, anathema conclamauit.*
[h] Par. 1. cap. 10. *Facinus* [h] *comprobat Nestorius, impiumque impius sacrorum mysteriorum communione dignatur. Attollitur* [i] *continuo irati populi clamor ac fremitus aduersus episcopum; obstrepitur docenti; decurritur per vrbem magno tumultu; ab nefarii hominis consortio secessio fit non modo plebis & senatus, sed monachorum quoque, & eorum qui archimandritæ dicebantur; mœstis de-*
[i] Par. 1. cap. 14. [k] Par. 1. cap. 29. *mum vocibus* [k] *inclamatur per vicos, esse quidem in vrbe regulum, episcopum non esse. Quas ob causas ira ac metu furere Nestorius, rapere quos posset ad iudicum tribunalia, clericos* [l] *recte*
[l] Par. 1. cap. 14. *sentientes ab aris ac focis auellere; vexare fame, vinculis, cal-*
[m] Par. 1. cap. 29. [n] Par. 1. cap. 14. *cibus* [m] *archimandritas. Vulgantur* [n] *interea per orientem descriptæ Nestorii conciones, sanie ac veneno diffluentes: fremunt aduersus eas orthodoxæ plebes & antistites, Cyrillus* [o] *in primis*
[o] Prosper contra Collatorem, cap. 41. *Alexandrinus episcopus, vir omni sapientia & sanctitatis exemplo clarißimus; quem difficillimo sane tempore Deus & apostolicæ fidei propugnatorem, & Nestorii antagonistam acerri-*
[p] Par. 1. cap. 2. & 14. *mum compararat. Is primum Aegypti* [p] *monachos per literas de Nestorio docuit, eiusque detestabilem vaecordiam, prout par erat, detexit: deinde cum Nestorianum malum magis ac magis inualesceret, pullulantem hæresim doctißime confutauit libris tribus ad Theodosium & ad reginas, hoc est, Pulcheriam & Eudociam, missis: tametsi secus quam oportuit, eam rem interpretatus*

ANNO CHRISTI 431. *imperator, ſuadente Neſtorio, illum acerbioribus quam decuit literis perſtrinxerit. Dedit & aliis alias eodem argumento epiſtolas Cyrillus; quæ piorum hominum ſtudio cum ad Neſtorium perlatæ fuiſſent, is grauiter offenſus, ſanctiſſimi viri exiſtimationem cœpit criminationibus ac probris atrociſſimis violare. Illum contra Cyrillus crebrioribus literis ad ſaniorem mentem hortari, & quam longe ab apoſtolicis traditionibus receſſiſſet, edocere. Calcitrabat contra ſtimulum Neſtorius, & hortatorem ſuum quaſi inſolentem & indoctum frequentibus per epiſtolas conuiciis impetebat. Verum nec Conſtantinopolitani imperii finibus contentus homo nequiſſimus, Romanorum etiam aures auſus eſt pertentare. Miſit itaque per Antiochum virum illuſtrem Cæleſtino Romano epiſcopo impias, quas Conſtantinopoli habuerat, conciones. Cyrillus quoque ſuas ad Neſtorium, & Neſtorii ad ipſum vltro citroque datas literas, per Poſsidonium Alexandrinæ eccleſiæ diaconum eidem Cæleſtino miſit. Qui ſtatim coacta Romæ multorum* [q] *epiſcoporum Synodo, cum nefarii hominis mentem ſenſumque ſolerter inſpexiſſet, ſacro approbante Concilio,* [r] *exitialem hæreſim damnat. Deinde ſeueriſſimas execrationes, & epiſcopalis abrogationem honoris denuntiat Neſtorio, niſi intra decem dies conſceleratam, quam inuexerat, ſectam publicis teſtificationibus eiuraret: reſtituitque in priſtinum gradum quos ille vel ab eccleſiæ communione, vel a ſacris functionibus abſtraxerat. Tum per literas primariis* [s] *orientis epiſcopis catholicæ fidei patrocinium aduerſus Neſtorianos furores grauiſſimis verbis commendat, Cyrillo* [t] *in primis, cui ſuas etiam partes viceſque demandat, vt apoſtolicæ ſedis nomine ſententiam contra Neſtorium (niſi intra legitimum tempus facti pœniteat) euulget, atque exequatur, peſtilentemque hominem a fidelium communione depellat: qua de re Conſtantinopolitanum etiam populum Cæleſtinus* [u] *docuerat per epiſtolam. Cyrillus, quo ſuo officio ſatisfaceret, plures epiſtolas de fidei veritate, & Neſtorii cauſa, vna cum mandatis Cæleſtini, ad Ioannem* [x] *Antiochenum, Iuuenalem Hieroſolymitanum, & Acacium Beræenſem tranſmiſit: & vt conſultius ageret, Alexandrinam* [y] *Synodum coegit, & quatuor* [z] *epiſcopos miſit, qui Neſtorium coram commonefacerent, eique inſignem Synodi* [a] *epiſtolam deferrent, duodecim capita, qui ab anathemate aduerſus hæreticos anathematiſmi dicti ſunt, complectentem. Spreuit omnia Neſtorius: rogantibus epiſcopis ne aditum* [b] *quidem præbuit: anathematiſmos*

[q] Par. 1. cap. 26.
[r] Par. 1. cap. 15. & 18.
[s] Par. 1. cap. 20.
[t] Par. 1. cap. 15.
[u] Par. 1. cap. 19.
[x] Par. 1. cap. 21. 22. & 24.
[y] Par. 1. cap. 26. & 27.
[z] Act. 1. ante med.
[a] Par. 1. cap. 26.
[b] Act. 1. ante med.

[c] Par. 1. cap. 29. [d] Par. 1. cap. 30. ANNO CHRISTI 431.

[c] anathematiſmis oppoſuit: monachos, qui conſiliis ipſius obſiſtebant infenſius, adegit in cuſtodias [d] ac tormenta: ſed & in ceteros quacumque potuit ferocia & crudelitate deſæuiit.

At vero, cum Cyrillus ipſius Neſtorii reſipiſcentiam ſibi in primis ante oculos proponeret, Synodum generalem neceſſariam eſſe putauit: ſtatimque, vt dictum eſt, præcipuas orientis eccleſias, earumque antiſtites literis perurgere inſtitit, vt communicatis conſiliis cogitarent de Neſtorio vel ad meliorem frugem reuocando, vel, ſi res ita ferat, ab eccleſiæ membris reſecando iuxta Cæleſtini Decretum. is enim pontificis auctoritatem, veluti maximum huius cauſæ pugionem & clypeum, inculcabat omnibus, quibus ſcribebat, epiſcopis, præſertim Iuuenali Hieroſolymitano, Acacio Beræenſi, & Ioanni Antiocheno, quem præter alios affatur his [e] verbis: Porro autem expoſitionibus Neſtorii, eiuſdemque epiſtolis, & iis præcipue, in quibus, quod apertam ipſius ſubſcriptionem præ ſe ferrent, nullus tergiuerſandi locus reliquus erat, palam lectis, ſacra Romana Synodus diſertam ſtatim in illum ſententiam tulit. Qua de re & ad tuam quoque pietatem perſcripſit. Horum proinde Decreto modis omnibus parendum eſt illis, qui a totius occidentis communione excidere noluerint. Scripſerunt namque expoſitæ ſententiæ exempla cum ad Rufum piiſſimum Theſſalonicæ epiſcopum, tum ad alios quoque nonnullos religioſiſſimos Macedoniæ epiſcopos, qui ab illius ſententia non temere decedere ſolent. Scripſerunt nihilo ſecius & ad Iuuenalem quoque piiſſimum Hieroſolymorum epiſcopum. Jam tuæ pietatis fuerit, diligenter quid in rem futurum ſit expendere. Nos enim quæ illi iudicauerunt, ſequi omnino conſtituimus. Veremur namque, ne a tantorum virorum communione excidamus, qui non leui de cauſa indignantur, neque ob parui momenti res hos motus excitarunt, eamque ſententiam tulerunt; ſed propter ipſam fidem, vniuerſaſque orbis terrarum eccleſias, & communem populi ædificationem.

[e] Par. 1. cap. 21.

Hæc autem tam vehemens Cyrilli exhortatio ad parendum Cæleſtino, non alio ſane ſpectabat, quam ad implorandum epiſcoporum Conuentum & Synodum, quæ de Neſtorio cognoſceret. de hac enim diſerte Cæleſtinus [f] Ioanni ſcripſerat his verbis: Sciat nihilominus ſanctitas tua, eiuſmodi a nobis, vel ab ipſo verius Chriſto Domino ac Deo noſtro per nos ſententiam in Neſtorium latam eſſe, videlicet quod niſi intra decem dies poſt acceptam admonitionis noſtræ ſyngrapham enumerandos, ſacrilegam de Chri-

[f] Par. 1. cap. 20.

ANNO CHRISTI 431. *sti ortu doctrinam scripta confessione damnauerit, eamque fidem in posterum se sectaturum promiserit, quam & Romanorum & Alexandrinorum & vniuersa profitetur & seruat ecclesia, certo fore, vt ab episcoporum Synodo exauctoretur, proprioque exitio se læsum esse experiatur.] Ac propterea in epistola* [g] *quam ad ipsum Concilium Ephesinum per Arcadium & Proiectum episcopos, & Philippum presbyterum, legatos suos, Cælestinus dedit, manifesto declarat, quanta cum eius voluntate, aut voluptate potius ad eam Synodum celebrandam conuentum fuerit. Non immerito igitur Firmus* [h] *Cæsareæ Cappadociæ, & Iuuenalis Hierosolymorum, episcopi palam in Ephesina Synodo legatis apostolicis profitentur, ipsam Synodum secutam id quod præscripserat Cælestinus, eiusque auctoritate compulsam de Nestorii dogmate & abdicatione exercuisse iudicium.*

[g] Action. 2.

[h] Act. 2. in fin.

His expositis planum fit, orientalibus episcopis satis perspectum compertumque fuisse, iussisse Cælestinum, vt quod ipse de Nestorio decreuerat, id rursus ipsi sancirent & exequerentur in Synodo. Verum quoniam plurima, quæ ad Synodum tam auspicandam, quam ad optatos exitus promouendam pertinebant, vix perfici poterant sine imperatoris auctoritate; quocirca moris erat his in rebus imperatoriæ maiestatis implorare præsidium: ideo [i] *Cyrillus Iuuenalem Hierosolymorum episcopum monet, serio cum imperatore agendum esse, vt ad Nestorianos fluctus, quibus agitabatur orbis terrarũ, sedandos suam opem potestatemq; conferret. Scribit &* [k] *Constantinopolitanis, qui cum ipso sentiebant, si Nestorius amicorum monitis non acquiesçat, rem ad Concilii tribunal oportere deduci. Quibus literis, & quotidianis quibus a Nestorio vexabantur iniuriis, commoti Basilius diaconus & vniuersus monachorum ordo, qui degebant Constantinopoli, enixe Theodosio* [l] *supplicarunt, vt ad restituendum ecclesiarum, quas Nestorius discindebat, nexum & pacem, ad Synodum episcopos conuocaret. Quibus rebus adductus imperator Theodosius, ipsomet XIII. & Valentiniano III. cos. XIII. Kal. Decemb. per literas Cyrillo* [m] *ceterisque metropolitanis generale Concilium, ad sequentis anni Pentecosten Ephesi celebrandum, denuntiat.*

[i] Par. 1. cap. 24.

[k] Par. 1. cap. 12.

[l] Par. 1. cap. 29.

[m] Par. 1. cap. 30. & 31.

Eo statim post paschales ferias conuolat Nestorius, magna populi frequentia stipatus. Paulo post, cum instaret solennitas Pentecostes, adfuit & Cyrillus cultu apparatuque [n] *pontificio, quippe Cælestini iussu, & apostolicæ sedis auctoritate Synodo præfuturus. Quarto post Pentecosten die Iuuenalis* [o] *Hieroſoly-*

[n] Balsam. tit. 8. cap. 1. Niceph. lib. 14. cap. 34.

[o] Liberat. cap. 5.

ANNO CHRISTI 431.

morum episcopus aduenit cum episcopis Palæstinis. Capreolus [p] vero Carthaginensis episcopus Besulam diaconum misit, qui Synodum doceret, ob Vandalicam feritatem ac barbariem, quæ tota grassabatur Africa, Africanis episcopis integrum non fuisse vt Ephesum proficiscerentur: Augustinum autem Hipponensem episcopum, priusquam imperatoris epistolam, qua vocabatur ad Synodum, accepisset, e viuis excessisse: quare non esse quod antistites vlli expectarentur ex Africa. Solum itaque opperiebantur Ioannem Antiochenum cum eius episcopis: qui non ob interualla locorum, sed vt Nestorio (id enim ipsa Ephesina [q] Synodus scripsit Cælestino) morem gereret, plusquam hebdomadas duas vltra conictam diem moratus, tandem per duos metropolitanos suos, Apameensem & Hierapolitanum, Ephesinis patribus significauit, non esse diutius expectandum ipsum, nec Synodum differendam.

[p] Act. 1. circa med. in epist. Capreoli ad Synodum.

[q] Act. 5. aliquanto post princ.

Quapropter cum ea cunctatio esset episcopis, qui ducenti & [r] eo amplius iam conuenerant, molestissima, quod alii sumptuum premerentur inopia, alii grauibus ac periculosis morbis conflictarentur, alii interpretarentur tantam moram contumelia & contemptu Synodi non carere; magna consensione decreuerunt Synodum auspicari, idque in æde beatæ Mariæ, decimo Kalendas [s] Iulias, Basso & Antiocho coss. cum iam Ephesum aduenissent illustres Comites [t] duo, Irenæus & Candidianus, nihil sane de fidei causis cognituri; sed Irenæus quidem amicitiæ tantum studio Nestorium secutus, nulla publica potestate; Candidianus autem cum Theodosii mandatis, vt Synodi tuendæ promouendæque solicitudinem curamque pro imperio sustineret. Itaque perlectis in Concilio Augustalibus literis, quibus ad Synodum episcopos inuitauerat, antequam disceptationis initium fieret, Nestorium, qui scelerum conscientia perterritus in medium prodire ausus non fuerat, accersendum curarunt, vt in Synodo sacrilegia, quorum postulabatur, audiret, coramque dilueret. Abnuit [u] accersitus, spretoque Concilii iussu omnem disputationem, contestatamque litem in Ioannis [x] episcopi extrahebat aduentum. Postera die secundo [y] ac tertio mittuntur episcopi qui illum Synodi nomine conuenirent: totam opperiuntur diem pro foribus, nihil præter conuicia reportant: sed & a satellitibus, qui Nestorianam domum cinxerant, petulanter accepti pulsatique discedunt.

[r] Act. 1. post med. & Act. 5. paulo post princ.

[s] Vinc. Lirinens. cap. 42.

[t] Par. 1. cap. 24.

[u] Act. 1. paulo post princ.

[x] Socr. l. 7. c. 33.

[y] Act. 1. non longe a princ.

[z] Ibidem.

Frustra tentatis [z] omnibus, quæ insanienti Nestorio mederi

ANNO CHRISTI 431. potuissent, itum est ad synodicam causæ diiudicationem. Itaque publice pronuntiantur Nicænæ fidei symbolum, & Cyrilli ad Nestorium, & Nestorii ad Cyrillum literæ: tum conciones, epistolæ, libelli ac tractatus Nestorii: quæ omnia a Nicæna fide, sanctorumque patrum sententiis, quæ tunc quamplurimæ prolatæ sunt in medium, abhorrere iudicata sunt: postremo producti nonnulli viri graues, qui de Nestorii aduersus Christum ac Deiparam Virginem blasphemiis testimonium dixere. Quibus omnibus grauiter & accurate perpensis, ab episcopatu, sacerdotumque consortio Nestorius deiicitur constantissima totius Synodi [a] sententia, episcoporum omnium subscriptionibus munita: quam statim solenni pompa præcones tota vrbe circumtulere; nec voce tantum, sed affixis etiam publice syngraphis promulgarunt. Quin & [b] populus, qui ab ortu solis ad vesperam Synodi iudicium expectauerat auide, incredibili gratulatione perfusus, collucentibus tædis ac funalibus domum deduxit episcopos, præeuntibus thura & odores incendit, impiique hominis condemnationem acclamatione ac plausu faustissimo celebrauit. Perscriptum [c] est continuo quidquid actum gestumque fuerat, imperatori: quæ Synodi literæ, licet eas intercipere terra marique conaretur Candidianus Comes Nestorio obsequens, perlatæ tamen sunt. Quod vbi cognouit beatus [d] Dalmatius, admirabili vir sanctitate, diuinæ vocis admonitu egressus monasterium, in quo totos quadraginta octo annos ab omni hominum consuetudine semotus delituerat, longo archimandritarum monachorumque ordine inter gratulantium cantus & psalmos ad palatium contendit, vt quid in sacrosancta Synodo decretum esset, ab imperatore perdisceret. Accurrerunt etiam anachoretæ cum facibus & hymnis, magnaque populi frequentia. Quibus omnibus audientibus Ephesiorum patrum literæ in S. Mocii basilica perlectæ sunt, singulari omnium voluptate, conclamante populo, Anathema Nestorio.

[a] Act. 1. circa med.

[b] Ibidem.

[c] Ibidem.

[d] Ibid. paulo post.

Hanc Nestorii condemnationem apostolicæ sedis [e] legati, qui post latam sententiam aduenere, cum acta Synodi recognouissent diligenter, suo etiam suffragio & chirographo munierunt. At vero Ioannes [f] Antiochenus, qui cum episcopis suis, post damnatum eumdem Nestorium, ante legatorum aduentum Ephesum accesserat, Candidiani [g] Comitis suasu doloque deceptus, indignissime se ferre palam professus est, non habita absentis ratione, seque inconsulto damnatum Nestorium, & Cyrilli anathema-

[e] Act. 1. in fin.

[f] Euagr. li. 1. c. 5.

[g] Act. 1. non longe a fine.

ANNO CHRISTI 431.

tiſmos, de quibus perperam ſentiebat, omnium ſententiis fuiſſe approbatos. Itaque velut vlturus iniuriam, ſeceſſione facta, coniunctiſque cum Neſtorio viribus, quoddam ſeorſim Conciliabulum, cui & œcumenicæ Synodi nomen arrogabat, coegit ex

[k] Act. 4. in princ. & Act. 5. in epiſt. Synodi ad Cæleſtin.

[h] *triginta circiter epiſcopis, ſeu potius perditiſſima atque infima epiſcoporum fæce; quippe quorum alii extorres erant ac vagi, alios grauibus de cauſis ipſorum metropolitani abdicarant epiſcopatu; alios ob hæreſes ſuis e finibus eiecerant Theſſali; alii demum Pelagii errores ſequebantur. Hac hominum colluuie fretus*

[i] Act. 1. non longe a fin. & Act. 5. poſt med.

Ioannes, primum Theodoreti Cyrenſis opera duodecim[i] *Cyrilli anathematiſmos ſeu capita confutauit: deinde Cyrillo ac Memnoni Epheſino epiſcopo, viris ætate ac morum integritate grauiſſimis, falſo ipſos cum Apollinare ſentire obiiciens, indicta cauſa epiſcopalem honorem ac nomen abſtulit: reliquos autem, qui Synodo interfuerant, iniuſte piorum communione priuauit: ſtatimque ſcripſit imperatori, Cyrillo ac Memnoni epiſcopalem dignitatem legitimis iudicum ſuffragiis ademptam fuiſſe. Quarum rerum indignitate commoti patres Epheſinæ Synodi, acceptis ſup-*

[k] Act. 4. in prin. & Liberat. ca. 6.

plicibus [k] *libellis, quos pro ſe Cyrillus ac Memnon obtulerant, trium epiſcoporum legatione Ioannem monent, vt in Synodum veniat, rationem eorum quæ in Cyrillum, in Memnonem, & reliquos per ſummam iniuriam conſtituerat, redditurus. Hærere Ioannes, auerſari, trepidare; & militum potius coronæ, quam cauſæ confiſus, abnuit quo iubebatur, accedere. Quocirca*

[l] Act. 5. in epiſt. Synodi ad Cæleſtin.

ſacroſancta Synodus illum [l] *cum ſociis, qui peſſime Cæleſtium ac Pelagium olebant, anathemate atque epiſcopatus abdicatione multat; Cyrillum, Memnonem, ac reliquos contra fas ac ius omne damnatos eſſe pronuntiat, Cæleſtinumque per literas de his omnibus certiorem facit, & Ioannis exauctorationem apoſtolicæ ſedis reſeruat arbitrio. Verum Theodoſius, Ioannis atque orientalium deceptus literis, Neſtorium, Cyrillum, & Memnonem legitime damnatos credidit, ac Ioannem Comitem ad Synodum*

[m] Act. 5. in epiſt. Ioan. Comitis.

miſit, qui eoſdem in[m] *cuſtodiam tradi iuſſit. Mirum eſt quantum mœroris calamitas Cyrilli & Memnonis attulerit cum Conſtantinopolitano clero, tum ſacroſanctæ Synodo: quæ continuo*

[n] Act. 5. prope fin. in relat. Synodi ad impp.

epiſcopos [n] *octo legatos Conſtantinopolim miſit, qui rerum geſtarum omnium ordinem coram exponerent imperatori. Is vero au-*

[o] Liberat. cap. 6.

ditis [o] *Concilii actis, ea recipit venerabundus, Cyrillum ac*

[p] Euagr. l. 1. c. 7.

Memnonem liberat, exilium[p] *imperat Neſtorio, ac pro eo alium*

[q] Liberat. cap. 7.

in Conſtantinopolitana ſede [q] *iubet ſuffici per epiſcopos, qui*

Con-

ANNO CHRISTI 431. *Constantinopolim conuenerant. Qui difficilem sane ingressi deliberationem, Maximianum*[r] *denique creant episcopum, notissimæ pietatis virum: cuius electionem cum Cælestinus*[f] *a Synodo & Theodosio per legatos & literas accepisset, summa lætitia comprobauit.*

[r] Socr. l. 7. c. 34. Liber. c. 7.

[f] Par. 3. c. 17. & seqq.

Verum quia Ioannes simultatem, quam cum Cyrillo exercuerat Ephesi, nondum abiecerat ex animo, Antiochena & Alexandrina ecclesiæ suos antistites secutæ inter se vehementer dissidebant, non sine magno piorum dolore, offensione populorum, & Nestorianorum voluptate; idque toto pene triennio post solutam Synodum: latiusque manasset hoc malum, nisi imperatoris singulari vigilantia, incensoque rectæ fidei studio repressum fuisset. Quare per Aristolaum[t] *tribunum ac notarium religiosissimis monitis ac seuerissimo iussu Ioannem adegit, vt positis dissidiis reconciliaretur Cyrillo, & acta Ephesinæ Synodi sua suorumque subscriptionibus comprobaret. Cuius rei gratia Paulus Emisenus*[u] *episcopus a Ioanne missus Alexandriam, venit ad Cyrillum, accurateque recognito Nestorianæ controuersiæ statu, cum omnia recte atque ordine gesta fuisse comperisset, Ioannis & Antiochenæ*[x] *ecclesiæ nomine, Nestorii & damnat hæresim, & approbat exauctorationem; Maximiani confirmat electionem, duorumque illustrium antistitum & ecclesiarum communionem ac pacem redintegrat. atque horum omnium ratio reddita est Sixto*[y] *tertio, qui eo tempore, mortuo Cælestino, Romanam ecclesiam administrabat. Neque his contenta pietas imperatoris, ad maiorem adhuc tam infandæ hæreseos execrationem, Nestorii nomen Augustali lege*[z] *damnauit; sanxitque, vt eius sectatores non Nestoriani, sed Simoniani*[a] *nominarentur. Bonorum adhuc publicatione proposita, a Nestorii libris siue legendis, siue habendis, siue describendis deterruit vniuersos. Illum vero deportari iussit*[b] *Oasim, quæ & Ibis dicitur, oppidum in Libyæ desertis: quod cum Nomadum, seu Blemmyum incursione vastatum esset, dimissus a barbaris Nestorius Thebaidem venit ad ciuitatem Panos: inde migrare iussus est ad Elephantinam, quæ vltra Thebæorum fines erat: & licet variis huc illuc exiliis circumactus, nihilo tamen melior in tot ærumnis effectus, in Christum Dominum & Deiparam Virginem, quocumque iret, maledicta vomere non desinebat. Sed magno diuinæ vltionis ostento, vermes, qui ex ore*[c] *impuri hominis eruperant, blasphemantis linguam depascebantur, donec ad longe grauiora supplicia mi-*

[t] Par. 3. cap. 21.

[u] Par. 3. cap. 24. & 25.

[x] Liberat. cap. 8.

[y] Par. 3. cap. 37. & 38.

[z] l. damnato. C. de hæret.

[a] l. 67. tit. 5. lib. 16. in C. Theod. & lib. 3. de sum. Trinit. & fid. cath.

[b] Euagr. l. 1. c. 7.

[c] Euagr. ib. Cedren. in Theodosio iun. Niceph. l. 14. c. 36.

ANNO CHRISTI 431.

graturus funeſtum diem obiit, vel ad terram[d] eliſus, vel abſumptus[e] amentia, vel ſpecu terræ[f] debiſcentis abſorptus.

Epheſinum autem Concilium iure optimo inter œcumenicas Synodos legitime indictas approbataſque numeratum ſemper eſt. Nam primum fuit epiſcoporum ex omnibus[g] regnis conuentu celebratum, & Cæleſtini Romani pontificis auctoritate coactum. Deinde quæ de recta fide aduerſus Neſtorium ſanxit, ab eodem Cæleſtino non approbata modo, ſed præſcripta etiam fuere. Nam poſtquam Cyrilli Neſtoriique literas ac libellos accepit, Romanam Synodum habuit, vt Cyrillus[h] & Alexandrini patres teſtantur in epiſtola ad Neſtorium, & iterum Cyrillus in epiſtola[i] ad Ioannem Antiochenum: in qua Synodo (vt ſupra breuiter indicatum eſt) cum fidei quæſtionem, quæ inter Cyrillum & Neſtorium vertebatur, ad apoſtolici iudicii normam Cæleſtinus exegiſſet, aduerſus impium Neſtorii dogma, vt eccleſiæ, apoſtolicis traditionibus, diuiniſque ſcripturis aduerſum, pontificiam tulit ſententiam, quam Cyrillo mandauit exequendam, vt ipſemet pontifex auctor eſt in epiſtolis ſuis ad eumdem[k] Cyrillum, ad Neſtorium, ad populum clerumque Conſtantinopolitanum, & ad Ioannem Antiochenum. Id quod etiam Iuuenalis Hieroſolymorum, clarius vero Firmus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus tota audiente Synodo affirmat his[l] verbis: Sacra & apoſtolica Cæleſtini ſanctiſſimi ſacratiſſimique ſedes literas, quas pridem ad Cyrillum Alexandrinum, & Iuuenalem Hieroſolymitanum, & Ruſum Theſſalonicenſem, ſanctiſſimos ſacratiſſimoſque epiſcopos, nec non ad ſanctas Conſtantinopolis & Antiochiæ eccleſias miſit, certam de præſenti negotio ſententiam regulamque præſcripſit; quam nos proinde ſecuti, forma Canonum diligenter vbique obſeruata, canonicum apoſtolicumque iudicium in illum exercuimus.] In epiſtola[m] quoque, qua Epheſina Synodus imperatoribus exponit quæcumque contra Neſtorium geſſerat, ita ſcribit: Huius rei cauſa ipſum a ſacerdotio, peruerſæque doctrinæ cathedra ſemouimus, canoniceque exauctorauimus; Cæleſtinum ſanctiſſimum, Deoque dilectiſſimum vrbis Romanæ epiſcopum dignis præconiis extollentes, qui ante noſtram ſententiam hæretica illius dogmata condemnarat, noſque in ferenda contra Neſtorium ſententia anteuerterat.] Et iterum in altera ad eoſdem Auguſtos[n] epiſtola: Nam etſi (inquit) ingens itiner isintercapedo vniuerſam illam ſanctorum epiſcoporum multitudinem ad nos peruenire prohibuerit; attamen illis in locis

[d] Euagr. vbi ſupra.
[e] Theod. lib. 4 hæret. fab. c. de Neſtorio.
[f] Niceph. vbi ſupra.
[g] Act. 3. ante med. & Act. 5. in epiſt. Syn. ad Cæleſt. & alibi.
[h] Par. 1. cap. 26.
[i] Par. 1. cap. 21.
[k] Par. 1. cap. 15. 18. & ſeqq.
[l] Act. 2. prope fin.
[m] Act. 1. longe poſt med.
[n] Act. 3. prope fin.

ANNO CHRISTI 431. *simul coacti, Cælestino sanctissimo piissimoque Romanæ vrbis episcopo præsente & præsidente, nostram de fide sententiam summo consensu prædicarunt, eosque qui diuersa sentiunt, ab omni prorsus sacerdotii sorte graduque alienos censendos esse definiuerunt. Et hanc quidem suam suorumque sententiam, antequam vlla omnino Synodus Ephesi conueniret, Cælestinus sanctissimus magnæ Romæ episcopus per literas suas indicauerat, Cyrilloque sanctissimo Deoque dilectissimo Alexandrinorum episcopo, vt suas hac in parte vices subiens, Romæ definita perficeret, commiserat. Verum his non contentus, eadem hæc aliis denuo literis sacræ Synodo, quam vestra dominatio in Ephesiorum metropoli conuenire præcepit, nunc iterum inculcauit. Misit autem hasce literas per Arcadium & Proiectum sanctissimos episcopos, & Philippum religiosissimum presbyterum, qui Cælestini sanctissimi Deoque dilectissimi magnæ vrbis Romæ episcopi personam hic sustinet. Quia ergo viri isti totius occidentalis ecclesiæ sententiam nostræ huic Synodo coram per literas exposuerunt, iudiciumque de fide nostra & pietate nostro per omnia consonum ediderunt, & eadem omnino tum per literas, tum per ea quæ in mandatis acceperant (quæ maioris lucis causa nobis quoque aperuere) quæ nos decreuerunt, publiceque deposuerunt; propterea non potuimus, quod res postulabat, hoc est, illum quem illi nobiscum communem habent fidei sensum, ad maiestatem vestram non referre.] Id quod etiam manifesto apparet ex ipsius Synodi* [o] *aduersus Nestorium sententia. Quin & ipsi apostolicæ sedis legati Synodum ingressi, sacrum patrum consessum affati sunt* [p] *his verbis: Dudum ante sanctissimus beatissimusque pater noster Cælestinus sedis apostolicæ episcopus, ea per epistolam ad Cyrillum piissimum ecclesiæ Alexandrinæ episcopum de præsenti hac causa & controuersia perscripsit, definiuitque quæ par fuit; quæ literæ sacro vestro cœtui haud dubie iam pridem sunt exhibitæ. Idem nunc alios rursum ad corroborandam fidei catholicæ doctrinam ad vestram pietatem per literas nos misit. Et paulo post, illos ad Synodum venisse, vt executores* [q] *sententiæ contra Nestorium, quam a Cælestino acceperant in mandatis, non modo ipsimet legati Arcadius, Proiectus & Philippus, sed etiam Cyrillus Alexandrinus Synodo declararunt. Quoniam igitur pontifex legatis suis diserte tradiderat quæ per Synodum cuperet definiri, idcirco in epistola ad Ephesinam Synodum* [r] *profitetur cum plena se potestate misisse legatos, qui suo nomine Concilii*

[o] Act. 1. circa med.

[p] Act. 2. initio.

[q] Action. 3. circa med.

[r] Action. 2.

ANNO CHRISTI 431.

acta confirmarent; & ad extremum hæc subiicit: Quæ vero decreueritis, ea pro omnium ecclesiarum tranquillitate habeantur definita decretaque.] Tametsi Ephesii patres, vt veterem ecclesiæ consuetudinem retinerent, quidquid ab ipsis actum decretumque fuerat, postmodum per synodicam epistolam [f] *exposuere Cælestino, eiusque arbitrio reseruarunt vltimam aduersus Ioannem Antiochenum sententiam: addiderunt etiam, recipere se Romanæ ecclesiæ decreta aduersus Cælestium & Pelagium, quæ Synodo miserat Cælestinus. His etiam addere possumus, eumdem Cælestinum, cum ex Synodi & Theodosii literis Nestorii depositionem & Maximiani electionem intellexisset, summa illam lætitia & congratulatione confirmasse. Ad hæc Sixtus tertius, qui successerat Cælestino, omnia Ephesinæ Synodi gesta confirmauit, auctore Cyrillo in epistola ad Acacium* [t] *Melitinensem episcopum. Generalia demum Concilia, quæ deinceps secuta sunt, præsertim Calchedonense quartum, quintumque Constantinopolitanum, approbationem venerationemque, qua Ephesinam Synodum prosequebantur, variis actionibus testatissimam reliquere: vt mirum non sit, si eamdem inter illas quatuor B. Gregorius* [u] *numerarit, quibus vt quatuor euangeliis honorem censuit deferendum.*

[f] Action. 5. longe post initium.

[t] Part. 3. cap. 20.

[u] Lib. 1. epist. 24.



ANNO CHRISTI 431.

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

PARS PRIMA CONTINENS EA QVÆ SYNODVM ANTECESSERVNT.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ομιλία Πρόκλου Ἐπισκόπου Κυζίκου, λεχθεῖσα καθεζομένου Νεστορίου ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ· ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος Μαρία, καὶ ὅτι ὁ τεχθεὶς οὔτε θεὸς γυμνὸς, οὔτε ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλ' Εμμανουὴλ τυγχάνει, θεὸς καὶ ἄνθρωπος ἀσυγχύτως καὶ ἀμεταβλήτως ὑπάρχων.

α'.

ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ πανήγυρις σήμερον τὴν Γλῶτταν, ἀδελφοὶ, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος· καὶ μάλα εἰκότως. ἁγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τοῦ γένους τῶν γυναικῶν καύχημα τὸ τελούμενον· καὶ δόξα τοῦ θήλεος, διὰ τὴν ἐν καιρῷ μητέρα καὶ παρθένον. ἐπέραστος αὕτη καὶ ἐξαίσιος ἡ σύνοδος· ἰδοὺ γὰρ γῆ καὶ θάλαττα δορυφορεῖ τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν τὰ νῶτα ταῖς ὁλκάσι γαλήνως ἐφαπλώσασα, ἡ δὲ τὰ ἴχνη τῶν βαδιζόντων ἀκωλύτως παραπέμπουσα. σκιρτάτω ἡ φύσις, καὶ γυναῖκες τιμῶνται. χορευέτω ἡ ἀνθρωπότης, καὶ παρθένοι δοξάζονται. ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπε-

CAPVT I.

Homilia Procli episcopi Cyzici, habita sedente Nestorio in magna ecclesia Constantinopolis, in incarnationem Domini nostri Iesu Christi, quod Deipara sit beata virgo Maria, & ex ea natus neque Deus tantum, neque purus homo, sed Emmanuel, inconfuse & incommutabiliter Deus & homo.

I.

VIRGINEA panegyris, frequensque ac celebris hic conuentus, fratres, festa hac luce linguam ad laudem prouocat; præsensque solennitas præsenti cœtui vtilitatis rationem optimo iure conciliat. continet enim castimoniæ sanctitatisq; materiam, iustamque feminei generis gloriationem. neque enim vulgaris muliebri sexui per virginem & matrem in tempore accessit gloria. Desiderabilis sane, planeque inaudita est hæc virginis & matris copula. Ecce enim & terra & mare Virginem honorant, & obsequii causa tamquam satellites stipantur; hoc quidem mitia nauigantibus dorsa substernens, illa vero viatorum vestigia inoffense dirigens. Exultet natura; honorantur feminæ: choros humana ducat natura, & carmina cantet;

Roman. 5. v. 20. glorificantur virgines. *Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & gratia.* Sacra Deipara Maria in vnum nos coegit. Hæc illibatæ virginitatis purus ille thesaurus, decusq; & ornamentum: hæc spiritalis secundi Adami paradisus: hæc vnitarum inter se naturarum officina: hæc salutaris reconciliationis panegyris: hæc thalamus, in quo Verbum humanam carnẽ sibi desponsauit: hæc animatus naturæ rubus, quem diuini partus ignis non combussit: hæc vere leuis illa nubes, quæ super cherubim sedentem in corpore suo gestauit: hæc vellus mundissimum cælesti pluuia madens, ex quo pastor ouem induit: hæc ancilla est & mater, virgo & cælum: hæc sola pons est, per quem Deus ad homines descendit: hæc admirandæ illius œconomiæ tela, in qua ineffabili quodã modo admirabilis illius vnionis tunica confecta est, cuius quidem textor extitit Spiritus sanctus; netrix, virtus ex alto obumbrans; lana, vetusta Adami pellis; trama, impolluta Virginis caro; radius textorius, immensa gestantis gratia; artifex, Verbũ per auditum illapsum. Quis vidit, quis audiuit talia? Incircumscriptus Deus vterũ inhabitat; quem cæli non capiunt, venter non coangustauit Virginis.

Exod. 3.

Isai. 19.

Iudic. 6.

Luc. 1. v. 35.

II.

Attamen qui ex Virgine nascitur, nec solum Deus est, nec purus rursum homo: idemque natus, mulierem, quæ peccati quondam ianua extiterat, salutis ostiũ reddidit. Nam vbi serpens per inobedientiam virus suum infuderat, ibi Verbum per obedientiam ingressum, viuum sibi templum ex-

Genes. 3.

ρίσσευσεν ἡ χάρις. συνεκάλεσε μὲν ἡμᾶς ἐνταῦθα ἡ ἁγία καὶ θεοτόκος παρθένος Μαρία, τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, τὸ ἐργαστήριον τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων, ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλάγματος, ἡ παστὰς ἐν ᾗ ὁ λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα, ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν· ἡ ὄντως κούφη νεφέλη, ἡ ἐπὶ χερουβὶμ μετὰ σώματος βαστάσασα· ὁ τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ πρόβατον ἐνεδύσατο· ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος καὶ οὐρανὸς, ἡ μόνη θεῷ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα, ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη τῆς ἑνώσεως χιτών· οὗ περ ἱστουργὸς μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔριθος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις· ἔριον δὲ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ κώδιον· κρόκη δὲ, ἡ ἐκ παρθένου ἀμόλυντος σάρξ· κερκὶς δὲ, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης, ὁ δι' ἀκοῆς εἰσπηδήσας λόγος. Τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν ὁ θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησεν; καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησε, γαστὴρ τῆς παρθένου οὐκ ἐστενοχώρησεν.

β'.

Ἀλλ' ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη θεὸς οὐ γυμνὸς, καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός· καὶ πύλην σωτηρίας ὁ τεχθεὶς τὴν πάλαι τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν. ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν ἐνέχεεν, ἐκεῖ ὁ λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάστησεν. ὅθεν ὁ πρῶτος

ANNO CHRISTI 431.

τῆς ἁμαρτίας Καΐν προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τὸν γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. οὐκ ἠσχύνθη ὁ φιλάνθρωπος τὸν ἐκ γυναικὸς ᾠδῖνα· ζωὴ γὰρ ἦν τῷ προσματωθέντι. οὐκ ἐμιάνθη οἰκήσας μόρια, ἅπερ αὐτὸς ἀναμαρτήτως ἐδημιούργησεν. εἰ μὴ παρθένον ἔμεινεν ἡ μήτηρ, φιλόνθρωπος ὁ τεχθείς, καὶ οὐ παράδοξος ὁ τόκος. εἰ δὲ καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, ἐκείνου ἀφράστως ἐγκύμονα, ὃς καὶ τοῦ σπλάγχνου κεκλεισμένου ἀκωλύτως εἰσελθὼν, οὐ τὸν συζυγίαν τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἀνάκλησιν λέγων· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου.

γ'.

Μὴ ἐπαισχυνθῇς τὸν ᾠδῖνα ὦ ἄνθρωπε· αὕτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτηρίας ἀφορμή. εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγένετο, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν διὰ τοῦ θανάτου κατήργησε τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι, τὸν διάβολον. οὐχ ὕβρις δοκιτέκτονι, μεῖναι * ἐφ' οἷς ᾠκοδόμησεν· οὐ μιαίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀνακαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μιαίνει τὸν ἄχραντον θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. διὸ καὶ πλάσματον οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν οὐκ ἐμιάνθη. ὦ γαστήρ, σὺ ἦ τὸ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας γραμματεῖον συνεπάγη. ὦ κοιλία, σὺ ἦ τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ὅπλον ἐχαλκεύθη. ὦ ἄρουρα, σὺ ἦ ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. ὦ ναὸς,

* ἀοῖς

ædificauit: vnde peccator Cain primus emerſit, inde generis noſtri aſſertor Chriſtus ſine ſemine prodiit. Clemens Deus ex muliere naſci non erubuit. quod enim agebatur, vita erat. Nullam inde ille cõtrahit labem, quod intra viſcera, quæ citra omnem dedecoris notam condiderat, inhabitat. Quod ſi ea quæ genuit, virgo non permanſit; neq; is qui natus eſt, aliud quã purus homo extitit. atq; ita partus ille nihil admiratione dignũ habebit. Quod ſi illa etiam poſt partum virginitatem illæſam retinuit, is citra omnẽ controuerſiam arcano modo ex ea ortus eſt, quem, cum per clauſas ianuas ingreſſus eſſet, apoſtolus Thomas in gemina natura ſubſiſtentem agnouit, agnitumq; non abſq; ingẽti ſtupore huiuſcemodi voce cõpellauit: *Dominus meus, & Deus meus.* *Genes. 4.* *Ioan. c. 20. v. 28.*

III.

Ne igitur, o homo, partum hunc erubeſcendum cenſeas. Hic enim ſolus ſalutis antidotum nobis attulit. Nam ſi ex muliere natus non eſſet, mortem vtique non oppetiuiſſet. Quod ſi mortuus non eſſet, neque illum quoque *per mortem deſtruxiſſet, qui mortis habebat imperiũ, hoc eſt, diabolum.* Porro autem, vt architecto nullam maculam aſpergit, ſi domum, quam forte extruxerat, incoluerit: neque lutum figulum inficit, dum vaſculum quod finxerat, ex eo refingit: ita ex vtero virgineo prodiiſſe, puriſſimũ illud numẽ nihil quidquã polluit. Quam enim citra vllã ſui labem formauerat, ex hac quoque, nulla macula contracta, proceſſit. O venter, in quo communis libertatis ſyngrapha confecta eſt: o vtere, in quo arma aduerſus mortẽ fabrefacta ſunt: o aruum, ex quo naturæ colonus ſine ſemine exortus eſt: o templum, *Hebr. c. 2. v. 14.*

in quo Deus ſacerdos factus eſt, natu-
Pſal. 109. rā non demutans, ſed eum, *qui eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec*, induens noſtri miſericordia. Verbum caro factum eſt, etſi Iudæi Domino id aſſeueranti nō credant: Deus hominis formā induit, tametſi gentes miraculum hoc ſubſannent. Vnde Apoſtolus: *Prædicamus*
1. Cor. 1. v. 23. *Chriſtum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus vero ſtultitiam.* quandoquidē myſterii huius vim, vt quod omnem humanam rationem excedat,
1. Cor. 2. v. 2. non cognouerunt. *Si enim cognouiſſent, nunquam gloriæ Dominum crucifixiſſent.* Si verbum vterum nō inhabitaſſet, neque caro quoq; illius ſacrum illum thronum occupaſſet. Quod ſi ignominioſum eſt Deo in vterum, quem ipſe formarat, illabi; erit ergo & angelis quoque probroſum homini miniſtrare.

IV.

Qui itaq; ſecundū propriam naturā impatibilis eſt, is propter meram erga nos miſericordiam pluribus perpeſſionibus obnoxius factus eſt. Neque Chriſtus per ſuccedentia virtutum incrementa factus eſt Deus, abſit: verum, vt fides noſtra prædicat, Deus miſericordia permotus, factus eſt homo. Neque hominem deificatum prędicamus, ſed Deum incarnatum confitemur: ſiquidē qui ſecundum propriam naturam matrem neſcit, nullumque ſecundum carnis diſpenſationem patrē in terra agnoſcit, is propriam ancillam ſibi in matrem adſciuit.
Hebr. 7. a. Nam quomodo iuxta Paulum ſine patre & matre eſt? Si enim purus homo eſt, vtique non ſine matre eſt. matrem enim habet. Rurſum ſi purus Deus eſt, haud dubie non eſt ſine patre. habet enim patrem. Nunc vero vnus idemque ſine matre eſt, vt rerum conditor eſt; ſine patre rurſum eſt, vt homo eſt.

ANNO CHRISTI 431.

σὺν ᾧ ὁ θεὸς γέγονεν ἱερεύς· οὐ τὴν φύσιν μεταβαλών, ἀλλὰ τῷ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ δι' οἰκτον συσσάρκος. ὁ λόγος σαρξ ἐγένετο, κἂν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν εἰπόντι τῷ κυρίῳ. ὁ θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσε, κἂν Ἕλληνες κωμῳδῶσι τὸ σταυρόν· διὰ γὰρ τοῦτο, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν ὁ Παῦλος βοᾷ. τὸ γὰρ μυστηρίου τοῦτο δύναμιν οὐκ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ ὑπὲρ λόγον τὸ σταυρόν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τῷ κυρίῳ τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. εἰ μὴ γὰρ ὁ λόγος ᾤκησε γαστέρα, οὐκ ἀνεσκολοπίσθη σὰρξ ἁγία τοῦ θεοῦ. εἰ τῷ θεῷ ὕβρις εἰς μήτραν ἔπλασεν εἰσελθεῖν, ἆρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρις ἀνθρώπῳ διακονεῖν.

ιδ'.

Ὁ οὖν κατὰ φύσιν ἀπαθής, γέγονε δι' οἰκτον πολυπαθής. οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε θεὸς ὁ Χριστός, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι' οἰκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πιστεύομεν. οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. τὸν οἰκειαν δούλην ἐπεγράψατο μητέρα, ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἀπάτωρ. ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ κατὰ Παῦλον; εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ· ἔχει γὰρ μητέρα. εἰ γυμνὸς θεὸς, οὐκ ἀπάτωρ· ἔχει γὰρ πατέρα. νυνὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλάσης· ἀπάτωρ δὲ, ὡς * πλάσμα. * ἄνθρωπος.

V. Mo-

ANNO CHRISTI 431.

ε'.

Αἰδέσθητι κἂν τὴν πρόσηγορίαν τῆς ἀρχαγγέλου. ὁ τὴν Μαριὰμ εὐαγγελισάμενος, Γαβριὴλ ἐλέγετο. τί δὲ ἑρμηνεύεται Γαβριήλ; μάθε ἀκούσας, θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ οὖν ὁ παρ' αὐτοῦ εὐαγγελιζόμενος, θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, προέλαβεν ἡ πρόσηγορία τὸ θαῦμα, ἵνα πιστώσηται τὴν οἰκονομίαν. μάθε τὴν αἰτίαν τῆς πρόσηγορίας, καὶ δόξασον τὴν δύναμιν τοῦ σαρκωθέντος. πολλὰ ὤφειλεν ὀφλῆσαι ἁμαρτιῶν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ἦν πόρρω πρὸς τὸ χρεών. διὰ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ πάντες τὴν ἁμαρτίαν ἐχειρογράφησαν· δούλους ἡμᾶς κατεῖχεν ὁ διάβολος· τὰς ὠνὰς ἡμῶν προσέφερε, *χαράξῃ κεχρημένος τῷ πολυπαθεῖ ἡμῶν σώματι. εἰσῆκτο ὁ κακὸς τῶν παθῶν πλασογράφος, ὀπτείων ἡμῖν τὸ χρεών, καὶ ἁπάντων ἡμᾶς τὴν δίκην. ἔδει τοίνυν θατέρου, ἢ πᾶσιν ἐπαχθῆναι εἰς τὸν καταδίκης θάνατον, ὅπερ καὶ πάντες ἦμαρτον· ἢ τοιοῦτον δοθῆναι πρὸς ἀπόδοσιν τίμημα, ᾧ πᾶν ὑπῆρχε δικαίωμα πρὸς παραίτησιν. ἄνθρωπος μὲν οὖν σῶσαι οὐκ ἠδύνατο· ὑπῆκτο γὰρ τῷ χρεὶ τῆς ἁμαρτίας. ἄγγελος ἐξαγοράσασθαι τὴν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυεν· ἁπόρρητος γὰρ τοιούτου λύτρου. λοιπὸν οὖν ὁ ἀναμάρτητος θεὸς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ἀποθανεῖν ὤφειλεν· αὕτη γὰρ ἐλείπετο μόνη τοῦ κακοῦ ἡ λύσις.

ς'.

Τί οὖν; αὐτὸς ὁ πᾶσαν φύσιν

V.

Moueat te vel ipsa nominis archangeli appellatio. Ille namque, qui lætum illud nuntium Mariæ detulit, Gabrielis nomen sortiebatur. Et quid, quæso, Gabriel interpretatum sonat? audi & disce. idem vtique sonat, quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annuntiabat, Deus erat & homo, quo dispensationis mysteriũ persuadeat, rei miraculum nominis notione anticipat. Aduentus causam disce, & incarnati virtutem laudibus euche. Humana natura propter peccata multis obstricta debitis tenebatur; neque quod debebat, vlla ratione dependere poterat. Per Adamum namque omnes peccato quasi chirographum dederamus, omnesque diabolus in seruitutem redegerat. Etenim corpore nostro permultis passionibus subiecto, veluti charta vsus, nostræ venditionis precia ostentabat, passionumque malignus descriptor instabat, ob oculos nobis debitum ponens, ac nos vniuersos ad supplicium condemnationemq; deposcens. Erat itaque alterutrum duorum necessarium; aut vt omnes condemnati præcipites abirent in mortem (omnes enim peccauerant) aut certe vt tale redemptionis precium daretur, quod omnibus iustitiæ numeris sufficeret ad liberationem. Atqui homo, quod peccati debito subiaceret, saluare non poterat: angelus vero, quod tantum redemptionis precium ipsi nõ suppeteret, humanum genus redimere nequibat. Supererat igitur, vt Deus pro omnium peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat: nam vnica hæc restabat mali solutio. Luc. 1.

VI.

Ille itaque, qui vniuersam natu-

ram ex nihilo produxerat, cuique nulla ad erogandum facultas deest, vitam morti condemnationiq; addictis reperit tutissimam, mortisque solutionem decentissimam; dũ nimirum ex Virgine, modo quem solus ipse nouit (nulla enim oratio miraculũ hoc assequi valet) humanam naturam assumit, assumptamque in mortem contradit, & redimit per id, quod erat, iuxta illud Pauli: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, peccatorumque remissionem.* O rem stupendam! immortalitatem, quam ipse habebat, per suam mortem aliis conciliat. Eiusmodi nullus vnquam fuit, nec est, nec erit, quam vnus & solus ille, qui ex Virgine natus est Deus simul & homo; non solum id precium habens, quod reorum multitudini redimendæ par esset, sed eiusmodi, quod multis partibus excelleret. Nam vt Filius est, nulla variatione affectam cum Patre vnionem retinet: vt vero rerum opifex, nullius virtutis indiget: vt autem misericors, immensa inexhaustaque misericordia atq; sympathia pollentem se manifestauit: denique vt pontifex, dignissimus est qui apud Patrem intercedat. Horum autem omnium nihil vnquam simile, nihil æquale in alio quopiam comperias. Considera immensam illius benignitatem. vltro ad mortem condemnatus, mortem quæ crucifixoribus debebatur, destruxit; occisorumque iniquitatem in sceleratorum salutem conuertit.

Ephes. 1. v. 7.

VII.

Posse itaque saluare, virium puri hominis non erat: nam ipse quoque saluatore egebat, iuxta illud Pauli: *Omnes,* inquit, *peccauerunt, & egent gloria Dei.* Quia vero pec-

Rom. 3. v. 23.

ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ᾧ μηδὲν πρὸς παροχὴν ἄπορον, ἐξεῦρε τοῖς κατακρίτοις ζωὴν ἀσφαλεστάτην, καὶ τῷ θανάτῳ λύσιν εὐπρεπεστάτην, καὶ γίνεται ἄνθρωπος ἐκ παρθένου, ὡς οἶδεν αὐτός· λόγος γὰρ ἑρμηνεῦσαι τὸ θαῦμα οὐ δύναται· καὶ ἀποθνήσκει ᾧ ἐγένετο, καὶ λυτροῦται ᾧ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. ὦ τῶν μεγάλων πραγμάτων! ἄλλοις ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς γὰρ ὑπῆρχεν ἀθάνατος. τοιοῦτος γὰρ ἄλλος κατ' οἰκονομίαν οὔτε γέγονεν, οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται ποτὲ, ἢ μόνος ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὐκ ἀντιταλαντεύουσε μόνον ἔχων τὴν ἀξίαν τῷ πλήθει τῶν ὑποδίκων, ἀλλὰ καὶ πάσαις ψήφοις ὑπερέχουσαν· ἐν μὲν τῷ υἱὸς εἶναι, τὸ ἀπαράλλακτον σώζων πρὸς τὸν πατέρα· ἐν δὲ τῷ δημιουργὸς, τὸ τῆς δυνάμεως ἀπροσδεὲς ἔχων· ἐν δὲ τῷ φιλοικτίρμονι, τὸ εἰς συμπάθειαν* ὑπέρβλητον ἐδημοσίευσεν· ἐν δὲ τῷ ἀρχιερεὺς, τὸ εἰς παράστασιν ἀξιόπιστον φέρων· ὧν οὐδὲν εὕροι τις ἂν ἐπ' οὐδενὶ ἴσον, ἢ παραπλήσιον πώποτε. ὅρα γὰρ αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. ἑκὼν κατακριθεὶς τὴν κατὰ τῶν σταυροσάντων ἔλυσε θάνατον, καὶ ἀνέστρεψε τὴν τῶν ἀποκτεινάντων ἀνομίαν εἰς τὴν τῶν ἀνομησάντων σωτηρίαν.

Anno Christi 431.

* ἴσ. ἀνυπέρβλητον

ζ.

Ἀνθρώπου τοίνυν ψιλοῦ τὸ σῶσαι οὐκ ἦν· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ σώζοντος, κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα· ὅτι πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δό-

ANNO CHRISTI 431.

ξης τοῦ θεοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπεὶ οὖν ἡ ἁμαρτία τὴν ταύτης ὑπεύθυνον τῷ διαβόλῳ προσῆγεν, ὁ διάβολος τοῦτον τῷ θανάτῳ παρέπεμπε· τοιγαρτοι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ τὰ καθ' ἡμᾶς προῆγεν, καὶ ἐν ἀπόροις ἦν ἡ λύσις τοῦ θανάτου. οἱ πεμφθέντες ἰατροὶ κατηγόρουν. τί οὖν; ὡς εἶδον οἱ προφῆται μεῖζον τέχνης ἀνθρώπου τὸ τραῦμα, τὴν ἐξ οὐρανοῦ ἐπεβόων ἰατρόν. καὶ ὁ μὲν ἔλεγε, κύριε κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι. ἄλλος, ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἕτερος, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. ἄλλος, εἰ ὄντως οἰκήσει ὁ θεὸς μετὰ ἀνθρώπων; ἄλλος, ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. ἕτερος, οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. ἄλλος, ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. ἄλλος, ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ἄλλος, ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός· ζήτησον τὸν δοῦλόν σου τὴν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ. ἄλλος, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. οὐ παρεῖδε τοίνυν τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην τυραννουμένην ὁ φύσει βασιλεὺς ὑπάρχων· οὐκ ἀφῆκεν εἰς τέλος εἶναι τῷ διαβόλῳ ὑπεύθυνον ὁ φιλοικτίρμων θεός. ἀλλ' ἦλθεν ὁ ἀεὶ παρὼν, καὶ κατέβαλε λύτρον τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ γένους, ἀντάλλαγμα τῷ θανάτῳ, ὃ ἐκ παρθένου ἐφόρεσε σῶμα, καὶ ἐξηγοράσατο τὸν κόσμον ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας. καὶ βοᾷ Παῦλος· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου.

catum peccatorē diabolo obstringebat, obstrictumque diabolus in mortem præcipitem agebat, res humanæ in summum discrimen adductæ cernebantur, nec vlla liberationis spes sese offerebat. Quare prophetæ, qui animarum medici destinati fuerant, concionabantur quidem, & incusabant: verum vbi inflictum vulnus humana industria maius esse animaduertebant, cælestis medici opem implorabant. & hic quidem aiebat: *Inclina cælos, & descende.* alius, *Sana me Domine, & sanabor.* alius, *Excita potentiam tuam, & veni ad saluandum nos.* alius, *Numquid vere Deus habitabit inter homines?* alius, *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.* alius, *Heu me, periit pius a terra, & non est inter homines qui æquitati studeat.* alius, *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* alius, *Adhuc pusillum, & qui venturus est veniet, & non tardabit.* alius, *Erraui sicut ouis quæ periit; quære seruum tuum Domine sperantem in te.* alius, *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* Ille igitur, qui suapte natura rex est, humanam naturam tyrannide oppressam non despexit, neque permisit misericors Deus, vt perpetuo obligata diabolo teneretur: sed venit ille, qui semper præsens adest; propriumq; sanguinē nostri causa in redēptionis precium profundēs, & carnem quam e Virgine susceperat, in commutationem morti dedens, mundū a legis maledictio redemit, morteque mortē destruxit. Atq; huc illud Pauli tēdit: *Christus,* ait, *nos redemit de maledicto legis.*

Psalm. 143. vers. 5. Ier. 17. c. Ps. 79. v. 3. 3. Reg. 8. vers. 27. Ps. 78. v. 8. Micha. 7. vers. 2. Psalm. 69. Habac. 2. vers. 3. Psalm. 118. Ps. 49. v. 3. Gal. 3. v. 13.

ANNO CHRISTI 431.

VIII.

Qui itaque nos redemit, o Iudæe, non purus est homo; humana enim natura peccati seruitute oppressa tenebatur: sed neque tantum quoque Deus erat humana natura destitutus; corpus enim habebat, o Manichæe. nisi enim me induisset, me non saluasset. verum in ventre Virginis qui sententiam tulerat, ille me condemnationi obnoxium assumpsit. Ibi ergo admiranda commutatio interuenit. dato namque Spiritu accepit carnem; idem cum Virgine, & ex Virgine.

nino indigebat; quod inficiari non possunt. Atqui omne quod sanctificatione destituitur, illud suapte natura mutabile est; atque idcirco aut peccati, aut certe peccandi facultatis haudquaquam expers est: ergo demutatum est, quia forte ad meliora progressum est. Quomodo ergo idem esse, & nunquam mutari prædicatur? Porro autem si Deus Verbum, quod in forma & æqualitate Patris subsistens est, inunctum & sanctificatum est; non deerunt fortassis qui in friuolas ineptasque cogitationes præcipites ex hac re acti, ipsum quoque Patrem sanctificatione egere, & Filium Patre maiorem esse nugabuntur. siquidem hic ante vnctionem Patri æqualis erat; nunc autem Spiritu sancto inunctus est: Pater vero in quibus cōstitutus erat bonis manet, manebitque semper: nec, vt Filius, inunctus aut sanctificatus est, vt propterea progressus ad meliora fecerit. Imo vero hac admissa opinatione, Spiritus sanctus qui inungit & sanctificat, vtroque maior deprehendetur. nam *extra vllam controuersiam ac dubitationem, quod minus est, a meliore benedicitur*. Verum isthæc meræ sunt nugæ, meraque insanorum hominum deliria, verborumq; portenta. Etenim consubstantialis Trias suapte natura sancta est. Sanctus est Pater, sanctus pari modo per essentiam est Filius, sanctus eodem denique modo Spiritus sanctus. Ad propriam proinde naturam quod attinet, Dei Patris Verbum seorsum per se non est sanctificatum.

Hebr. 7. vers. 7.

ιϛ'.

Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον κεχρίσθαι τε καὶ ἡγιάσθαι μόνον, ταύτῃ τοι

XVI.

Quod si quis eum, quem sacra Virgo peperit, solum, hoc est, in propria subsistentem hypostasi, vnctum & sanctificatum arbitre-

tur, atque ob id Christum appellatum contendat; eiusmodi in medium prodeat, nobisque exponat, solane vnctio sat sit, vt vnctus cum Deo, qui est super omnia, æqualis gloriæ, parisque potentiæ & maiestatis esse censeatur. Quod si id satis esse concedat, & verũ hoc esse dicent; nos quoque vncti sumus; est enim in sacris literis: *Vos vnctionem habetis ex sancto.* Erimus igitur fortasse & nos ipsi quoque Deo pares: atque ita nihil, opinor, prohibebit, quo minus nos quoque perinde atq; Emmanuel a dextra illi assideamus. Dictum est enim ad illũ: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Adoret proinde & nos sacra illa mentium beatarum multitudo. nam vt Apostolus commemorat, *cum primogenitum suum in orbem terrarum inducit, ita ait: Adorent illum omnes angeli Dei.* At vero nos quamquam Spiritu sancto inungamur, necnon per gratiam in Dei filios cooptemur, & dii interdum quoque nominemur; nostræ tamẽ naturæ mediocritatem non ignoramus. Sumus enim de terra, & inter seruos numeramur. Ille vero naturę nostræ legibus non continetur, sed natura & veritate Filius, totiusque vniuersitatis Dominus est, atque e cælis ad nos delapsus est.

1. Ioan. 2. vers. 20.

Psalm. 109.

Hebr. 1. v. 6.

Ps. 96. v. 8.

Psal. 81. v. 6.

XVII.

Nec vero dicimus, qui recte sentire decreuimus, Deum factũ carnis patrem; nec rursum diuinitatis naturam a muliere editam, ante quam humana natura se induisset: sed Verbum, quod ex Deo natura est, & hominem qui ex sacra Virgine perfecte in hanc lucem ortus est, ad vnitatem con-

ANNO CHRISTI 431.

καὶ ὠνομάσθαι Χριστὸν, λεγέτω παρελθὼν, εἰ ἀπόχρη τὸ χρίσμα πρὸς τὸ ἀποφῆναι* τὸν ἀλειφόμενον ἰσοκλεᾶ καὶ ὁμόθρονον τῷ πάντων ἐπέκεινα θεῷ. καὶ εἰ μὲν ἀπόχρη τὸ χρίσμα, καὶ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς ἔστιν ἀληθές· κεχρίσμεθα καὶ ἡμεῖς. καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ θεσπέσιος Ιωάννης· καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου. ἐσόμεθα δὴ οὖν ἐν ἴσῳ τάχα που καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τῷ θεῷ. εἴργει δὲ, οἶμαι, παντελῶς οὐδὲν καὶ συνεδρεύειν αὐτῷ, καθάπερ ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὁ Εμμανουήλ. εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτόν· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. προσκυνείτω καὶ ἡμᾶς ἡ τῶν ἄνω πνευμάτων ἁγία πληθύς. ὅταν γάρ φησιν εἰσαγάγῃ τὸν προτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, εἰ καὶ τῷ ἁγίῳ κεχρίσμεθα πνεύματι, τὴν μὲν τῆς υἱοθεσίας καταπλουτοῦμεν χάριν, κεκλήμεθα δὲ καὶ θεοὶ, τό γε μὴν τῆς ἑαυτῶν φύσεως μέτρον οὐκ ἀγνοήσομεν. ἐσμὲν γὰρ ἐκ γῆς, καὶ τελοῦμεν ἐν οἰκέταις· ὁ δέ ἐστιν οὐκ ἐν οἷς ἡμεῖς, ἀλλὰ φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς, καὶ τῶν ὅλων κύριος, καὶ ἐξ οὐρανοῦ.

* τὸν χριόμενον

ιζ.

Καὶ οὐ δή που φαμὲν ὀρθὰ φρονεῖν ἠρημένοι, σαρκὸς γενέσθαι πατέρα τὸν θεόν· οὐδ' αὖ τὴν τῆς θεότητος φύσιν γεγεννῆσθαι διὰ γυναικὸς, οὔπω προσλαβοῦσα τὸ ἀνθρώπινον. συνενεγκόντες δὲ μᾶλλον εἰς ἕνωσιν τόν τε ἐκ θεοῦ φῶτα λόγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τε-

ANNO CHRISTI 431.

λείως ἄνθρωπον, ἕνα Χριστὸν Ιησοῦν καὶ κύριον προσκυνήσομεν· οὔτε τὴν τῆς θεότητος ὅρον ἔξω τιθέντες διὰ τὴν σάρκα, οὔτε μὴν εἰς ἀνθρωπότητα ψιλὴν καταβιβάζοντες διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. οὕτω νοήσεις τὸν ἐκ θεοῦ φῦντα λόγον τὴν ἑκούσιον ὑπομεῖναι κένωσιν· οὕτω τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερος· οὕτω σπέρματος Αβραὰμ ἐπελάβετο, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. εἰ γὰρ ἄνθρωπος νοεῖται ψιλὸς, καθ' ἡμᾶς, πῶς ἑτέρου παρ' αὐτὸν φυσικῶς ἐπελάβετο σπέρματος Αβραάμ; πῶς δὲ τῆς ἰδίας σαρκὸς κεκοινωνηκέναι λέγεται, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ; τὸ γάρ τισιν ὁμοιοῦσθαι λεγόμενον, ἐξ ἀνομοίου τινὸς ἐπὶ τὸ δεῖν ὁμοιοῦσθαι τρέχει.

ferentes, vnum Dominũ & Christum Iesum adorabimus: ita vt vnum hunc propter assumptã carnẽ extra diuinitatis terminos non eiiciamus, neq; propter eam rursus quam communem nobiscum habet similitudinem, intra solius humanæ naturæ cancellos includamus. Hoc constituto, facile assequere, qua ratione Verbum ex Deo genitum voluntariam exinanitionem sustinuerit, quove pacto is, qui suapte natura liber erat, serui forma suscepta, semetipsum humiliauerit; quo denique modo *semen Abrahæ apprehenderit*, carnisque & sanguinis Deus Verbũ particeps effectus sit. Nam si vt merus homo nostri similis, mente concipitur, quomodo semen Abrahæ, tamquam naturaliter quidpiam extraneum & ab se alienum apprehendit? quomodo propriæ carni, quo per omnia fratribus assimiletur, communicasse dicitur? Nam quod alteri assimilatur, ex dissimili ad similem formam transferatur oportet.

Philip. 2.

Hebr. 2. vers. 16.

Ibid. v. 17.

ιη'.

Επελάβετο τοίνυν σπέρματος Αβραὰμ, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἴδιον ποιησάμενος σῶμα τὸ ἐκ γυναικὸς, ἵνα μὴ μόνον ὑπάρχων θεὸς, ἀλλ' ἤδη καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, καθ' ἡμᾶς, νοοῖτο διὰ τὴν ἕνωσιν. ἐκοῦν ἐκ δυοῖν μὲν πραγμάτων ὁμολογουμένως, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ὁ Εμμανουήλ. πλὴν εἷς κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, εἷς τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς, θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος· * οὐ θεοποιηθεὶς ἐν ἴσῳ τοῖς κατὰ χάριν, θεὸς δὲ μᾶλλον ἀληθινὸς ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς δι' ἡμᾶς. πιστώσεται δὲ τοῦτο ἡμᾶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος λέγων·

* καὶ οὐκ ἄνθρωπος θεοποιηθεὶς

XVIII.

Apprehendit ergo Dei Verbũ semen Abrahæ, corpusq; ex muliere sibi cõstruens, carnis & sanguinis particeps factus est; ita vt iam non solum Deus sit, sed propter coniunctionem homo quoque nostri similis factus intelligatur. ex duabus igitur rebus, diuinitate nimirum & humanitate, certo constat Emmanuel, vnus tamen Dominus Iesus Christus, vnus verus naturalisque Filius, qui Deus simul & homo est; non homo deificatus, par illis qui per gratiam diuinæ naturæ participes efficiuntur; sed Deus verus, qui salutis nostræ causa in humana forma apparuit, prout Paulus quoque hisce verbis testatur:

Ibid. v. 14.

Gal. 4. v. 4. *Quando*, ait, *venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus*. Ecquis ille obsecro est, qui sub legem missus est, quique, vt hic asseritur, ex muliere factus est, nisi vnus ille, qui quidem vt Deus supra legem est; vt vero homo, sub lege factus fratribusque per omnia assimilatus est? Igitur iuxta Mosaicæ legis præscriptum, vna cum Petro didrachma dependit: vt autem liber tamquam filius, & lege maior vt Deus, etsi vt homo sub lege factus est, eiusmodi vocem promit: *Reges terræ a quibus censum aut tributum accipiunt? a filiis suis, an ab alienis?* Petro vero respondente, *Ab alienis*; mox infert: *Ergo liberi sunt filii*. Cum planum ergo sit, Dei Verbum a carne seiunctum, & quasi per se separatim subsistens, Christum recte dici non posse, sed id nominis eatenus in illud conuenire, quatenus homo factum est; agedum argumentis a sacrarum literarum monumentis ductis, ostendamus secundum naturam Deum esse, etiam si vnitatis vinculo propriæ carni cohæreat. Hoc etenim patefacto, simul clarebit, sacram Virginem optimo iure Deiparam a nobis appellari.

Hebr. 2. vers. 17.

Matth. 17. vers. 27.

Ibid. v. 25.

ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν ἡμεῖς. εἶτα τίς ὁ * ἀποστελλόμενος ὑπὸ νόμον τε καὶ ἐκ γυναικὸς, ὡς ἔφη, γεγενημένος, πλὴν ὅτι πάλιν αὐτὸς, ὁ πέρα μὲν νόμων, ὡς θεός; ἐπειδὴ δὲ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος γεγονὼς, καὶ ὑπὸ νόμον, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ· καὶ γοῦν συντελεῖ μὲν ὁμοῦ τῷ Πέτρῳ τὸ δίδραχμον κατὰ τὸν Μωσέως νόμον. ὅτι δέ ἐστιν ἐλεύθερος ὡς υἱὸς, καὶ νόμου κρείττων ὡς θεὸς, καὶ εἰ γέγονεν ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος, ἐδίδασκε λέγων· οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι κῆνσον, ἢ τέλη; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Πέτρου δὲ φάσκοντος, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων· ἐπήνεγκεν ὁ αὐτός· ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. Οντος δὴ οὖν ἐναργοῦς, ὡς οὐκ ἂν λέγοιτο Χριστὸς, ἔξω τε σαρκὸς ὑπάρχων, καὶ οἱονεὶ καταμόνας ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, πρεπούσης δὲ μᾶλλον αὐτῷ τῆς τοιᾶσδε κλήσεως, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος· φέρε δὴ φέρε δεικνύωμεν ἐξ αὐτῶν ἑλόντες τὰς πίστεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὅτι καὶ θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ εἰς ἑνότητα συνηνεγμένος, τὴν πρός γε φημὶ τὴν ἰδίαν σάρκα. οὐδὲ πεφηνότος ἀληθοῦς, θεοτόκος ἂν λέγοιτο πρὸς ἡμῶν, καὶ σφόδρα εἰκότως, ἡ ἁγία παρθένος.

Anno Christi 431.

* ἀποσταλμένος

XIX.

Igitur propheta Isaias tantum non hominem iam factum, moxque affuturum Filium demonstrans, ita inquit: *Confortamini manus remissæ, & genua dissoluta: consolamini vos pusillanimes men-*

Isa. 35. v. 3.

ιθ'.

Οὐκοῦν ὁ προφήτης Ησαΐας μονονουχὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν υἱὸν, καὶ ὅσον οὔπω παρεσόμενον προκατεδείκνυε λέγων· ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· * παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ δια-

* παρακαλεῖσθε

ANNO CHRISTI 431.

διανοίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει· αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται μογιλάλων γλῶσσα. ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως καὶ κύριον ἀποκαλεῖ, καὶ θεὸν ὀνομάζει, ἅτε λαλῶν ἐν πνεύματι· ὅτι μὴ ἄνθρωπον ἁπλῶς θεοφόρον ἠπίστατο τῷ Εμμανουὴλ, οὔτε μὴν ὡς ἐν ὀργάνου τάξει παρειλημμένον, ἀλλὰ θεὸν ἀληθῶς καὶ ἐνηνθρωπηκότα. τότε γὰρ δὴ τότε καὶ ἀνεῴχθησαν μὲν ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, ἤκουσαν δὲ καὶ ὦτα κωφῶν. τότε καὶ ἐλάφου δίκην ὁ χωλὸς ἀνεπήδα, γέγονε δὲ καὶ τρανὴ γλῶσσα μογιλάλων. οὕτως αὐτὸν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς * ἐκέλευε διακηρύττειν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγον· ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος τὴν Σιὼν, ὕψωσον ἐν ἰσχύει τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος τὴν Ιερουσαλήμ· ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. εἶπον ταῖς πόλεσιν Ιούδα· ἰδοὺ ὁ θεὸς ὑμῶν, ἰδοὺ κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ μετὰ κυρείας. ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐνώπιον αὐτοῦ. ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας. * ἐπέφανε γὰρ ἡμῖν ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, ἰσχὺν ἔχων τὴν θεοπρεπῆ, καὶ μετὰ κυρείας βραχίονα, τουτέστιν ἐν ἐξουσίᾳ τε καὶ κυριότητι. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε τῷ μὲν λεπρῷ· θέλω, καθαρίσθητι. ἥπτετο δὲ τοῦ σοροῦ, καὶ ἀνίστη τεθνεῶτα τῶν τῆς χήρας υἱόν.

κ'.

Συνήγαγε δὲ καὶ ἄρνας. ποιμὴν γὰρ

te, confortamini, & nolite timere. Ecce Deus noster iudicium retribuet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. En quomodo veluti in spiritu loquens, Emmanuelem & Dominum appellet, & Deum nominet; quod non hominem simpliciter Deiferum aut instrumenti loco assumptum illum sciret, sed Deum vere incarnatum. Tunc enim, tunc cæcorum oculi patefacti sunt, tunc surdorum aures audierunt, tunc claudi ceruorum instar exilierunt, tunc balbutientium lingua facta est diserta. Eiusmodi præconiis illum vt exornarent, sanctis euangelistis per Spiritum sanctum iniunctum est. ait enim: *Supra montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exaltate, nolite timere: dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine venit, & brachium eius cum dominatione: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, & in brachio suo colliget agnos, & in sinu suo leuabit; fetas ipse portabit.* Apparuit enim nobis Dominus noster Iesus Christus diuina fortitudine, dominationisque brachio, hoc est, potestate & auctoritate instructus. Hinc leprosum ita affatur: *Volo, mundare.* hinc rursum loculum tetigit, & extinctum viduæ filium in vitam reuocauit.

Isa. 40. v. 9.

Matth. 8. vers. 3. Luc. 7. vers. 14.

XX.

Quin & agnos quoque disper-

Ioan. 10. verſ. 11. ſos in vnum coegit: eſt enim paſtor ille bonus, qui animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit. Vnde & *Ibid. v. 15.* ait: *Sicut nouit me Pater, & ego cognoſco Patrem; & animam meam pono pro ouibus meis. & alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* Adde his, magnum illum baptiſtam Ioannem, cum de Chriſto concionandi exordium faceret, non diuinitatis organum, aut hominem ſimpliciter Deiferum (vt nonnullis garrire lubet) ipſum appellaſſe, iiſve qui per vniuerſam Iudæam paſſim habitabant, annuntiaſſe; ſed Deum incarnatum, id eſt, hominem factum: *Matth. 3. verſ. 3.* clamat namque; *Præparate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Et cuius quæſo vias præparare iuſſit? an non Chriſti, hoc eſt, Verbi in humana forma manifeſtati? Quid? an non vel vnius Pauli teſtimonium ad fidem huic rei faciendam ſat eſſe poterat? ſcribit is autem in hunc modum: *Rom. 8. verſ. 31.* *Quid igitur dicemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Hic te nunc interrogo, quomodo is qui ex ſacra Virgine ortus eſt, proprius Dei filius appelletur? Sane vt hominis & cuiuſcumque alterius animantis proprium id eſſe recte dicitur, quod naturaliter ex illo naſcitur; ita merito quoque id proprium Dei cenſetur & appellatur, quod ex illius ſubſtantia progignitur. Qua igitur ratione Chriſtus proprius Dei filius nominatur, qui & a Deo quoque & Patre omnium ſalutis & vitæ cauſa oblatus

ἐστιν ἀγαθὸς, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων. τοιγαρ τοι καὶ ἔφασκε· καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι· καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. ἀρχόμενος δὲ τῶν ἐπ' αὐτῷ κηρυγμάτων καὶ ὁ θεσπέσιος βαπτιστὴς Ιωάννης, οὔτε θεότητος ὄργανον, οὔτε μὴν ἄνθρωπον ἁπλῶς θεοφορούντα κατά τινας, θεὸν δὲ μᾶλλον μετὰ σαρκὸς, ἤγουν ἐνηνθρωπηκότα, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ιουδαίαν εὐηγγελίζετο λέγων· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. τίνος οὖν προστέταχεν ἑτοιμάζεσθαι τὰς ὁδοὺς, πλὴν ὅτι Χριστοῦ, τουτέστιν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ πεφηνότος τοῦ λόγου; ἀπόχρη δὲ, οἶμαι, πρὸς πίστιν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐπιμαρτυρῶν τε καὶ λέγων· τί οὖν ἐροῦμεν; εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; εἶτα, εἰπέ μοι, πῶς ἂν νοοῖτο θεοῦ ἴδιος υἱὸς, ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου; ὥσπερ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου, καὶ μὴν ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων, τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένον· οὕτως ἴδιον θεοῦ, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι καὶ λέγοιτο. πῶς οὖν ἴδιος θεοῦ υἱὸς ὠνόμασται ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ δέδοται παρὰ θεοῦ καὶ πατρὸς, τῆς ἁπάντων ἕνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς;

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

παρεδόθη γὰρ διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἀνομίας πολλῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. πρόδηλον οὖν, ὅτι τὸ τῆς ἑνώσεως χρῆμα παραληφθὲν ἀναγκαίως, ἴδιον υἱὸν ἀποφαίνει τοῦ θεοῦ τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. σῶμα γὰρ ἦν οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, ἴδιον δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου, τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτῆς.

κά.

Εἰ δὲ δὴ ψιλὴν καὶ μόνην ἀπονέμει τις αὐτῷ τὴν ὀργανικὴν ὑπουργίαν, ἀποπέμψει καὶ οὐχ ἑκὼν καὶ τοῦ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν υἱόν. ὑποκείσθω γάρ τις τῷ λόγῳ, φέρε εἰπεῖν, ἄνθρωπος· ἔστω δὲ αὐτῷ καὶ παῖς τὰ εἰς λύραν τεχνίτης, καὶ ψάλλειν τὰ ἄριστα μεμελετηκώς· ἆρα οὖν ὁ τοιοῦτος καταλογιεῖται τὴν λύραν καὶ τὸ τῆς ᾠδῆς ὄργανον ἐν υἱοῦ τάξει σὺν τῷ υἱῷ; καί τοι πῶς οὐκ εὔηθες λίαν τὸ χρῆμά ἐστιν; ἡ μὲν γὰρ λύρα εἰς ἔνδειξιν παρελήφθη τῆς τέχνης, ὁ δέ ἐστι καὶ ὀργάνου δίχα, τοῦ τεκόντος υἱός. εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι παρελήφθη πρὸς ὑπουργίαν ὁ ἐκ γυναικὸς, ἵνα δι' αὐτοῦ τελῆται τὰ θαύματα, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἀναλάμψῃ τὸ κήρυγμα· λεγέσθω καὶ ἕκαστος τῶν ἁγίων προφητῶν θεότητος ὄργανον, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ ἱεροφάντης Μωϋσῆς· ὃς ἀναχὼν τὴν ῥάβδον, μετετίθη μὲν εἰς αἷμα τοὺς ποταμούς· διαχωρίζων δὲ καὶ αὐτὴν τὴν θάλατταν, διὰ μέσων ἰέναι κυμάτων ἐκέλευε τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἐπιφέρων δὲ αὐτὴν καὶ πέτραις, ὑδάτων αὐτὰς

prædicatur? *Traditus est enim propter delicta nostra: & ipse* (secundum Prophetæ vocem) *multorum iniquitates in corpore suo pertulit super lignum.* Planum est, quod ad naturarũ vnionem respiciens, Emmanuelem qui ex sacra Virgine exortus est, Dei Filium definiat: quandoquidem corpus quod ex ea natum est, non alterius cuiuspiam hominis nostrimet similis, sed ipsius Verbi, quod ex Patre natum est, proprium erat.

Rom. 4. vers. 25.

1. Petr. 2. vers. 24. ex Isai. 53.

XXI.

Quod si quis illum aliud nihil quam nudum Dei organum extitisse contenderit; is vel inuitus veram Filii rationem illi auferet. Proponatur verbi causa homo quispiam, cui sit filius lyræ tractandæ gnarus, psallendique oppido peritus; numquid hic lyram & reliqua musices instrumenta eodem cum filio loco & ordine habebit? Nihil enim hac re dici queat absurdius: siquidem lyra ad solum artis vsum assumitur; musicus autem etsi omnino organo careat, parentis sui filius esse non desinit. Quod si illum qui ex muliere ortus est, ad ministerium assumptum dixerint, vt miracula per illum ederentur, euangelicorumque oraculorum prędicatio inuulgaretur; eadem licentia quemlibet sanctorũ prophetarum, & præcipue sacratissimum illum Moysen, diuinitatis instrumentũ extitisse asseuerent. Hic enim sublata virga Ægyptiorum flumina in sanguinem vertit; marique in partes dissecto, Israeliticum populũ per medium traduxit: & virga saxum percutiens, vbertim scaturientes vndas produxit, & duras cautes in aqua-

Exod. 7.

Exod. 24.

Exod. 17.

Psalm. 113. vers. 8. Galat. 3.

rum fontes commutauit: mediator præterea Dei & hominum, & legis minister, & populi denique dux & doctor extitit. Nihil proinde eximium in Christo fuisset, nec vllam in partem ceteros, qui illum antecesserant, excelluisset, si & ipse quoque æque ac illi, instrumenti vicem expleuerit. Consequens fit ergo diuinum Dauidem nugari, planeque ineptire,

Psal. 88. v. 1.

dum ait: *Quis in nubibus æquabitur Domino? & quis similis erit Domino in filiis eius?*

XXII.

At sapientissimus Paulus Moysen, ad Hebræos scribens, domesticis annumerat; eum vero, qui diuina dispensatione ex muliere natus est, hoc est Christũ, Deum ac Dominum vocat. Scribit enim

Hebr. 3. v. 1.

hunc in modum: *Vnde, fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus autem tamquam filius in domo sua, cuius domus nos sumus.* Iterum atque iterum hic mihi expende, quomodo & humanæ naturæ proprietates integras illi cõseruet, & summæ nihilominus, solique Deo conuenientis glorię, ac dignitatis excellentiam eidem tribuat. Primo namq; apostolum ac pontificem illum vocat; mox ei qui fecit illum, fidelem extitis-

ἐποίει μητέρας, καὶ πηγὴν ἔδειξε τὴν ἀκρότομον· καὶ μεσίτης γέγονε θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ νόμου διάκονος ὑπῆ, καὶ καθηγεῖτο λαῶν. οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ περιττὸν ἐν Χριστῷ, καὶ πεπλεονέκτηκε μὲν οὐδαμῶς τοὺς πρὸ αὐτοῦ γεγονότας, εἰ ὡς ἐν ὀργάνων τάξει τε καὶ χρείᾳ κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καὶ οὗτος παραλαμβάνεται. πεφλυάρηκε δὴ κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ὁ θεσπέσιος Δαυὶδ κἀκεῖνο εἰπών· ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ;

κβ'.

Ἀλλ' ὅ γε σοφώτατος Παῦλος τελοῦντα μὲν ἐν οἰκέταις ἀποφαίνει Μωσέα, θεὸν δὲ καὶ κύριον ἀποκαλεῖ τὸν ἐκ γυναικὸς οἰκονομικῶς γεγονότα, τουτέστι Χριστόν. γέγραφε γὰρ ὧδε· ὥστε ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, θεός. καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὡς θεράπων, εἰς μαρτυρίαν τῶν λαληθησομένων· Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. ἄθρει δὴ οὖν ὅπως καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ τετήρηκε μέτρον, καὶ τῆς ἀνωτάτω δόξης καὶ θεοπρεποῦς ἀξίας ἀπονέμει τὴν ὑπεροχήν. ἀρχιερέα γὰρ καὶ ἀπόστολον εἰπὼν, καὶ μὴν καὶ γενέσθαι πιστὸν τῷ ποιήσαντι αὐ-

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

τὸν εὖ μάλα διαβεβαιούμενος, τετιμῆσθαι μειζόνως ἢ κατὰ Μωσέα φησὶ, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. εἶτα προσάγει· πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, θεός. ἐκοῦν τέτακται μὲν ἐν ποιήμασι καὶ ἐν τοῖς * κατασκευασμοῖς ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς· κατασκευαστὴς * δὲ τούτων ὁ τῶν ὅλων θεός· καί τοι θεοῦ λεγομένου κατασκευάσαι τὰ πάντα. θεὸς οὖν ἄρα καὶ ἀληθινὸς ἀνενδοιάστως ἐστί. καὶ Μωϋσῆς μὲν ὡς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ πιστὸς, Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τῶν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. καί τοι θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς προφητῶν· ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

* κατασκευαζομένοις

* δὲ ὅλων δέδεκται Χριστός. καί τοι

κγ'.

Ἀλλὰ τίς ἂν νοοῖτο, φαίη τις ἂν ἴσως, ἡ διαφορὰ Χριστοῦ καὶ Μωϋσέως, εἴπερ ἄμφω γεγόνασι διὰ γυναικός; πῶς ὁ μὲν οἰκέτης καὶ ὡς ἐν οἴκῳ πιστὸς, ὁ δὲ καὶ φύσει κύριος ὡς υἱὸς ἐπὶ τῶν οἶκον αὐτοῦ, τουτέστιν ἡμᾶς; οἶμαι δὲ ἔγωγε παντὶ τὸ χρῆμα ὑπάρχειν ἐναργὲς, εἴπερ ἐστὶν ἐν καλῷ φρενὸς, καὶ νοῦν ἔχει Χριστοῦ, κατὰ τῶν μακάριον Παῦλον. ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄνθρωπος, καὶ ὑπὸ ζυγὸν * δουλείας· ὁ δὲ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος ὡς θεὸς, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, καὶ κένωσιν ἀνατλὰς τὴν ἐθελούσιον δι' ἡμᾶς· ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο αὐτῶν τῆς θεοπρεποῦς δόξης ἐξοικίσει, οὔτε μὴν τῆς ὑπερτάτης καὶ κατὰ πάντων ὑπεροχῆς * ἀποσοβήσει ποθέν. ὥσπερ

* δούλου,

* ἀποσοβήσει. πόθεν;

se pronuntiat; postremo dignitate & honore tantum Moysen excelluisse asseuerat, quantum architectus domo quã fabricauit, gloria præstat. Subiungit deinde: *Omnis enim domus fabricatur ab aliquo: is vero qui omnia creauit, Deus est.* Diuinus itaque Moyses inter res effectas & structuras censetur: at vero Christus omniũ opifex declaratur. Et quia omnia condita dicit a Deo, Christum verum Deum esse omnino necessarium est. addit rursum: *Et Moyses quidem tamquam famulus in tota eius domo fidelis erat; Christus autem tamquam filius supra domum illius est, cuius domus nos sumus*, iuxta illud Prophetæ: *Quoniam habitabo in illis, & ambulabo cum illis, & ero illorũ Deus; & ipsi erunt mihi populus.*

Ibidem.

Ibidem.

2. Cor. 6. vers. 16. ex Leuit. 26. vers. 12.

XXIII.

Dixerit forte quispiam: Ecquis hoc inter Christum & Moysen discrimen agnoscere queat? Etenim si vterq; ex muliere progenitus est, quomodo alter est in domo tamquam fidus famulus, alter vero tamquam natura filius & Dominus supra domum illius, quæ domus nos sumus? Res hæc, vt ego quidem sentio, iis qui ingenio valent, sensumque & mentem Christi (vt Apostolus loquitur) obtinent, neutiquam obscura est. Moyses namque erat homo seruitutis iugo pressus; Christus vero vt Deus & vniuersorum architectus, suapte natura liber erat. Nam etsi nostri causa in exinanitionem voluntariam sese demisit, ea tamen abiectio diuinam gloriam illi nequaquam adimet, nec a suprema illa excellentia, quam super omnes habet, vlla ex

1. Cor. 7. vers. 40.

Philip. 2.

parte ipsum excludet: quando-
Rom.8.v.11. quidem vt nos Spiritu ipsius locupletati (in nostris enim cordibus hic inhabitat) inter filios Dei censemur; neque per hoc tamen id quod naturaliter sumus, esse desinimus (sumus namque homines secundum naturam, etiamsi
Ibidem. Deo, Abba Pater, dicamus) ita Deus Verbum, quod inexplicabili quodam modo ex Dei & Patris substantia gignitur, naturam humanam quam assumpsit, honore quidem affecit, non ob id tamen propria dignitate aut excellentia excidit. manst enim Deus, etiam humanitate iam indutum. Neutiquam ergo templum illud, quod ex sacra Virgine assumptum est, organi loco acceptum dicimus: verum sacrarum scripturarum sensum, sanctorumque patrum sententias secuti, Verbum modo non semel iam exposito, carnem factũ, & suam pro nobis animam posuisse asserimus. Nam cum mortem suam salutem mundo allaturam esse non ignoraret, crucem sustinuit confusione con-
Hebr. 12. vers. 2. tempta; tametsi secundum naturam vita esset, vtpote Deus. Quomodo igitur vita mortem oppetiuisse dicitur? Non aliter sane, quam mortem in propriam carnem excipiens: quandoquidem dum hanc denuo viuam reddidit, veram se vitam esse aperte ostendit.

ANNO CHRISTI 431.

ⲉⲇ ἡμεῖς τὸ ἀυ̅ⲧ̅ πνε̅ῦ̅μα πλουτήσαντες· κατῴκησε γὰρ ⲉ̓ν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· τε̅ⲕ̅ⲛ̅α μὲν ⲉ̓ν τέκνοις θεοῦ, τόγε μὲν ⲉ̓ἶναι τοῦθ' ὅπερ ⲉ̓σμὲν ⲟ̓κ ⲁ̓ποβεβλήκαμεν· ⲉ̓σμὲν γὰρ ⲁ̓νθρωποι κ̅ⲧ̅ⲫ̅ⲩ̅σιν, καί τοι θεὸν λέγοντες, Αββᾶ ὁ πατήρ· οὕτω δὲ αὐτὸς ὁ τῆς τοῦ θεοῦ κ̀ⲩ̀ παρ' ⲟ̓ὐσίας ⲁ̓ποῤῥήτως ⲉ̓κπεφηνὼς θεὸς λόγος, προσλαβὼν τὸ ⲁ̓νθρώπινον, τετίμηκε μὲν τ̀ φύσιν, οὐ μὴν ⲉ̓ξω γέγονε τ̀ ἰδίας ὑπεροχῆς, μεμίμηκε δὲ κ̀ ⲉ̓ν ⲁ̓νθρωπότητι θεός. ⲓ̀ⲕⲟⲩ̃ ⲟ̓ⲛ ⲉ̓ⲛ σὺ ὀργάνου τάξει παρειλῆφθαί φαμεν ⲉ̓κ τῆς παρθένου * ναόν· ⲉ̓πόμενοι δὲ μᾶλλον τῇ πίστει τ̀ ἱερῶν γραμμάτων, κ̀ ταῖς τ̀ ἁγίων φωναῖς, σάρκα γενέσθαι λόγον διακεισόμεθα, καθά γε σὺν ἤδη πλειστάκις ἡμῖν προαποδεδείχαμεν ῥήσεις. * οὕτω καὶ τεθνηκέναι ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ψυχικόν. ⲉ̓πειδὴ γὰρ ἰδὼν ὁ θάνατος αὐτ̀ τοῦ κόσμου ὁ σωτήριος, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καί τοι ζωὴν κ̅ⲧ̅ⲫ̅ⲩ̅σιν ὑπάρχων, ὡς θεός. πῶς οὖν ἡ ζωὴ τεθνάναι λέγεται; τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ παθοῦσα τὸν θάνατον, ἵνα φαίνηται ζωὴ, ζωοποιοῦσα πάλιν αὐτόν.

* ὑμῖν.

* οὕτω γ̀.

XXIV.

Verum quo planius fiat quod dicitur, age & in nostram quoq; mortem inquiramus, eiusdemq; rationem accurate cõsideremus. Numquid ergo mortalium quispiam sana mente vtens, dum corpus hoc terrenum extinguitur, vna cum illo ipsam quoq; animam extingui credit? Non existimo vel vni ex omnibus id esse persuasum: & tamen quod commu-

κδ'.

Φέρε γὰρ καὶ ⲉ̓φ' ἡμῶν αὐτῶν ὁ τοῦ θανάτου πολυπραγμονήσωμεν λόγος. οὐχ ἁπαξάπασιν τῶν εὖ φρονούντων ⲉ̓ρεῖ τοῖς ⲁ̓πὸ γῆς σώμασι * συγκαταφθείρεσθαι τὰς ψυχάς. ἀλλ' ὅμως τοῦτό ⲟ̓ⲧⲓⲛ ⲉ̓ν οὐδενὶ τῶν ⲟ̓ⲛⲧⲱⲛ ⲉ̓νδιαιτᾶσθαι. πλὴν ⲁ̓νθρώπου

* ἰσ. μὴ συγκαταφθείρεσθαι

ANNO CHRISTI 431.

θάνατος, τὸ συμβεβηκὸς ὀνομάζεται. οὕτω νοήσεις καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Εμμανουήλ. ἦν μὲν γὰρ ὁ λόγος ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τῷ ἐκ γυναικὸς, ἐδίδου δὲ αὐτὸ τῷ θανάτῳ κατὰ καιρὸν, πάσχων μὲν οὐδὲν εἰς ἰδίαν φύσιν αὐτός· ζωὴ γάρ ἐστι καὶ ζωοποιός· οἰκειούμενος δὲ τὰ * σαρκικὰ, ἵνα καὶ αὐτοῦ λέγηται τὸ παθεῖν, καὶ εἷς ὁ πάντων ἀναστὰς, τεθνεὼς ὑπὲρ πάντων, ἀγοράσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ κατακτήσηται τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοῦ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ τοῦτο ὡς ἀληθὲς ὁ μακάριος προφήτης Ησαΐας διακηρύττει λέγων ἐν πνεύματι· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη.

* σαρκὸς.

κέ.

Εἷς οὖν ὁ πάντων ἀξιώτερος τὴν ἰδίαν ὑπὲρ πάντων τέθεικε ψυχήν. καὶ συνεχώρει μὲν οἰκονομικῶς καταβιάζεσθαι βραχὺ τῷ θανάτῳ τὴν σάρκα, * κατήργηκε δὲ πάλιν αὐτὸν ὡς ζωὴ, παθεῖν οὐκ ἀνεχομένη τὸ παρὰ φύσιν ἰδίαν· ἵνα καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων ἀτονήσῃ σώμασιν ἡ φθορὰ, καὶ τὸ θανάτου παραλύοιτο κράτος. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Αδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες * ζωοποιηθησόμεθα. εἰ γὰρ μὴ πέπονθεν ἀνθρωπίνως ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ δὲ ἐνήργησε θεϊκῶς τὰ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν. λέγεται γὰρ πρόνα mortem nostri causa non sustinuisset. Traditur namque mor-

* κατήργει τὸ

* ζωοποιησόμεθα.

niter accidere solet, non corporis, sed hominis mors appellatur. Ad eum itaque modum & de ipso quoq; Emmanuele statuas licet. erat enim Verbum in eo quod ex muliere susceptũ erat, tamquam in proprio corpore; hoc ipsum autem corpus præfinito tempore in mortem contradidit, nihil interim incommodi propria natura sustinens. ipsum namque & vita est, & cetera omnia viuificans est: verumtamen quæ carnis sunt veluti propria in se transferens, & mortem perpessum, ac resurgẽs quod erat pro omnibus mortuum, proprio sanguine humanum genus expiasse, & quotquot per terrarum orbem degunt, Deo & Patri acquisiuisse dicitur. Vnde sacer vates Isaias, diuino Spiritu afflatus, hæc de illo pronuntiat: *Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est, & ipse peccata multorum tulit.* Isai. 53.

XXV.

Vnus ergo omnes dignitate præstans pro omnibus animam suam posuit; & œconomica quadam ratione carnem per mortem nonnihil humiliari sinebat. Verum secundum propriam naturam, in quam nullus dolor, nulla cadit perpessio, eamdem mortem vicissim destruxit, quo hac nimirum ratione corruptio in omniũ corporibus eneruaretur, mortisque imperium dissolueretur. Etenim vt in Adã omnes morimur, sic e contrario in Christo omnes viuificamur. Neque enim ea quæ ad salutem nostrã faciunt, secundum naturam diuinam perfecisset, si secundum naturam huma-

1. Cor. 15. vers. 22.

tem primo quidem oppetiisse vt homo; mox vero per id quod sua natura est Deus, in vitam denuo rediisse. Si igitur mortem secundum Scripturas corpore non pertulit, neque spiritu viuificatus reuixit quoq;. Quod si vero in vitam non resurrexit, fides nostra vana est, & in peccatis etiamnum sepulti iacemus. Nam iuxta beati Pauli doctrinam, in mortem illius baptizati sumus; peccatorumque remissionem per sanguinem illius obtinuimus.

1. Cor. 15. vers. 17.

Rom. 6. v. 3.

XXVI.

Porro autem si neque verus Dei filius est Christus, neque natura Deus, sed æque ac nos, nihil aliud quam homo, aut diuinitatis instrumentum; nequaquam per Deum salutem consecuti sumus, sed per eum qui nostri similis nostri causa mortuus, alteriusq; virtute & potestate resuscitatus est. Quomodo ergo mors per Christum deuicta dicitur? Atqui Christũ de sua anima ita pronuntiantem audio: *Nemo tollit illam a me, sed ego pono eam a me. potestatem enim habeo ponendi eam, & potestatẽ habeo rursum sumendi eam.* Qui enim mortem nesciebat, ille secundũ propriam carnem in mortem omnibus communem se abiecit, quo & nos quoq; vna cum illo ad vitam resurgeremus. Reuixit enim despoliatis inferis, non vt nostræ conditionis homo, sed vt Deus in carne nobiscum & supra nos. Obtinuit autem natura in ipso tamquam in capite incorruptionẽ. Contrita est mors quoque, dũ corpori quod ipsius vitæ erat, hostiliter insultat. Quemadmodum enim illa per Adam vicit, ita per Christum debellata corruit. Quamobrem diuinus il-

Ioan. 10. vers. 18.

τερον ἀποθανεῖν μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ἀναβιῶναι δὲ μετὰ τοῦτο, διὰ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν θεός. εἰ τοίνυν οὐ πέπονθε τῷ τεθνάναι σαρκὶ, κατὰ τὰς γραφὰς, οὐδὲ ἐζωοποιήθη πνεύματι, τουτέστιν, ἐκ ἀνεβίω. καὶ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν· ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. βεβαπτίσμεθα γὰρ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, κατὰ τὰς τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὰς, καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἐσχήκαμεν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

κϛ'.

Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ὁ Χριστὸς οὔτε υἱὸς ἀληθῶς, οὔτε μὴν φύσει θεὸς, ἄνθρωπος δὲ ψιλὸς καθ' ἡμᾶς, καὶ θεότητος ὄργανον, σεσώσμεθα μὲν οὐκ ἐν θεῷ ποθεν, ἑνὸς δὲ μᾶλλον τῶν καθ' ἡμᾶς τεθνεῶτος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ δυνάμεσιν ἀλλοτρίαις ἐγηγερμένου. πῶς οὖν ἔτι κατηργήθη ὁ θάνατος διὰ Χριστοῦ; καί τοι λέγοντος ἀκούω σαφῶς περὶ τῆς ἰδίας ψυχῆς· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. ἐξουσίαν γὰρ ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. κατέβη γὰρ μεθ' ἡμῶν εἰς θάνατον διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁ θάνατον οὐκ εἰδὼς, ἵνα καὶ ἡμεῖς * ἀναβῶμεν σὺν αὐτῷ πρὸς ζωήν. ἀνεβίω γὰρ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, οὐχ ὡς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς θεὸς ἐν σαρκὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ * ἡμᾶς. κατεπλούτει δὲ ἡ φύσις ὡς ἐν αὐτῷ δὴ καὶ πρώτῳ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ συνετρίβη ὁ θάνατος, τῷ τῆς ζωῆς σώματι πολεμίου δίκην εἰσβαλών. ὥσπερ γὰρ νενίκηκεν ἐν τῷ Ἀδὰμ, οὕτω πέπτωκεν ἐν τῷ Χριστῷ. καὶ γοῦν ἀναβαίνοντι

* ἀναβιῶμεν

* ἡμῶν

δι'

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεὸν, ἵνα τοῖς ἐπὶ γῆς βάσιμον ἀποφήνῃ τὸν οὐρανὸν, τὰς ἐπινικίους ᾠδὰς ἀνετίθη λέγων ὁ θεσπέσιος μελῳδός· ἀνέβη ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. ψάλατε τῷ θεῷ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε, ψάλατε συνετῶς. ἐβασίλευσεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη. ἔφη δέ που καὶ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ αὐτοῦ, λέγων· ὁ καταβὰς, ὁ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

κζ'.

Ὅτι τε τοίνυν καὶ θεός ἐστιν ἀληθῶς, καὶ βασιλεὺς κατὰ φύσιν, εἴρηται δὲ καὶ τῆς δόξης κύριος ὁ ἐσταυρωμένος, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον; προσκυνήσον ὡς ἕνα, μὴ διελὼν εἰς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν. τότε γελάσει μάτην ὁ παράφρων Ἰουδαῖος, τότε κυριοκτόνος ἔσται κατὰ ἀλήθειαν· ἀλώσεται δὲ πεπλημμεληκὼς οὐκ εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν * τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν. καὶ δὴ καὶ ἀκούσεται· οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν καὶ υἱοὶ ἄνομοι· ἐγκατελίπετε τὸν κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. ἑλλήνων δὲ παῖδες κατ' οὐδένα τρόπον τὴν τῶν χριστιανῶν διαμωμήσονται πίστιν. λελατρεύκαμεν γὰρ οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ· μὴ γένοιτο· θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ φύσιν, οὐκ ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τὴν δόξαν, κἂν εἰ γέγονε καθ' ἡμᾶς, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, τουτέστι θεός. δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ

* τὸν σωτῆρα θεόν.

le psaltes Dauid ad Deum cælestemq; Patrem pro nobis & propter nos ascendenti, nempe quo nobis terræ huius inquilinis viam ad cælũ muniret, eiusmodi triumphale carmen accinuit: *Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite; psallite Regi nostro, psallite, psallite sapienter. Deus regnauit super omnes gentes.* Sed & beatus Paulus quoque de illo his consentanea scribit: *Qui,* inquit, *descendit, ipse est qui & ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia.*

Psalm. c. 46. v. 6. 7.

Ephes. c. 4. v. 10.

XXVII.

Cum igitur secundum naturam verus sit Rex, & Deus item verus gloriæ Dominus crucifixus prædicetur; cui dubiũ esse potest, quin sacra Virgo Deipara sit nominanda? Tu igitur Emmanuelem vt vnum adora, neque post factam vnitionem in duos illum disseca. Tunc enim insanus Iudæus incassum ridebit, tunc proculdubio occisi Domini reus agetur; tunc illum non in vulgarem quempiam hominem nobis similem impie ac scelerate sæuiisse apparebit, sed in vniuersorum Saluatorem & Deum; audietque vel inuitus: *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, & filiis scelestis. Dereliquistis Dominum, & exacerbastis sanctum Israel.* Tunc gentium populus nullo prorsus iure Christianorum fidem subsannare poterit. Agnoscet enim nos non nudo alicui homini diuinum cultum deferre, absit; sed illi qui natura Deus est. neque enim gloriæ maiestatisque illius ignari sumus. nam etsi perinde ac nos factus est; id tamen quod erat, nimirum Deus, semper mansit. Per ipsum, & cum

1. Cor. c. 2. v. 8.

Isa. c. 1. v. 4.

ipso, Deo & Patri sit gloria cum sancto & viuifico Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

θεῷ καὶ πατρὶ εἴη δόξα σὺν ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Anno Christi 431.

CAPVT III.

Cyrilli episcopi Alexandrini de recta in Dominum nostrum Iesum Christum fide liber, religiosissimo imperatori Theodosio nuncupatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ ὀρθοφρονητικοῦ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον, περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

I.

SVPREMVM humanæ gloriæ culmen, Christianissimi imperatores, longe maximo discrimine ceteris omnibus antecellens præstansque; plæclara itidem fors, munusque perillustre a diuina excellentia & maiestate in vos defluxit, nempe quo summæ illius celsitudinis & dignitatis aliquod quoque vestigium & quasi simulacrum in terris extaret. Igitur vt summo illi numini omne genu incuruatur, thronique & dominationes, principatus ac potestates prona submittentes colla, congruis illud laudibus & hymnis venerantur, necnon cælum terramque plena eiusdem gloria & maiestate esse profitentur: ita in vestra quoque serenitate adeo conspicuæ atque omnium supremæ claritudinis illustrem ac plane expressam imaginē intueri licet. Vos etenim omni terreno fastigio superiores, amplissimarum dignitatum fontes estis. Vos humanæ felicitatis principia & origines: clementissimis maiestatis vestræ nutibus ad iustam honestamque ac beatam viuendi rationē promouetur quidquid vsquam est gentium, regni vestri soliis substratum. Quod si qui sunt, qui iugum detrectant,

Isai. 45. vers. 23.

Isai. 6.

α'.

ΤΗΣ μὲν σὺν ἀνθρώποις βασιλείας τὸ ὑψηλότατον, καὶ ἀσυγκρίτοις διαφορᾶς τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπερτερούμενον, ὑμεῖς ὦ φιλόχριστοι βασιλεῖς, καὶ κληρονομεῖτε ὑμῖν ἐξαίρετός τε καὶ πρέπων παρὰ θεοῦ, τῆς ἐνούσης αὐτῷ καὶ παντῶν * ὑπεροχῆς, εἰκὼς γὰρ ἐπὶ γῆς τὸ γέρας. κάμπτει μὲν γὰρ αὐτῷ πᾶν γόνυ, θρόνοι τε καὶ ἀρχαὶ, κυριότητες καὶ ἐξουσίαι, δοῦλον ὑπέχουσαι τὸν αὐχένα, καὶ ταῖς καθηκούσαις ἀεὶ δοξολογίαις καταγεραίρουσι· πλήρη τε εἶναί φασι τὸν οὐρανὸν καὶ πᾶσαν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ. ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος, τῆς οὕτω θεμιτοῖς καὶ ἀνωτάτω πασῶν βασιλείας διαπρεπούσης τε καὶ ἐναργῆ τὸν τύπον. ὑμεῖς γάρ ἐστε καὶ τοῖς εἰς λῆξιν ἀξιωμάτων πηγαὶ, καὶ ἁπάσης ὑπεροχῆς ἐπέκεινα, καὶ τῆς σὺν ἀνθρώποις ὑπομειρίας ἀρχὴ, καὶ γένεσις· καὶ νόμασι μὲν τοῖς ἡμετέροις τοῦ ὑμετέρου κράτους, θεοῦ ἔννομόν τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ ἀοίδιμον πηδαλιουχεῖται ζωὴ πᾶν ὅσον ἐστὶ τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις ὑπερερωμένον. ἐν ᾗ τῆς ζωῆς ἐκ θεοῦ

* ὑπερτῆς εἰκόνα ἔχει τῆς σφῶν

ANNO CHRISTI 431.

χόμενοι, πίπτουσι ῥᾳδίως, τῆς ἐνούσης ὑμῖν εὐσθενείας ἡττώμενοι. κἂν ἀστράψῃ μόνον ἡ βασιλέως ἀσπὶς, φροῦδα τὰ ἐκείνων οἴχονται, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀπονοίας τῶν οἰκείων εὐθὺς ἀποστήσαντες νοῦν, πεσόντες εἰς γόνυ ζητοῦσι τὸ ἔλεον. τοιγαρτοι κεκράτηκε τῆς ὑπ' οὐρανὸν τῶν ὑμετέρων ὑπασπιστῶν ἡ μαχιμωτάτη, καὶ ἐμπειπόλεμος, καὶ ἀεὶ νικῶσα πληθύς. ὑμεῖς ἐστε τῶν πρὸς ἑῴαν καὶ ἑσπέραν καὶ ᾠδὴ, καὶ λύρα, καὶ ἁπάσης ὑπόθεσις εὐφημίας· ὑμᾶς ἡ πρὸς νότον, καὶ μὴν καὶ ὅσοι βορειότερον οἰκοῦσι τόπον, φωναῖς χαριστηρίοις στεφανοῦντες οὐ καταλήγουσιν. ἔρεισμα δὲ τὸ ἀκράδαντον τῆς οὕτω θεοφιλοῦς καὶ εὐαγεστάτης ὑμῶν βασιλείας, αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός. δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἔστι γὰρ αὐτῷ παναλκὲς τὸ θέλημα, καὶ ἐν τῷ κατανεῦσαι μόνον ἡ παντὸς πλήρωσις ἀγαθοῦ. διανέμει δὲ καὶ λίαν ἑτοίμως τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ πάντων ἐξαίρετα, τῶν ὅσα ἐστὶν ἀξιόληπτα, καὶ τεθαυμασμένα. καὶ ἀπόχρη μὲν εἰς ἀπόδειξιν ὧν ἔφην, τὰ τῷ ὑμετέρῳ κράτει δεδωρημένα, δοθησόμενα δὲ ἔτι, καθὰ πεπιστεύκαμεν. ὅτι δέ ἐστι κρηπὶς ἀκατάσειστος ταῖς βασιλέων τιμαῖς, τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας τὰ αὐχήματα, καὶ ἐξ αὐτῆς πειράσομαι τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου πληροφορῆσαι γραφῆς, βραχυλογήσας, ὡς ἔνι.

β'.

Πλεῖστοι μὲν γὰρ ὅσοι γεγόνασι κατὰ

illi vestra potentia nullo pene negotio superati succumbunt. Imo vero si regium scutum vel semel concussum micuerit, vana illorum consilia atque studia in ventos mox abeunt; quippe qui amentiam suam missam facientes, euestigio ad genua vestra sese prouoluant, supplicesq; veniam exposcant. Nimirum cohortes vestræ bellicosissimæ, militarisque disciplinæ peritissimæ, ac triumphis agendis nunquam non assuefactæ, terrarum orbem subiugarunt. Vos proinde totus oriens, vos totus canit occidens, omnique laudum genere prosequitur: vos, qui ad Austrum vergunt, vos, qui ad Aquilonem pertinent, festiuis gratulationibus exornare nunquam desinunt. Inconcussum autem piissimi & sacratissimi imperii vestri firmamentum est ipse Dominus Iesus Christus. *Per hunc enim*, vt scriptum est, *reges regnant, & potentes decernunt iustitiam.* est enim illi voluntas omnipotens, omnisque boni, si solum annuat, copia. Dilargitur is ergo amicis suis munera in primis eximia & præclara, & quæ in precio habeantur quam maxime idonea, & id quidem admodum alacriter & prompte. Quod hic dicimus, vel ea sola quę maiestati vestræ ab eo donata sunt, & olim adhuc, quemadmodum confidimus, donabuntur, verum esse euidenter ostendunt. Ceterum quod eximia in Deum pietas inconcussum regiæ dignitatis fundamentum existat, id quanta fieri poterit breuitate & claritate, vel ex ipsa sacra diuinaque scriptura docere enitar.

Prouerb. c. 8. v. 15.

II.

Plurimi citra controuersiam

retro actis temporibus extitere qui Iudæam prouinciam administrarunt, regnique illius gubernacula tractauerunt. Verum quotquot ex illis cultu & obseruantia, quæ Deo debentur, impie contemptis, & iustitiæ magistra lege pro nihilo ducta, suo fastui suisque libidinibus libere indulgendum esse putauerunt, omnes hi mali & miseri male misereq; perierunt. Est enim res periculosissima, quidpiam in Deum committere, proculcataq; æquitate quocumque modo in illius offensam incidere. Contra vero quicumque se pios in illum declararunt, quæque illi placitura credebant, omni ope præstare elaborarunt, citra sudorem ac puluerem hoste deuicto debellatoq; triumphum cecinerunt. Eiusmodi inter ceteros fuit Iosias ille, qui idolorum cultoribus vna cum ipsis delubris & aris incensis, incantationibusque & falsis diuinationibus omnibus e medio sublatis, ac inanibus dæmoniacæ imposturæ ludibriis profligatis, regnum apprime nobilitatum, summaque apud veteres ac recentiores omnes, qui ea quibus diuina mens oblectatur, colere didicerunt, laude & admiratione dignũ reliquit. Verum enimuero licet isthæc omnia cum virtute & gloria a maioribus vestris, vobisque ipsis suscepta obseruataque sciam, non erit tamen inutile, opinor, si quæ sapientis Ezechiæ pietate ac studio eo in genere gesta sunt, hoc loco apte commemorauero: huiusce namque narrationis vis & energia non parum commodi vestræ sublimitati apportabit.

4. Reg. 23.

III.

Fuit ex Persica Babylone vir

καιροὺς, οἱ τῆς Ιουδαίων ἄρξαντες χώρας, καὶ τοὺς τῆς παρ' αὐτοῖς βασιλείας διέποντες θρόνους. ἀλλ' οἱ μὲν τῆς εἰς θεὸν αἰδοῦς ἀνοσίως ὀλιγωρήσαντες, καὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης πρύτανιν παρ' οὐδὲν ποιούμενοι νόμον, καὶ τοῖς τῆς * φαυλότητος βόθροις ἑαυτοὺς ἐνιέντες οἱ τάλανες, κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι. παρχάλεπον γὰρ τὸ προσκρούειν θεῷ, καὶ κατά τι γοῦν ὅλως ἔξω φέρεσθαι τοῦ εἰκότος, λυποῦντας αὐτόν. ὅσοι δὲ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας γεγόνασιν ἐπιμεληταὶ, καὶ τῶν ἀρεσκόντων αὐτῷ γνήσιοι φύλακες, νενικήκασιν ἐχθροὺς ἀμογητὶ, καὶ κεκρατήκασι τῶν δι' ἐναντίας. τοιοῦτός τις ἦν Ιωσίας ἐκεῖνος, ὃς αὐτοῖς τεμένεσι καὶ βωμοῖς τοὺς τῶν εἰδώλων κατεμπρήσας θεραπευτὰς, γοητείας τε ἁπάσης καὶ ψευδομαντείας τρόπους περιελὼν, καὶ τὰ τῆς δαιμονιώδους ἀπάτης καταλύσας παίγνια, τοῦ παντὸς ἀξίαν ἀπέφηνε λόγου τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, καὶ ἀξιάγαστον μὲν τοῖς πάλαι, τεθαυμασμένην δὲ καὶ εἰς δεῦρο, παρά γε τοῖς εἰδόσι τιμᾷν τὰ οἷς ἂν ὁ θεῖος ἐφήδοιτο νοῦς. ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἅπαντα τοῖς ὑμετέροις προγόνοις καὶ ὑμῖν αὐτοῖς εὖ μάλα κατώρθωται. διαμεμνήσομαι δὲ χρησίμως καὶ τῶν ἐν Εζεκίᾳ τῷ σοφωτάτῳ κατὰ καιροὺς πεπραγμένων· ὀνήσει γὰρ οὐ μετρίως τὴν εὐσεβεστάτην ὑμῶν κορυφὴν ἡ τῶν λόγων δύναμις.

γ'.

Ανήρ τις τῶν ἐκ Βαβυλῶνος τῆς

ANNO CHRISTI 431.

* φιλαυτότητος.

ANNO CHRISTI 431.

Περσικῆς, Ραψάκης οὗτος ἦν. οὗτος ἀνεῖλε μὲν ἅπασαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν τῶν Ιουδαίων χώραν· καταδηώσας δὲ σὺν αὐτῇ τὴν Σαμάρειαν, ἐπ' αὐτὴν ᾔει τὴν Ιερουσαλὴμ* μυριάνδρῳ πληθύϊ τῶν ὑπὸ χεῖρα δορυφορούμενος· καὶ φάλαγγα μὲν ἱππικὴν οὐκ εὐχείρωτον ἔχων, μᾶλλον δὲ καὶ δυσάντητον· ὁπλίτην δὲ πεζομάχον, καὶ ταῖς ψάμμοις ἰσάριθμον. εἶτα τῷ τείχει* περιστήσας ἑλεπόλεις, καὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευὴν, ἀπονοίαις τε βαρβαρικαῖς οὐ μετρίως κατωφρυωμένος, αἱρήσειν μὲν κατὰ κράτος ὁμοῦ ταῖς ἄλλαις καὶ αὐτὴν ἔφασκε τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ τῆς ἀρρήτου δόξης κατεθρασύνετο, καὶ παλιμφήμοις ἠφίει φωνὰς, ἀκρατῆ καὶ ἀχάλινον τὴν γλῶσσαν ἀνεὶς ἐπὶ θεῷ. ἔφη γὰρ, ὅτι κἂν εἰ βούλοιτο σώζειν αὐτοῦ, ἀνόνητον ἔσεσθαι τοῖς ἐπ' αὐτῷ πεποιθόσι τὴν χάριν τῆς ἐπικουρίας. ἐπεὶ δὲ ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες τῷ βασιλεῖ τῆς ἐκείνου σκαιότητος τὰ τολμήματα, καὶ τοῦ Περσικοῦ φρονήματος γέμοντας λόγους· τότε δὴ τότε μόναις ὥσπερ ἐπαλγήσας ταῖς κατὰ θεοῦ δυσφημίαις, καὶ τοῦ τὴν πόλιν ἁλῶναι ταύτην ἔσεσθαι πρόφασιν ἐμφρόνως ὑπειληφὼς, περιερρήγνυτο τὴν ἐσθῆτα, καὶ εἰς τοῦ οἶκον ἀνέβη τοῦ θεοῦ, λιταῖς δηλονότι τὴν θείαν ὀργὴν ὑποτρέχων, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς δυσφημίαις αἰτιαμάτων ἑαυτοῦ ἀπαλλάττων. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; εὐμενῆ καὶ ἵλεων κατεστήσατο τοῦ τῶν δυνάμεων κύριον· νενίκηκε τοῦ Ασσύριον· οὐχ ἵππον εἰς μάχην ὁπλίσας εὐχάλινον, οὐ τοξοτῶν εὐστοχίαις,

*μυριάδων

*περιστήσας

quidam, cui Rapsaces nomẽ. Hic posteaquam vniuersam Iudæorũ prouinciam propemodum occupasset, Samariamq; vna cum ipsa hostiliter depopulatus esset; copiis innumerabilibus stipatus ipsã quoq; Hierosolymam adoriri moliebatur. Porro autem cum minime contemnendas, imo vero tantum non in expugnabiles equitũ turmas, peditatumque maris arenas pene æquantem adduceret; vastatrices vrbium machinas, reliquumque belli apparatum ciuitatis mœnibus admouet; barbaraque væsania ac supercilio plurimum elatus, sanctam Hierosolymorum ciuitatem perinde ac alias vi se capturum expugnaturumque iactitat, & contra venerandam Dei maiestatem petulanter quoque insurgens, liberaque incontinentissimæ ac insolentissimæ linguæ frena permittens, maledictas in Deum voces detorquere non dubitat. Aiebat enim, eos qui suam in ipsum spem collocauerant, etiam si vellet, seruare, speratique subsidii beneficium eisdem præstare non posse. Cum ergo accessissent, qui insanos illius conatus, verbaque Persico fastu turgentia regi denuntiarent; ille sola conuicia in Deum detorta ægerrime ferens, eaque capiendæ ciuitatis causam esse posse, pie prudenterque considerans, derepente conscissa veste in domum Dei ascendit, suppliciter iræ diuinæ obsecundans, & se ab illo blasphemiarũ crimine exoluens. Ecquid illo studio promouit? illud nimirum, quod virtutum Dominum benignũ propitiumque sibi reddidit: quandoquidem non frenatis & ad pugnam instructis equis, non sagittariorum dexteri-

Isai. 36.

Isai. 37.

tate, non hastatorum pilis, non ducum peritia, sed Dei auxiliis vsus munitusque, Assyrios debellari volentis, vna nocte omnem illorum exercitum deleuit. Scriptum namque est: *Egressus est autem angelus Domini, & percussit ex castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surgentes mane inuenerunt omnia corpora mortua.* Hi pietatis sunt fructus; hæc eorum, qui blasphemas in Deum voces non ferunt, merces.

ᾐδοράτων βολαῖς, οὐδὲ ταῖς τῶν τακτικῶν ἐμπειρίαις τῶν ὑπὸ χεῖρα χρώμενος, ψήφῳ δὲ μᾶλλον τῇ παρὰ θεοῦ, τῆς τῶν Ασσυρίων στρατιᾶς ἐν μιᾷ νυκτὶ καθορίσαντος θάνατον. ἐξῆλθε γὰρ, φησὶν, ἄγγελος κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ασσυρίων ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας. καὶ ἀναστάντες τῷ προῒ, εὗρον πάντα τὰ σώματα νεκρά. οὗτοι τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας καρποὶ, καὶ τοῦ μὴ ἀνα-

ᾐσθαι φωνῆς, εἰ κατ' αὐτῆς τῆς θείας * γένοιτο δόξης.

IV.

Arbitror autem, ad pias principum aures nihil quod in Deum blasphemum sit, efferri debere; verum id tantum, quod extra omnem notam & reprehensionem positum, ad laudem & gloriam, quæ summo iure summo illi numini debentur, omni ex parte faciat. Cum ergo optimum conuenientissimumque id esse compertum habeam, incitor necessario, vt rectæ fidei Canonem ab apostolis traditum, & commentariolo hoc breuiter comprehensum, veluti spiritale quoddã xenium, cum vestræ maiestati, tum ipsis quoque reginis veræ pietatis studiosissimis offeram; vt quæ ambæ vna cum vestra serenitate coruscent, insigniterque floreant. altera enim sobole vobis exoptatissima felix, regni vestri sceptris perpetuæ successionis spem affert: altera vero inter virgineas gemmas adolescens, regni vestri præclarissimi curas vobiscũ communes habet. Igitur vt veneranda vestra capita exornant Indici vniones; ita spiritalis animæ mentisque ornatus erit recta, sincera, inculpataque in Deum fides. Quam quidem fidẽ quia vos con-

δ'.

Δεῖν δὲ οἶμαι μάλιστα ταῖς βασιλέων εὐσεβέσιν ἀκοαῖς παλίμφημον μὲν οὐδὲν λαλεῖσθαι κατὰ θεοῦ, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον, ὅσα καὶ μώμου παντὸς καὶ διαβολῆς ἐπέκεινα τρέχει, καὶ τῆς πρεπούσης δοξολογίας αὐτῷ ποιεῖται τὴν ἔκτισιν. ἄριστα δὲ τοῦτο κἀγὼ εἰδὼς ἔχειν, παρωρμήθην ἀναγκαίως, τῆς ὀρθῆς τε καὶ ἀποστολικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν ἐγγράψαι μὲν τῷδε τῷ βιβλίῳ, ξένιον δὲ ὥσπερ τι πνευματικὸν προσκομίσαι τῷ ὑμετέρῳ κράτει, καὶ αὐταῖς δὲ ταῖς θεοφιλεστάταις ἀληθῶς βασιλίσιν, αἳ τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι συναστράπτουσι. καὶ ἡ μὲν ταῖς εὐκταιοτάταις ὑμῖν ἐπαυχοῦσα γοναῖς, καὶ τῆς εἰσαεὶ διαμονῆς τὰς ἐλπίδας τοῖς σκήπτροις εἰσφέρουσα· ἡ δὲ τοῖς παρθενικοῖς βλαστήμασι συνακμάζουσα, καὶ τὰς τῆς εὐκλεεστάτης ὑμῶν βασιλείας οἰκειουμένη φροντίδας. λίθοι μὲν οὖν ἰνδικοὶ τὰς ἀοιδίμους ὑμῶν καταφαιδρύνουσι κεφαλάς· ψυχῆς δὲ καὶ νοῦ νοητὸς ἂν γένοιτο κόσμος, πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκαπήλευτος. ἢν ὅτι τηρήσετε τεθαρ-

ANNO CHRISTI 431.

* λέγοιτο

ANNO CHRISTI 431.

Ceterum, eorum dicta cum nostris non satis congruunt. Nam & ipsi quoque vnum solum Christũ aperte constituunt, & vnum Emmanuelem in duos diuellere, tamquam rem summa cum impietate coniunctam, summopere execrantur: sed Verbum interim carni, quæ humana, hoc est, ratione prædita anima exuta destitutaque sit, vnitum prædicant: & cur istuc prædicare debeant, rationẽ admodum plausibilem comperisse se autumant. Aiunt enim, quæ ad vnius perfecti constitutionem per compositionem concurrunt, ea partes esse & imperfectorum rationẽ obtinere; nam quod perfectum est per se, atque vt in propria natura, non opus habet vt ad partialem compositionẽ veniat: atque ideo cauendum esse sedulo, ne templum, quod Verbo vnitum est, perfectum hominem extitisse concedentes, exactam illam vnionis rationẽ, quæ in Christo accidisse dignoscitur, meritæ calumniæ exponamus. Quin & illud quoque huc adiecturos suspicor; nempe, si ex homine perfecto, & Dei Patris Verbo Emmanuelem coaluisse dicamus, in illud nos & magnum, & plane ineuitabile periculum venturos esse, vt vel inuiti duos Christos, & duos itidem filios tenere & profiteri cogamur. Cedo, quid nos ad hæc respondebimus? Apprime indignum esse, nos antiquissimam fidei traditionem (vt quæ ab ipsis sanctis apostolis profecta ad nos vsque peruenit) propter curiosas quasdam ac superuacaneas rationes ac disceptationes deserere, vel nimiis inquisitionibus humanæ mentis captũ excedentia sub-

ιζ'.

Ἀλλ' οὔτι που σφόδρα ταῖς ἐν ἡμῖν περὶ τούτου δόξαις τὰ ἐκείνων συμφέρεται. ἕνα μὲν γὰρ ὁμολογουμένως παραδέχονται καὶ αὐτοὶ Ἰησοῦν Χριστὸν, πρωθοῦνται δὲ λίαν, ὡς δυσσεβὲς ὅτι μάλιστα, καταδιϊστᾶν εἰς δύο τὸν Ἐμμανουήλ· ψυχῆς δ' οὖν ὅμως τῆς ἀνθρωπίνης καὶ λογικῆς τὴν σάρκα χωρίσαντες καὶ γυμνώσαντες, ἡνῶσθαί φασιν αὐτῇ τὸν ἐκ θεοῦ λόγον. ἐξεύρηται δέ τις αὐτοῖς καὶ πιθανὸς, ὡς οἴονται, πρὸς τοῦτο λόγος. τὰ γάρ τοι, φασὶ, κατὰ σύνθεσιν πρὸς ἑνὸς τελείου σύστασιν συνδεδραμηκότα, * μέρη τε καὶ ἐξ ἀτελῶν ὁρᾶσθαι φιλεῖ, τοῦ τελείως ἔχοντος καθ' ἑαυτὸ, καὶ ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει, τῆς ἐκ μερῶν συνθέσεως οὐ δεδεημένου. τοιγάρ τοι φασὶ, παραιτητέον εἰκότως, ἄνθρωπον δοῦναι τέλειον, τὴν συνενωθέντα τῷ λόγῳ ναὸν, ἵνα καὶ ἡ * ἕνωσις, ἥπερ ἂν ἐπὶ Χριστῷ νοοῖτο τυχὸν, ἀκριβῆ τε καὶ ἀδιάβλητον τὸν ἐπ' αὐτῆς ἀποσώζοι λόγον. καὶ μὴν κἀκεῖνο προσθεῖεν ἂν, ὥσπερ οὖν * ἡγοῦμαι, πάλιν. εἰ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου τελείου, φασὶ, καὶ τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου * φήσομεν εἶναι τὸν Ἐμμανουὴλ, οὐ βραχὺ τὸ δεῖμα, μᾶλλον δὲ ἀδιάφυκτον ἤδη πως ἀναφανεῖται λοιπὸν, τὸ καὶ ἀβουλήτως δεῖν δύο μὲν υἱοὺς, Χριστοὺς δ' αὖ δύο φρονεῖν τε καὶ λέγειν. εἶτα τί τούτοις ἀντεροῦμεν ἡμεῖς; πρῶτον μὲν, ὅτι τῆς πίστεως τὴν οὕτως ἀρχαιοτάτην, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διήκουσαν εἰς ἡμᾶς παράδοσιν, οὐ ταῖς ὑπερμέτροις ἀκριβείαις * καταλύειν ἄξιον, οὔτε μὴν ταῖς εἰς ἄκρον ἐρεύναις * ὑπερφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν·

ANNO CHRISTI 431.

* μέρη τε εἰσι,

* συνθέσεις,

* ἐγῶμαι,

* συνθέμεν τὸν Ἐμμανουὴλ,

* καταλιπεῖν

* ἴσ. ὑποφέρειν

ANNO CHRISTI 431.

νοῦν· ἀλλ' οὐδὲ ἥκειν εἰς μέσον οἷά περ τινὰς ὁρίστας, καὶ ῥιψοκινδύνως λέγοντας· ὡς τὸ δεῖνα μὲν ὀρθῶς, τὸ δεῖνα δ' αὖ ἑτέρως ἔχειν. ἐχρῆν δή που, καὶ ἦν ἄμεινον ἀληθῶς, ἀπονέμειν μᾶλλον τῷ πανσόφῳ θεῷ τῶν ἰδίων διασκέψεων τὴν ὁδὸν, καὶ μὴ τοῖς εὖ ἔχειν παρ' αὐτῷ δεδοκιμασμένοις, ἀνοσίως ἐπιτιμᾷν. ἀκουσόμεθα γὰρ λέγοντος ἐναργῶς· οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν αἱ ὁδοί μου· ἀλλ' ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου.

ιη'.

Υἱοὺς δὲ οὔτι που δύο προσκυνήσομεν, ἀλλ' οὐδὲ Χριστοὺς ἐροῦμεν δύο, κἂν ἐψυχῶσθαι πιστεύωμεν ψυχῇ λογικῇ τῷ ἑνωθέντα τῷ λόγῳ ναόν. ὥσπερ γὰρ κατά γε τὸ ἐκείνοις εὖ ἔχειν δοκοῦν, κἂν εἰ ἐκ μόνης *λέγοιτο τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς πεφηνότος λόγου, οὐδεὶς αὐτοῦ ἀναπείσει τρόπος, ἀνὰ μέρος τὴν σάρκα τιθέντας, καὶ ἀνὰ μέρος αὐτῷ μονογενῆ, δυάδα Χριστῶν ὁμολογεῖν· οὕτω κἂν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι τελείως ἐχούσῃ κατά γε τὴν τῆς ἰδίας φύσεως λόγον, οἱονεὶ συνενηνέχθαι τε καὶ ἡνῶσθαι λέγωμεν ἀπορρήτως τε καὶ ὑπὲρ νοῦν τῷ ἐκ θεοῦ λόγον, οὐχ υἱῶν δυάδα νοήσομεν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, φύσει μὲν ὄντα θεὸν, καὶ ἐξ αὐτῆς πεφηνότα τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· ἐν ἐσχάτοις δὲ τοῦ αἰῶνος καιροῖς γενόμενον ἄνθρωπον, καὶ διὰ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου παρθένου γεγεννημένον, καὶ πρός τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων προσκυνούμενον, κατὰ τὰς γραφάς.

*ἐλοιντο

iicere; vel in medium exilire veluti iudices, vt nostro sensu, contempto periculo, quiduis metientes, dicamus: Hoc recte se habet, illud vero secus. Quanto satius, quantoque vtilius foret, sapientissimo Deo consiliorũ suorum rationes integre permittere, & ea quæ ipsi probatissima sunt, impie non reprehendere? præsertim cum illum aperte dicentem, & quasi expostulantẽ audiamus: *Non sunt consilia mea sicut consilia vestra, nec viæ meæ vt viæ vestræ: sed sicut distat cælum a terra, ita viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris.* Isai. c. 55. v. 8.

XVIII.

Quare licet templum, quod Verbo vnitum est, anima humana perfectum & informatum certo credamus, non duos tamen filios adoramus, nec duos Christos agnoscimus. Vt enim, tametsi Emmanuelẽ ex sola carne & Dei Patris Verbo, iuxta opinionem quam illi complectuntur, compositum statuant; nulla adhuc tamen ratione huc illi adigi se paterentur, vt carne seorsum, & Vnigenito rursum seorsum posito, duos Christos profiterentur: ita nos quoque, quamuis Dei Verbũ humanitati nostræ secundũ propriæ naturæ rationẽ omnino perfectæ vnitum, ineffabilique ac incomprehenso plane modo sociatum affirmamus; non duos tamen filios mente concipimus, sed vnum eumdemque, qui quidem natura Deus existens, vtpote ex Dei & Patris substantia ortus, & in extremis sæculi temporibus homo factus, & ex sacra Deipara Virgine natus, cũ a nobis, tum ab ipsis quoq; sanctis angelis secundũ scripturas, colitur & adoratur. Psalm. 96. Hebr. 1.

ANNO CHRISTI 431.

XIX.

Quod si dixerint, genus nostrum solo Vnigeniti aduentu indiguisse; atque ideo illum, quod ab iis qui in terris degunt, cerni, amiceque cum hominibus conuersari, & vitæ euangelicæ viam nobis præmonstrare vellet, dispensatoria quadam ratione solam carnem nobis similem induisse (Deus namque secundum suam naturam sub aspectum non cadit) illi incarnationis scopum se ignorare, magnumque illud pietatis mysterium prorsus non intelligere, aperte ostendunt. Nam si Vnigenitus ea solum de causa incarnatus, hoc est, homo factus est, quo ab iis qui in terris ætatem agunt, conspici posset, nihilque aliud præterea commodi illius incarnatio humanæ naturæ attulit; cur illorum sententiæ subscribere nos pigeat, qui phantastica tantum carne & corpore Verbum indutum, neque in hominis natura, sed in hominis tantum similitudine in terris apparuisse fabulantur? Verum quantum hi miseri a veritatis scopo aberrent, facili negotio ostendi potest. Si, inquam, Dei Verbum, etiamsi caro factum est, nullum aliud humanæ naturæ commodum attulit; an non rectius statueretur a carnis quidem immunditia omnino abstinuisse, terreno nihilominus corpore vti visum esse, atque hac ratione quod decreuerat perfecisse? Ceterum quis aduentus illius fuerit vsus, & qualis incarnationis modus, si quis forte a nobis scisciteretur, cuiusque rei gratia patrata sit; ille respõsi loco hoc paucis habeat: Age istud diuina scriptura tibi patefaciet. Vade ergo, & sacras literas consule, mentisq;

1. Tim. c. 3. v. 16.

ιθ'.

Εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι μόνης μὲν ἐδεῖτο τὰ καθ' ἡμᾶς τῆς τοῦ μονογενοῦς ἐπιδημίας· ἐδελήσας δὲ ὀφθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, παιδεῦσαί τε ἡμᾶς τῆς * ἀγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδὸν, οἰκονομικῶς ἠμπίσχετο τὴν * ὁμοίαν ἡμῖν σαρκα· τὸ γὰρ τοι θεῖον καὶ φύσιν ἰδίαν οὐχ ὁρατόν· ἠγνοηκότες ἀλώσονται τῆς σὺν θεοπρεπείᾳ σκοπὸν, καὶ σωιέντες οὐδαμῶς τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον. εἰ γὰρ δὴ μόνῳ ἔχει τὴν ἀφορμὴν τοῦ ὀφθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς τοῦ μονογενοῦς ἡ σαρκωσις, ἵνα ὡς σὺν ἀνθρωπίνῃ * θεοστεγῆ γε μὴν ἕτερον οὐδὲν τῇ ἀνθρώπου φύσει, πῶς ἐκ ἄμεινον ἤδη πως καὶ * ὠφελῶν, τῇ τοῦ δοκοῦντος συμφέρειν δόξῃ ἡμᾶς αὐτοῦ, οἱ σαρκός τε ὁμοῦ καὶ γνίνου σώματος ἀπαμφιεννύντες λόγον, ὥφθαι μὲν ἐπὶ γῆς ὡς ἀνθρωπον μυθοπλασοῦσιν δειλαιοι; ἡμαρτηκότες δὲ τἀληθοῦς ἀλοῖεν αὖ, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι μακρῷ. ἢ ἐκ ἄμεινον ἐροῦσιν, εἰ μηδὲν ὀνίνησι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, εἰ κὴ γένοντο σαρξ, ἀπαλλάξεσθαι μὲν ἀκαθαρσίας σαρκικῆς, δόξαι οὗ ἄπαξ τῷ γνίνῳ προσκεχρῆσθαι σώματι, διαπεφευγέναί τε οὕτω προστετάχθαι σκοπόν; πῶς οὖν δὴ γνοίης λοιπὸν τῆς ἐπιδημίας ὁ λόγος; ἢ τίς ὁ ζῆλος τῆς σὺν θεοπρεπείᾳ; πέπρακται ὃ ὅτου χάριν, εἴ τις ἔροιτο τυχὸν, ἀντακούσεται παρ' ἡμῶν· ἡ θεία διδάξει γραφή. ἴθι δὴ οὖν ὦ γυναῖε, πυθοῦ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, καὶ ταῖς τῶν ἁ-

* ἀγγελικῆς

* ἰδίαν

* θεοπρεπῆ γε

* ὠφελῶν

ANNO CHRISTI 431.

γίων ἀποστόλων φωναῖς ἐνερείσας εὖ μάλα τῆς διανοίας τὸ ὀφθαλμὸν, ἄθρει δὴ καλῶς τὸ ζητούμενον. ἔφη τοίνυν ὁ σοφὸς ἡμῖν Παῦλος, αὐτὸ ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Χριστόν· ἐπεὶ δὲ τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον· καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι τρόπον ἡμῖν ἀφηγούμενος· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, φησὶν, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐκπέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

κ'.

Ἆρ' οὖν, οὐχὶ προδηλότατον, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσυμφανὲς, ὅτι καθ' ἡμᾶς γέγονεν ὁ μονογενὴς, τουτέστι τέλειος ἄνθρωπος, ἵνα τῆς μὲν ἐπεισάκτου φθορᾶς τὸ γήϊνον ἡμῶν ἀπαλλάξῃ σῶμα, τῇ καθ' ἕνωσιν οἰκονομίᾳ τὴν ἰδίαν αὐτῷ ζωὴν ἐνιείς· ψυχὴν δὲ ἰδίαν τὴν ἀνθρωπίνην ποιούμενος, ἁμαρτίας αὐτὴν ἀποφήνῃ κρείττονα, τῆς ἰδίας φύσεως τὸ πεπηγός τε καὶ ἄτρεπτον, οἷά περ ἐρίῳ βαφὴν, ἐγκαταχρώσας αὐτῇ; δεῖν γὰρ οἶμαι τοῖς περὶ τούτων λόγοις παραδειγμάτων, πολὺ λίαν ἔχουσι τὸ ἀσυμφανές· ὁρῶμεν γὰρ μόλις ἐν ἐσόπτρῳ τε καὶ αἰνίγματι τὰ θεῖά τε καὶ ὑπὲρ νοῦν μυστήρια. εἴη δ' ἂν οὐκ ἄτοπον, οἶμαι, τὸ χρῆμα· φέρει γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ εἰκότα,

oculum sanctorum apostolorum vocibus insere; & quod quęritur, dilucide hic mox intuebere. Igitur sapientissimus apostolus Paulus, qui Christum in se loquentem habebat, ad hunc modum concionatur: *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum: & liberaret eos qui per totam vitam obnoxii erant seruituti.* Alibi idem aliam quoque huius rei causã aperit. Scribit enim: *Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filiũ suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.*

Hebr. c. 2. v. 14.

Rom. c. 8. v. 3.

XX.

An non apertissimum est, obsecro, vnigenitum Dei Filium similem nobis, hoc est, perfectum hominem factum esse, quo nimirum terrenum hoc nostrum corpus, vita propria per œconomicam vnionem illi immissa, ab inducta corruptione liberaret; animam rursum humanam, posteaquam illam propriam sibi reddidisset, suæque naturæ firmitate ac immutabilitate perinde ac vellus colore imbuisset, peccato superiorem declararet? Arbitror enim exemplis, quæ rem per se obscuram nonnihil illustrent, in hac doctrina opus esse: siquidem mysteria diuina, tamquam humanæ mentis sensum excedentia, vix in speculo & ænigmatice videmus. Est autem exemplum allatum ad rem peropportunũ; quippe quod verum potius, quam verisimile

rei, de qua ſermo eſt, ſymbolum præ ſe ferat. Quemadmodum ergo caro, poſteaquam Verbi omnia viuificantis caro effecta eſt, mortis & corruptionis imperio ſuperior euaſit: ſic anima, vt ego quidem ſentio, poſteaquam illius effecta eſt qui peccatum non nouit, eueſtigio ſtatum firmum, ac in omnibus bonis ſtabilem, peccatoque quod olim tyrannidem in nos exercebat, multis partibus potentiorem nacta eſt. Chriſtus namque primus & ſolus ex omnibus in terra *peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore illius.* qui vnus proinde poſitus tamquã radix & initium quoddam cunctorum, qui in ſpiritu ad vitæ nouitatem inſtaurantur; & corporis immortalitatem, & eam quæ ex diuinitate proficiſcitur, ſecuritatem ac firmitatem, ſecundum quamdam gratiæ communicationem in vniuerſum hominum genus tranſmittet. Cuius quidem rei diuinus Paulus non ignarus, ita ſcribit: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Imaginem terreni peccandi propenſionem, & mortem quæ hinc oritur, vocat: at vero per imaginem cæleſtis, hoc eſt Chriſti, conſtantiam in ſanctitate, reditumque & inſtaurationem ex morte & corruptione ad vitam & immortalitatem deſignat.

1. Petr. c. 2. v. 22.

1. Cor. c. 15. v. 49.

XXI.

Totum itaque Dei Verbum toti naturæ noſtræ humanæ vnitum aſſerimus. nulla enim ratione putandum eſt, principe noſtri parte, hoc eſt, anima neglecta, peregrinationis ſuæ moleſtias ſoli carni largiri voluiſſe. Pulcre autem per vtramque partem diſpenſa-

μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἀληθῆ λογισμόν. ὥσπερ οὖν ἐπειδὴ γέγονε σαρὲξ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα λόγου, τὸ φθορᾶς καὶ θανάτου ὑπερφέρεται κράτος· κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, ἐπεὶ γέγονε ψυχὴ τοῦ πλημμελεῖν οὐκ εἰδότος, ἐρηρεισμένην ἔχει λοιπὸν τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ἀμεταποίητον στάσιν, καὶ τῆς πάλαι καθ' ἡμῶν τυραννευούσης ἁμαρτίας ἀσυγκρίτως εὐσθενεστέραν. πρῶτός τε γὰρ καὶ μόνος ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Χριστὸς οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ῥίζα δὲ ὥσπερ καὶ ἀπαρχὴ τεθειμένος τῶν εἰς καινόνητα ζωῆς ἀναμορφουμένων ἐν πνεύματι, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ τῆς θεότητος ἀσφαλὲς ἐρηρεισμένον, ὡς ἐν μεθέξει καὶ κατὰ χάριν, καὶ εἰς ἅπαν ἤδη τὸ ἀνθρώπινον παραπέμψει γένος. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος· ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. εἰκόνα μὲν γὰρ τοῦ χοϊκοῦ, τὸ εὐόλισθον ἔφη πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ τὸν ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐπιῤῥιφέντα θάνατον· εἰκόνα δὲ αὖ τοῦ ἐπουρανίου, τουτέστι Χριστοῦ, τὸ ἑδραῖον εἰς ἁγιασμὸν, καὶ τὴν ἐκ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀνακομιδήν τε καὶ ἀνακαίνισιν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ζωήν.

κα'.

Ὅλον οὖν ὅλῃ συνηνῶσθαί φαμεν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι τὸν ἐκ θεοῦ λόγον. οὐ γάρ που τὸ ἄμεινον ἐν ἡμῖν, τουτέστι ψυχὴν, οὐδενὸς ἂν ἠξίωσε λόγου, μόνῃ δωρούμενος τῇ σαρκὶ τῆς ἐπιδημίας τοὺς πόνους. ἐπράττετο δὲ καλῶς δι' ἄμφω τῆς οἰ-

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

κονομίας τὸ μυστήριον· προσεχρήσατο δὲ, καθάπερ ὀργάνῳ, τῇ μὲν ἰδίᾳ σαρκὶ, πρὸς τὰ σαρκὸς ἔργα τε καὶ ἀῤῥωστήματα φυσικὰ, καὶ ὅσα μώμου μακράν· ψυχῇ δ' αὖ τῇ ἰδίᾳ πρὸς τὰ ἀνθρώπινά τε καὶ ἀνυπαίτια πάθη. πεινῆσαι γὰρ λέγεται, κόπους ὑπενεγκεῖν τοῦ ἐκ μακρῶν ὁδοιπορίων, πτοίας τε καὶ φόβους, καὶ λύπην, καὶ ἀγωνίαν, καὶ ἐπὶ τῷ σταυρῷ θάνατον. ἐπαναγκάζοντος γὰρ οὐδενὸς, τέθεικεν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἰδίαν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· σάρκα μὲν τὴν ἰδίαν τῆς ἁπάντων σαρκὸς ἀνταποτιννὺς, δῶρον ἀληθῶς ἀντάξιον· ψυχὴν δὲ, ψυχῆς ἀντίλυτρον τῆς ἁπάντων ποιούμενος, εἰ καὶ ἀνεβίω πάλιν, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὡς θεός. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ἄνδρες ἀδελφοὶ, φησὶν, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προειδὼς ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὔτε ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδην, οὔθ' ἡ σὰρξ αὐτοῦ οἶδε διαφθοράν. οὐ γάρ τοι θέμις εἰπεῖν, φθορᾷ μὲν δύνασθαι κρατεῖσθαί ποτε τὴν ἑνωθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα· κάτοχον δ' αὖ ταῖς ᾅδου πύλαις τὴν θείαν γενέσθαι ψυχήν. οὐκ ἐγκατελείφθη γὰρ εἰς ᾅδην, καθὰ καὶ ὁ θεσπέσιος ἔφη Πέτρος. οὐ γάρ που τήν τε ἄληπτον παντελῶς, καὶ ἀνάλωτον τῷ θανάτῳ φύσιν, τουτέστι τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς, τῶν ὑπὸ χθόνα μυ-

tionis sacramẽtum perfecit. Carne sua tamquam organo ad carnis opera, naturalesque ægritudines, ac cetera officia vituperationis expertia; anima rursum ad humanas, inculpatasque affectiones vtebatur. Nam & esuriem, & longioris itineris laborem, & pauorem ac metum, & tristitiam, & angorem, & ipsam deniq; in cruce mortem pertulisse traditur. Etenim nullo cogente, animam suam nostri causa posuit; quo nimirum & viuis & mortuis dominaretur. Et quidem carnem suam citra controuersiam liberationis precium pro omnium carne dependit; animam vero iustum pro mortaliũ omnium animabus precium exhibuit, tametsi vitã quam posuerat (nam vita erat vt Deus secundum naturam) denuo resumpserit. Hinc diuinus Petrus: *Viri*, inquit, *fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam & defunctus est, & sepultus est, & sepulcrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius; prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem*. Nec enim fas est dicere, carnem Verbo vnitam aliquãdo potuisse corrumpi, aut diuinam illam animam intra inferni portas detineri. Nam vt diuinus Petrus ait, anima eius in inferno relicta non fuit. Neque vero naturam illam, quæ nec mente comprehendi, neque per mortem vllatenus capi potest, hoc est Vnigeniti diuinitatem, e subterraneis illis specu-

1. Ioan. c. 3. v. 16.

Actor. c. 2. v. 29.

Psalm. 131. v. 11.

Psalm. 15. v. 10.

Ibidem.

bus rurſum emerſiſſe dicemus: quandoquidem nulla admiratione dignum eſſet, ſi Dei Verbum diuinitatis vi, eiuſdemque efficacia nixum, apud inferos non hæſiſſet; cum admirabiliter omnibus adſit, impleatq; omnia. Deitas namque omni loco & circumſcriptione, & menſurabili magnitudine ſuperior, a nullo capi comprehendive poteſt.

XXII.

Mirum vero videri debet, quod corpus ſuapte natura interitui & morti obnoxium ad vitam denuo redierit. id enim immortalis Verbi proprium erat. Sic quoque anima, quæ cum illo coniuncta copulataque fuerat, ad inferos deſcendit; diuinaque virtute ac potentia vtens, ſpiritibus quoq; ibidē captiuis ſeſe exhibuit. etenim iis qui vinculis ibi conſtricti detinebantur, *Exite*, ait: *iis vero qui tenebris operiebantur, Reuelamini.* Atque huc mihi magnus ille Petrus reſpexiſſe videtur, cum de Dei Verbo, eiuſdemque ſecundum diſpenſatoriam vnionē anima, hunc in modum concionatur: *Melius eſt enim, benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quam malefacientes: quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo; mortificatus quidem carne, viuificatus autem ſpiritu.* In quo & his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Nec vero dicent diuinitatem per ſe ſolam ad inferos deſcendiſſe, ſpiritibuſque ibidem concluſis prædicaſſe; cum ipſa omnino ſub oculos non cadat, præſtantiorque ſit, quam vt ab vllo cerni queat. Nec

Iſai. c. 49. v. 9.

1. Petr. c. 3. v. 17.

χῶν ἀνακεκομίσθαι φήσομεν. οὔτε γὰρ ἂν ἠξιώθη τὸ χρῆμα θαύματος, εἰ μὴ μεμένηκεν εἰς τὸν ᾅδην ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τε καὶ φύσει, παραδόξως τε καὶ ὑπὲρ λόγον, πληρῶν μὲν τὰ πάντα, καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιδημῶν. ἀνώτερον γάρ που καὶ περιορισμοῦ * ἐκ τόπου καὶ μεγέθους μετρητοῦ τὸ θεῖον, αὐτὸ δὲ ὑπὸ μηδενὸς χωρούμενον.

ANNO CHRISTI 431.

* μέτρου καὶ τόπου

κβ'.

* Παράδοξον δὲ καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων θαυμαστὸν, ὅτι σῶμα μὲν ἀνεβίω τὸ τῇ φύσει φθαρτόν· ἦν γὰρ ἴδιον τοῦ ἀφθάρτου λόγου. ψυχὴ δὲ δὴ πάλιν τὸν πρὸς αὐτὸν λαχοῦσα συνδρομήν τε καὶ ἕνωσιν, καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ᾅδου, θεοπρεπεῖ δὲ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ χρωμένη, καὶ τοῖς ἐκεῖσε πνεύμασι κατεφαίνετο. τοιγάρ τοι καὶ ἔφασκε τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύπτεσθε. καί μοι δοκεῖ φάναι τι τοιοῦτον καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος περὶ τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῆς καθ' ἕνωσιν * οἰκονομίας γεγενημένης αὐτοῦ ψυχῆς· κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας· ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἀπέθανε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵν' ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. ἐν ᾧ, φησὶ, καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασι ποτέ. οὐδὲ γὰρ, οἶμαι, φαῖεν ἂν, ὡς γυμνὴ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς καταπεφοίτηκε μὲν εἰς ᾅδου, διεκήρυξε δὲ τοῖς ἐκεῖσε πνεύμασιν, ἄποπτος οὖσα παντελῶς. κρεῖττον γὰρ ἀεὶ τοῦ ὁρᾶσθαι τὸ θεῖον. ἀλλ' οὐ

* οὐ παράδοξον

* οἰκονομικῶν

ANNO CHRISTI 431.

δοκήσει καὶ ἐσχηματισμένως εἰς τὸ ψυχῆς εἶδος αὐτὴν μεμορφῶσθαι δώσομεν· παραιτητέον γὰρ πανταχῇ τὴν δόκησιν. ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἐπὶ γῆς συνανεστράφη μετὰ σαρκὸς, οὕτω καὶ ταῖς εἰς ᾅδου ψυχαῖς διεκήρυξεν, ἴδιον ἔχων φόρημα, τὴν ἑνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν.

etiam concedendum est, ipsam in apparētem animæ speciem transformatam esse: siquidem externæ istius apparentiæ commentum omnino repudiari debet. Sed quemadmodum Vnigenitus cum iis, qui in corporibus suis adhuc degebant, versatus est in corpore; ita spiritibus, qui apud inferos tenebantur, animam mente & ratione præditam sibi coniunctam habens, concionatus est.

κγ'.

Καὶ βαθὺς μὲν ἴσως καὶ ἀπόῤῥητος ἀληθῶς, καὶ ταῖς ἡμετέραις διανοίαις οὐχ ἁλώσιμος ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπος. ἐκεῖνο δ' οὖν ὅμως ἀναλογίζεσθαι πρέπει. τὰ γάρ τοι μὴ καθ' ἡμᾶς πολυπραγμονεῖν, οὐκ ἀζήμιον· ἀνούστατον δὲ παντελῶς τὸ βασανοῖς ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ πειρᾶσθαι νοεῖν ἃ οὐχ οἷόν τε. ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι τὸ βαθὺ δὴ τοῦτο μυστήριον, καὶ νοῦν ὑπερέχον τῶν ἐν ἡμῖν, τῇ ἡμῶν ἀπειρεργάστῳ πίστει τετίμηται; τὸ δὲ ἀσυνέτως λέγειν· πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; Νικοδήμῳ τε ἐκείνῳ, καὶ τοῖς κατ' αὐτῶν ἀπονέμοντες, ἀνενδοιάστως παραδεξώμεθα τὰ διὰ τοῦ θείου πνεύματος χρησμῳδούμενα, καὶ αὐτῷ δὲ πιστεύσωμεν λέγοντι Χριστῷ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἃ οἴδαμεν, λαλοῦμεν· καὶ ἃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν. Οἰχέσθω δὴ οὖν λῆρος μὲν ἅπας, μῦθός τε ἀδρανὴς, καὶ ψευδοδοξία, καὶ κεκομψευμένων ῥημάτων φενακισμός. προσιέμεθα οὔτι που τὸ κατασίνεσθαι πεφυκὸς, κἂν εἰ τοῖς ἄγαν ἐξησκημένοις, καὶ μὴν καὶ πικροῖς ἡμᾶς * κατακροτοῖεν λόγοις καὶ δι' ἐναντίας. ἔστι

* κρατοῖεν

XXIII.

Est sane incarnationis modus admodum subtilis, vereque inexplicabilis; talis demum, qui cogitationis captusque nostri angustias multis partibus excedat. Quapropter illud iterum iterumque expendere nos decet; nempe, vt periculo non vacat curiosius in ea inquirere, quæ humana non sunt; ita extremæ dementiæ videri ea quæ mentis nostræ aciem excedunt, humani iudicii trutinæ subiicere moliri; vel ad eorum rursum cognitionem eniti, quæ nullo pacto nostra intelligentia comprehendi possunt. Nescis profundum hoc mysterium, omnique humano sensu sublimius, fide ab omni curiosa indagine aliena honorari a nobis? Quamobrem stultam illam quæstionem: *Quomodo possunt hæc fieri?* Nicodemo eiusque similibus relinquentes, citra vllam hæsitationem Spiritus sancti oracula suscipiamus, ipsique Christo de se loquenti fidem habeamus: *Amen*, inquit, *amen dico vobis, quia quæ scimus, loquimur; & quæ vidimus, testamur.* Valeant igitur deliria, facessant omnes infirmæ ad persuadendum fabulæ, opinionesque falsæ, ac phaleratarum vocularum imposturæ. nihil enim quod detrimentum afferre solet, admittimus; etiamsi aduersarii exercitatissimis acerrimisque rationibus nos pulsauerint. Est e-

Ioan. 3. v. 9.

Ibidem.

1. Cor. 2. v. 4.

nim diuinum hoc noſtrum ſacramentum, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in ſpiritus oſtenſione poſitum. 1. Cor. 2. v. 4.

XXIV.

Vnigenitus igitur, qui & Deus, & vniuerſorum ſecundum ſcripturas Dominus eſt, nobis apparuit: viſus eſt in terra, & homo factus, his qui in tenebris verſabantur, illuxit, non phantaſmate, aut externo tantum ſchemate; abſit. hoc enim ſentire, aut dicere, eſt aperte inſanire. Neque rurſum per ſui mutationem, aut conuerſionem, in carnem transformatus eſt: Dei enim Verbum omnis mutationis expers, vno ſemper eodemque modo ſe habet. Neque coæuam cum carne ſubſtantiam ſortitus eſt. ipſe namque ſæculorum conditor eſt. Neque hypoſtaſeos exors, vt ſermo aut nudum tantum ſimplexque verbum eſt, quod in homine inhabitauit: nam qui ea quæ non ſunt, euocat vt ſint & exiſtant, is neceſſario præexiſtit. ipſe enim eſt vita ex vita Deo patre procedens, qui quidem ſecundum propriam hypoſtaſin & eſt & intelligitur. Sed neque carnem quoque, quæ anima ratione prædita vacaret, induit: quandoquidem viuum illud ſubſiſtenſque, ac Deo Patri coæternum Deus Verbum ſeruili forma ſuſcepta, vere ex muliere natum, & homo factum eſt; eſtque perinde perfectum in humanitate ac in deitate. Non enim ex ſola carne & deitate, ſed ex perfecta humanitate & diuinitate in vnũ eumdemque Dominũ & Filium & Chriſtum admirabili quodam modo concreuit, coaluitque.

XXV.

At hic ſciſcitabitur forte quiſ-

γὰρ τὸ θεῖον ἡμῶν μυστήριον ἐκ πει- ANNO CHRISTI 431.
θοῦς σοφίας ἀνθρωπίνης λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος.

κδ'.

Θεὸς οὖν ὑπάρχων, καὶ πάντων κύριος καὶ τῆς γραφάς, ὁ μονογενὴς, ἐπέφανεν ἡμῖν. ὤφθη γὰρ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐπέλαμψε τοῖς ἐν σκότει, γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ δοκήσει· μὴ γένοιτο· μανία γὰρ τοῦτό γε φρονεῖν, ἢ λέγειν. οὔτε μὲν εἰς σάρκα παρενεχθεὶς καὶ μετάστασιν, ἢ ἐναλλοίωσιν· ἀναλλοιώτως γὰρ ἀεὶ καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχων ὁ ἐκ θεοῦ λόγος. ἀλλ' οὐδὲ ὁμόζυγον τῇ σαρκὶ τὸν ὑπάρξιν ἔχων· αὐτὸς γάρ ἐστι πάντων αἰώνων ὁ ποιητής. οὔτε μὲν ὡς λόγος ἀνυπόστατος, οὐδὲ ὡς ῥῆμα ψιλὸν ἐν ἀνθρώπῳ * γενόμενος. ὁ γὰρ τοῖς καλοῦντα τὰ ἐκ ὄντα ποτὲ πρὸς ὕπαρξιν καὶ γένεσιν, προϋφέστηκεν ἀναλλοίως· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ζωὴ, πεφηνὼς ἐκ ζωῆς τῆς θεοῦ καὶ πατρὸς, ὄντος τε ἐννοουμένου κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν. ἀλλ' οὐδὲ μόνῳ ἠμπίσχετο σάρκα ψυχῆς ἐρήμῳ τῆς λογικῆς· γενόμενος γὰρ κατ' ἀληθείαν ἐκ γυναικὸς, ἐνανθρώπησεν ἄνθρωπος, ὁ ζῶν καὶ ὑπάρχων, καὶ συναΐδιος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ θεὸς λόγος, μορφὴν δούλου λαβών· καὶ ἔστιν ὥσπερ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος· ἓν ἐκ μόνης θεότητος καὶ σαρκὸς εἰς ἕνα Χριστὸν καὶ κύριον καὶ υἱὸν συγκείμενος, ἀλλ' ἐκ δυοῖν τελείοιν, ἀνθρωπότητα δὴ λέγω καὶ θεότητα, εἰς ἕνα τὸν αὐτὸν παράδοξος συνδούμενος.

κε'.

Ἐρεῖ δέ τις, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἵνα δὴ οὖν

* γενόμ.

ANNO CHRISTI 431.

οὖν τέτοκον ἡ ἁγία παρθένος; τὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸν ἐκ θεοῦ λόγον; φαμὲν δὲ ἡμεῖς· καὶ τοῦτό γέ ἐστιν ἡ πλάνησις, καὶ τὸ * ἁμάρτημα τοῦ πρέποντός τε καὶ ἀληθοῦς. μὴ γάρ μοι διέλῃς μετὰ τὴν ἕνωσιν, μηδὲ διϊστὰς εἰς ἄνθρωπον * ἰδικῶς, καὶ εἰς θεὸν, διπρόσωπον ἡμῖν ἀνατύπου τὴν Εμμανουήλ· μὴ ἄρα τις * ἡμῖν εἰκότως διαμωμήσαιτο, φρονεῖν ἑλομένοις ὀρθὸν μὲν οὐδὲν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὃ καὶ διὰ τῆς ἁγίας κατεδικάσθη γραφῆς. ὧδε γάρ τις ἔφη τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ· ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. οὐ διοριστέον οὖν ἄρα κατ' οὐδένα τρόπον, εἴτε δεῖ μάλιστα τὰ δύο φανῆναι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀνὰ μέρος ἑκάτερον νοεῖν. ἰστέον οὖν, ὅτι θεωρεῖ μὲν τινα φύσεων διαφορὰν ὁ νοῦς. ταυτὸν γὰρ οὔτι που * θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· εἰσδέξεται δὲ ὁμοῦ ταῖς περὶ τούτων ἐννοίαις καὶ τὴν ἀμφοῖν εἰς ἑνότητα συνδρομήν. ἐκοῦν * θεὸς μὲν ἐξέφυ τοῦ πατρὸς ὡς θεὸς, ἐκ παρθένου δὲ ἄνθρωπος. ὁ γὰρ ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀναλάμψας λόγον, γεγενῆσθαι λέγεται ἐκ γυναικὸς, καταφοιτήσας ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς ὅπερ ἐκ ἦν· οὐχ ἵνα μείνῃ κεκενωμένος, ἀλλ' ἵνα θεὸς εἶναι πιστεύη-

* ἁμαρτεῖν

* ἀληθοῦς, καὶ εἰς θεὸν ἰδικῶς,

* ἴσ. ὑμῖν

* ἴσ. θεότης τε καὶ ἀνθρωπότης

* θεοῦ

piam: Cuiusmodi tandem sacra Virgo peperit? hominemne, an Dei Verbum? Cui nos respondemus, istuc exquirere, nihil aliud esse, quam errare, & a vero honestoque abduci. Nemo post vnionem, diuisionem mihi fingat; neque Emmanuelem in hominem seorsum, & in Deum seorsum dispescens, duas personas efformet: ne quis meritam vobis notam inurat, tamquam qui nihil rectum sapere instituatis, sed id solũ quod per diuinas scripturas condemnatum est. vnus enim ex Christi discipulis ait: *Vos carissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant, animales, spiritum non habentes.* Nullo itaque modo segregationem concedere fas est, licet post vnionem duo apparere debeant, & distincte sit vtrumque intelligendum. Quocirca sciendum, considerari quidem ab intellectu quamdam naturarum differentiam (neque enim est eadem deitatis & humanitatis natura) sed vna cum hac consideratione percipiet vtriusque concursum ad vnionem. Vnus itaque est Christus, qui quidem ex Deo Patre nascitur vt Deus, ex sacra autem Virgine vt homo. Etenim idem illud Verbum quod inexplicabili modo, supraque omnem humanæ mentis captum eluxit ex Deo Patre, in humanam naturã descendens, & in id quod non erat se dimittens, ex muliere quoque dicitur natum: non quo maneret exinanitum, sed Deus esse crederetur,

Ind. epist. v. 17.

postquam etiam in naturæ nostræ forma in terris apparuit; non tamquam is qui hominem inhabitet, sed tamquam is qui homo re ipsa existat, gloria tamen sua prorsus incolumi & salua. Quapropter diuinus Paulus diuinitatem, & humanitatem, quæ quod ad naturæ identitatem attinet, longissimo interuallo, immensoque discrimine a se mutuo distant, dispensatione in vnum cogens, & ex vtrisque vnum Christum, Deum, Filiũ constare ostendens, ita ait:

Rom. 1. v. 1. *Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis.* Ecce tibi aperte in euangelium Dei se segregatum affirmat. Atqui alibi diserte ad hunc modum

1. Cor. 4. v. 5. scribit: *Non nos ipsos prædicamus,*

1. Cor. 2. v. 2. *sed Iesum Christum.* Rursum: *Non iudicaui me aliquid scire in vobis, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.*

XXVI.

Porro autem cum ipsum Dei Filium nominet, & de semine Dauid natum enuntiat, & in Dei Filium prædestinatũ confirmat: iam dic, quæso, qua ratione is Deus est, qui ex semine Dauid natus est? Rursum, quem ante sæcula Pater sibi coæternum genuit, quonam pacto Filius Dei prædestinatus est, perinde scilicet quasi initiũ subsistendi acciperet? Ipse

Psal. 2. v. 7. namque de seipso ait: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Sane cum particula hæc, hodie, præsens fere semper, nunquam præteritũ tempus de-

ται, καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνὼς ἐπὶ γῆς· οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, ἀλλ' ὡς αὐτὸς *κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος γεγονὼς, μετὰ τοῦ τὴν ἰδίαν ἀνασώσασθαι δόξαν. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τὰ πολὺ τῆς ἀλλήλων ὁμοουσιότητος διεστηκότα τε, καὶ ἀμετρήτῳ διαφορᾷ διεσχοινισμένα, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, συλλέγων εἰς ἓν οἰκονομικῶς, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τὴν ἕνα κατασημαίνων Χριστὸν καὶ υἱὸν καὶ θεόν· Παῦλος δοῦλος, φησὶν, Ιησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. ἰδοὺ δὴ σαφῶς ἀφωρίσθαι φησὶν ἑαυτὴν εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, καί τοι γράφων ἀναφανδόν· οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ιησοῦν. καὶ πάλιν· οὐ γὰρ ἔκρινά τι εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Χριστὸν Ιησοῦν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

κϛ'.

Υἱὸν δὲ αὐτὸν ὀνομάσας θεοῦ, καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ γεγενῆσθαί φησιν, ὡρίσθαι τε διϊσχυρίζεται καὶ εἰς υἱὸν θεοῦ. πῶς οὖν, εἰπέ μοι, θεὸς ὁ ἐκ σπέρματος ἀναφὺς τοῦ Δαυίδ; ὁ δὲ δὴ καὶ πρὸ αἰώνων, καὶ ἀϊδίως υἱὸς, καθὸ πέφηνεν ἐκ θεοῦ, τίνα δὴ τρόπον εἰς υἱὸν ὡρίσθη θεοῦ, καθάπερ εἰς *ἀρχὰς τοῦ ὑφεστάναι παρενεχθείς; ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ· εἶπε κύριος πρὸς μέ· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καί τοι τοῦ, σήμερον, ἀεί πως ἡμῖν οὐχ ὅτι τὸν παρῳχηκότα, τὴν ἐνεστῶτα δὲ μᾶλλον καταδηλοῦν-

Anno Christi 431.

*κατὰ φύσιν

*ἀρχὴν

ANNO CHRISTI 431.

τος καιρόν. βαθὺ τὸ μυστήριον, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀνὰ μέρος τιθεῖσι καὶ διορίζουσι δυσέφικτόν τε καὶ ἄπορον ἀληθῶς. τοῖς γε μὴν εἰς ἑνότητα κατασφίγγουσι τὸν Εμμανουὴλ, ἐγγύς τε ἑλεῖν καὶ ἑτοιμοτάτη λίαν ἡ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἀκιβδήλευτος γνῶσις. ὁ γὰρ τῷ φύσαντι συναΐδιος, καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος υἱὸς, ἐπειδὴ καταβέβηκεν εἰς τὴν ἀνθρώπου φύσιν, οὐκ ἀπολισθήσας τοῦ εἶναι θεὸς, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, νοοῖτ' ἂν εἰκότως καὶ ἐκ σπέρματος γεγενῆσθαι Δαυὶδ, καὶ νεωτάτην ἔχειν τὴν ἐν ἀνθρωπότητι γένεσιν· * ὥστε οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ προσληφθὲν, ἀλλ' ἴδιον ἀληθῶς. λελόγισται τοιγαροῦν ὡς ἐν πρὸς αὐτόν. καθάπερ ἀμέλει καὶ τὴν ἀνθρωπείαν σύνθεσιν καταθρήσῃ τις ἄν· συμπέπλεκται γὰρ ἐξ ἀνομοίων τὴν φύσιν, ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος· ἀλλ' οὖν εἷς νοεῖται τὸ συναμφότερον ἄνθρωπος· ὡς ἀπὸ μόνης μὲν τῆς σαρκὸς ὅλον ἔσθ' ὅτε κατωνομάσθαι τὸ ζῶον, ψυχῆς δὲ ὠνομασμένης νοεῖσθαι τὸ συναμφότερον. κατὰ τὸν ἴσον ἄρα τρόπον καὶ ἐπ' αὐτοῦ παραδεξώμεθα τοῦ Χριστοῦ· εἷς γὰρ υἱὸς, καὶ εἷς κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ ὅτε πέφηνεν ἄνθρωπος.

* ἔστι δὲ οὐκ

κζ'.

Καὶ τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς δεσπότην οὐκ ἀρνησώμεθα, κἂν εἰ διὰ τῶν ἀνθρωπίνων ἡμῖν, καὶ ἐκ τῶν τῆς κενώσεως μέτρων, ἔσθ' ὅτε κατασημαίνηται. Ιουδαίοις μὲν

notet, profundum aliquod mysterium hic insinuatur, sed iis qui sectione inducta seorsum considerant & collocant. Nam qui Emmanuelem ad vnitatẽ reuocant, iis & hoc ipsum, & cetera omnia, quæ ad sinceram sacrorũ dogmatum cognitionem pertinent, sunt obuia, captuque facillima. Filius itaque, qui generanti Patri coæternus est, & ante omnium sæculorum ætatem subsistens est, posteaquam diuinitate non amissa, sed humanitate assumpta, in hominis naturam sese dimisit; merito & ex Dauid quoque semine progenitus, & oppido recens natus humanitate prædicatur: quippe cum id quod assumpsit, ab eo nullo modo alienum, sed vere illius proprium sit: quare vnum censetur cum ipso. Quemadmodum exempli causa, in hominis quoque compositione accidere animaduertimus: is etenim ex anima & corpore, partibus vtique secundum naturam dissimilibus, constituitur; attamen quod ex vtroque concreuit, vnus homo reputatur: & quemadmodum a sola carne totum interdum animal denominatur; & anima rursum nominata, id quod ex vtroque conflatum est, non infrequenter intelligitur: ad eumdẽ plane modum, quæ de Christo quoque dicuntur, accipienda sunt. Vnus est enim Filius, vnus Dominus Iesus Christus, & ante carnem, & posteaquam homo apparuit.

XXVII.

Et quamuis idem ille redemptor noster per humanæ naturæ proprietates, exinanitionisque conditiones interdum nobis insinuetur; non ob id tamen Dominũ qui nos redemit, inficiabimur.

Iudæos ſane Chriſtus Dominus ita alloquitur: *Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: nunc autem quæritis me interficere, hominẽ, qui veritatem vobis locutus ſum. hoc Abraham non fecit.* Scribit de eo Paulus quoque: *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia: & quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam.* Numquid ergo hunc ipſum Chriſtum hominem nudum ceteris nulla ex parte excellentiorem cenſebimus? abſit. Rurſus, Dei ne ſapientiam & virtutem in eam ſe infirmitatem abieciſſe dabimus, vt mortem extimuerit, & a Patre ſaluari expetiuerit? Numquid Emmanuelem vitam ſecundum naturam eſſe, inficias ibimus? An non potius ad humanitatem, & noſtræ naturæ humilitatem, quæcumque humilia de ipſo dicuntur, referentes, laudabiliter nos geremus, ſi ex iis, quibus Deus eſſe dignoſcitur, ſummã ipſius maieſtatem agnoſcamus, eumdẽ ipſum Deum pariter & hominem, Deum videlicet humanatum eſſe intelligentes? Sed in medium prodeat probatiſſimus ille apoſtolus Paulus, qui elata voce in hæc verba concionatur: *Sapientiam loquimur inter perfectos: ſapientiam vero non huius ſæculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ τῆς αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, ἐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης*

Ioan. c. 8. v. 39.

Hebr. c. 5. v. 7.

1. Cor. c. 2. v. 6.

ἔφη πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραάμ ἐστε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα. τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε. γράφει δὲ καὶ Παῦλος πρὸς αὐτούς· ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σῶζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱός, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν. ἆρ' οὖν ἄνθρωπον αὐτὸν δεῖ τοῦτον ψιλὸν, καὶ οὐδένα ἄλλον εἶναι νοῆσαι τὸν καθ' ἡμᾶς, λογιούμεθα Χριστόν; μὴ γένοιτο. τὸ δὲ τῆς θεοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως, ἀσθενείας εἰς τοῦτο καθικέσθαι δώσομεν, ὡς δεδιέναι μὴ θάνατον, αἰτεῖν ἢ τὸ σώζεσθαι παρὰ τοῦ παθεῖν; καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἡμῖν ζωῆς ἐκπέμψομεν τὸν Ἐμμανουήλ; ἢ πρεπόντως εἰς τὴν ἀνθρωποτητα, καὶ εἰς μέσον φύσεως τὰ καθ' ἡμᾶς, τὰ ὡς ἐν λόγοις μικροπρεπέσι, δραστικῶς τε τὰ ἐπαινούμενα· ἐξ ὧν καὶ ὅτι θεὸς, τὴν ὑπερκόσμιον αὐτοῦ καταλαμβάνομεν δόξαν, αὐτὸν εἶναι σωιέντες θεόν τε ὁμοίως καὶ ἀνθρωπον, ἢ τοι θεὸν ἐν ἀνθρωποις πάντα; ἀκέτω δὴ οὖν εἰς μέσον ἡμῖν ὁ δοκιμώτατος Παῦλος, παντὶ βοῶν τε καὶ λέγων· σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ τῶν ἀρχόντων

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἐσταύρωσε. καὶ μὴν καὶ ὅπη τούτοις· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσυνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς· τοσοῦτον κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσον διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. καίτοι γε τὸ εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι τῆς δόξης κύριον, πῶς οὐ λίαν ὑπερτενὲς, καὶ παντὸς ἐπέκεινα γνώσεως; καὶ παρημένου πως γνώσιν; καὶ παρίημι μὴ τὰ δυσεφόπινα· σμικρὰ γὰρ δὴ λίαν· ἐρῶ δ' οὖν, κἂν ἀγγέλους ὀνομάσαι, καὶ ἀρχὰς, καὶ θεόνους, καὶ κυριότητας ἀπαριθμήσασθαί τις, καὶ μᾶλλον καὶ εἰ τῶν δυνατόν διαμέμνηται σεραφὶμ, κατόπιν ἰόντα τοῦ οὕτως ὑπερτενῶς ὁμολογήσειν ἂν δόκλείας, εἴγε νοῦν ἔχει τὸ δυ βεβηκότα καὶ σοφόν. ἔκκριτον γὰρ εἶναί φημι τὸ γέρας, καὶ δεῖν ἀνακεῖσθαι μόνῃ τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει. πῶς οὖν ἂν γένοιτο κύριος τῆς δόξης ὁ ἐσταυρωμένος; τὸ δὲ ἀπαύγασμα τῆς παρ' ἧς, καὶ τῆς οὐσίας ὁ χαρακτὴρ, ὁ φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, κρείττων ἀγγέλων γεγονὼς λέγεται· τάχα που τὸ ἔλαττον, ὡς ἡδόμην, λαβὼν, ὅτε πέφηνεν ἄνθρωπος. γέγραπται γάρ· Ⓜ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. ἆρ' οὖν ἀξιώσομεν Ⓜ ἐκ θεοῦ παρ' ἧς πεφηνότα λόγον τῆς ἄνω πρεπούσης οὐσιώδους ὑπεροχῆς, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀκριβοῦς ἐμφερείας, τοῦ τῶν ἀγγέλων ἀνθρώπινον βλέποντες διὰ τὸ τῆς οἰκονομίας μικροπρεπὲς νοούμενον;

crucifixiſſent. Et alio rurſum loco: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet a dexteris maieſtatis in excelſis; tanto melior angelis effectus, quanto differentius nomen præ illis hereditauit*. Atqui gloriæ Dominum & eſſe & nominari, nonne immenſo ſpatio id omne poſt ſe relinquit, quod creatum & conditum eſt? Mitto humana (ſunt enim iſthæc tenuia admodum) an non, obſecro, quiuis, modo ingenio & ſapientia polleat, ſiue angelos nominare, ſiue principatus, thronos, dominationes percenſere, & vt amplius quid dicam, ſiue ſummos illos ſeraphicos ſpiritus commemorare velit; an non, inquam, hos omnes gloria maieſtateque vſqueadeo præcellenti multis partibus inferiores confitebitur? Honorem quippe præcellentiſſimum eſſe dico, ſoliq; principi omnium naturæ tribuendum. Quomodo ergo fuerit Dominus gloriæ in cruce ſuffixus? *Splendor vero Patris, & ſubſtantiæ illius character, portans omnia verbo virtutis ſuæ, angelis præſtãtior effectus* perhibetur: fortaſſe quia, vt arbitror, minus accepit, quando apparuit factus homo. ſcriptum eſt enim; *Eum qui modico quam angeli, minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum*. Sed numquid Verbum quod ex Patre natum eſt, ob id ab eminentia illa & dignitate, quæ eſſentialiter in illud conuenit, necnon ab exacta illa Patris ſimilitudine excludemus, quod ſecundũ diſpenſationis menſuram animo conceptum, angelorum gloriam non attingit? Nequaquam, arbitror

Hebr. c. 1. v. 3.

Ibidem.

Hebr. c. 2. v. 9.

enim Dei Verbũ post assumptam semel carnem, ab humanæ naturę conditionibus non esse penitus excludendum; neque humanitati rursum, si, vt in Christo est, consideretur, gloriam quæ Deum decet, denegandam esse.

XXVIII.

Non ignoraui autem futuros, qui interrogent: Agedum, vter vere est Iesus Christus? isne qui homo ex muliere natus est, an Verbum quod ex Deo genitum est? Næ stultum est superuacaneis verbis contendere, ac quibuslibet anilibus nugis sese opponere. Respondeo nihilominus non solum periculosum, sed etiam perniciosum esse, hominem & Verbum seiungere, factaque diuisione vtrumque seorsum statuere; quippe cum dispensationis mysterium eiusmodi sectionem nequaquam admittat, & diuina præterea scriptura vnum dumtaxat Christum esse diserte tradat. assero enim neque Dei Verbum absque humanitate, neque templum rursum, quod ex muliere in lucem editum est, nisi cum Verbo coniunctum sit, Christum Iesum appellari posse. Quandoquidem Dei Verbum per dispensatoriam copulam admirabili modo humanæ naturæ vnitum, Christus esse cognoscitur. Nam etsi illud vt Deus naturalisque Dei Patris Filius, humanitate superius sit; attamen propter susceptam hominis naturam in humilitate iacere non detrectauit. Atque huc tendit illud Christi: *Qui videt me, videt & Patrem meum*; &, *Ego & Pater vnum sumus*. & illud rursum eiusdem; *Pater meus maior me est*. Quamuis enim, siue substantiæ identitatem, siue aliud quodcumque, in quo cum Patre conferri queat, spectes, Patre nequaquam minor sit; tamen propter assum-

Ioan. c. 14. v. 9.
Ioan. c. 10. v. 30.
Ioan. c. 14. v. 28.

οὐμένουν. οἶμαι γὰρ δεῖν, οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων ἀπαλλάττειν παντελῶς τὸν ἐκ θεοῦ λόγον μετὰ τὴν πρὸς σαρκα σύνοδον, οὔτε μὴν δόξης τῆς θεοπρεποῦς ἀποστερεῖν τὸ ἀνθρώπινον, εἰ ἐν Χριστῷ νοοῖτο καὶ λέγοιτο.

ANNO CHRISTI 431.

κη'.

Πλὴν ἐρησομένους οὐκ ἠγνόησά τινας· τίς δὴ ἄρα ἐστὶν ἀληθῶς Ιησοῦς Χριστός; ὁ ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπος, ἢ γοῦν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος; καὶ ἠλίθιον μὲν κομιδῆ τὸ διατείνεσθαι περιττὰ, καὶ *φλυάφοις εἰκαιομύθοις ἀνταναφωνεῖν. ἐρῶ δ' οὖν, ὅτι σφαλερόν τε καὶ οὐκ ἀζήμιον τὸ διατέμνειν εἰς δύο, καὶ ἀναμέρος ἱστᾶν, ἄνθρωπόν τε καὶ λόγον, οὐκ ἀνεχομένης τῆς οἰκονομίας, καὶ Χριστὸν ἕνα βοώσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι, μήτε τὸν ἐκ θεοῦ λόγον ἀνθρωπότητος δίχα, μήτε μὴν τὸν ἐκ γυναικὸς ἀποτεχθέντα ναὸν, ὡς μὴ ἑνωθέντα τῷ λόγῳ, Χριστὸν Ιησοῦν ὀνομάζεσθαι. ἀνθρωπότητι γὰρ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν ἀπορρήτως συνενηνεγμένος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, νοεῖται Χριστός· ἀνώτερος μὲν ἀνθρωπότητος, ὡς φύσει θεὸς, καὶ υἱός· οὐκ ἀτιμάζων δὲ καὶ τὸ ἐν ὑφέσει γενέσθαι δοκεῖν, διὰ τὸ ἀνθρώπινον. τοιγαρ τοι ποτὲ μὲν ἔφασκεν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ποτὲ δὲ αὖ πάλιν· ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστίν. οὐ μείων γὰρ ὢν τοῦ πατρὸς κατά γε τὸ ἐν οὐσίᾳ ταὐτὸν, καὶ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τὸ ἰσοστα-

*φλυάφοις εἰκαιομυθίας ἀντιφωνεῖν.

ANNO CHRISTI 431.

τοῦν, ἐν ἐλάττοσιν εἶναί φησι διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

κθ'.

Κηρύττεται δὲ καὶ διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ποτὲ μὲν ὡς ὅλος ὢν ἄνθρωπος, σεσιωπημένης αὐτοῦ τῆς θεότητος οἰκονομικῶς· ποτὲ δὲ αὖ πάλιν ὡς θεὸς, σεσιωπημένης αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπότητος· ἀδικεῖται δὲ κατ' οὐδένα τρόπον, διὰ τὴν ἀμφοῖν εἰς ἑνότητα σύμβασιν. Ἐγὼ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὁ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, καὶ φυλῆς Βενιαμὶν, ὁ κλητὸς ἀπόστολος, ἐπιστέλλει τοῖς διὰ πίστεως δεδικαιωμένοις, καὶ κατανεκρώσασι τὰ μέλη σαρκὸς, πορνείαν δὴ λέγω καὶ πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν· ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ θεῷ. αὐτὸς οὖν ἔφη περὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν· πάτερ ἅγιε τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς. ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι, καὶ ἐφύλαξα αὐτοὺς, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι, καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς. συνίης οὖν, ὅπως ἀπὸ μόνης, * ὥσπερ ἡμῖν, τῆς ἀνθρωπότητος ἔν γε τουτοισὶ κατασημαίνεσθαι δοκεῖ; * οἰήσομαι γὰρ οὐδαμῶς κεκρύφθαι τε καὶ ἀποδημεῖν τοῦ κόσμου· καί τοι λέγοντος σαφῶς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅπου ἐὰν συναχθῶσι δύο ἢ τρεῖς εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. καὶ πάλιν· ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

* ἴσ. ὡς παρ' ἡμῖν

* οἰησόμεθα

ptam humanitatem, Patre minorem se vocat.

XXIX.

Quin sacræ quoque literæ dispensatoria quadam ratione, diuinitate illius suppressa, totum interdum prædicant vt hominem; contra nonnunquam humanitate eiusdem tacita, totum quandoque insinuant vt Deum. Attamen propter vtriusque naturæ in vnam eamdemque personam coitionem, nulla hac quidem in re afficitur iniuria. Quapropter diuinus Paulus Hebræus ex Hebræis, ex Beniamitica tribu ad apostolatum vocatus, his qui per fidem iustificati fuerant, carnaliaque membra, puta fornicationem, auaritiam, malam cupiditatem, & ceteras animi perturbationes mortificauerant, ad hunc modum scribit: *Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.* Imo vero ipse Christus ita precatur: *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi ego custodiui; & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.* Intelligis, quomodo per solam more nostro humanitatem hic insinuari videatur? Neque enim ex hisce concludere licet, Verbum aliquo se abdidisse, aut e mundo hoc emigrasse: constat namque alibi aperte disseruisse: *Amen, amen dico vobis, vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et iterum: *Ecce vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Videas &

Coloss. c. 3. v. 3.

Ioan. c. 17. v. 11.

Psalm. 108. v. 8.

Matth. c. 18. v. 20.

Matth. c. vl. v. 20.

sacratissimum quoq; Paulum sæpe multisque in locis hominis vocabulo cunctantius eumdem designare: *Paulus*, inquit, *apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum*. Rursum: *Notum autem vobis facio, fratres, euangelium, quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per reuelationem Iesu Christi*. Et alio item loco: *Si*, ait, *Christum cognouimus secundum carnem, sed iam nunc non nouimus*. Iam ecquisnam est ille Iesus Christus, qui apostolum Paulum diuinorum mysteriorum notitia vsqueadeo occulta, certa ac diuina illustrauit? An non Verbum, quod nostri causa homo factum ex muliere nasci non recusauit? An istuc, quæso, non est verum? imo verissimum. Meminimus namque Gabrielem eiusmodi oratione sacram Virginem appellasse: *Ne timeas Maria: ecce enim concipies in vtero, & paries Filium & vocabis nomen eius Iesum*. Nomen hoc nouum a Patre, opinor, per angeli vocem impositum est. Prædixerat enim multo ante Propheta: *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit*. Quando ergo vnigenitus Filius, qui Patri coæternus ante omnia sæcula extitit, nouissimis temporibus homo factus, & ex muliere natus, & Filius prædestinatus, & primogenitus appellatus, & inter multos fratres numeratus est, tunc ille quoque, qui secundam naturam Pater est, paternitatis leges, vt ita loquar, secutus, nomen hoc imponit.

Galat. c. 1. v. 1.

Ibid. v. 11.

2. Cor. c. 5. v. 16.

Luc. c. 1. v. 30.

Isai. c. 62. v. 2.

ἴδοις δ' ἂν καὶ αὐτὴν τὴν ἱερώτατον Παῦλον καταῤῥαθυμοῦντα πολλάκις τοῦ ἄνθρωπον δεῖν ἀνακηρύττειν αὐτόν. Παῦλος γάρ φησιν, ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ. καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις· γνωρίζω δὲ ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον, φησί, τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον. οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό, οὐδὲ ἐδιδάχθην, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ιησοῦ Χριστοῦ. καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθί φησιν· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. τίς οὖν ἐστιν Ιησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ τὴν οὕτως ἀπλανῆ τε καὶ ἀπόῤῥητον θείαν ἀποκάλυψιν τῶν ἑαυτοῦ μυστηρίων ἐναστράπτων αὐτῷ; ἆρα οὐχὶ γενόμενος σὰρξ ὁ λόγος, καὶ τὴν ἐκ γυναικὸς δι' ἡμᾶς οὐκ ἀτιμάσας γέννησιν; καί τοι πῶς οὐκ ἀληθὲς ὅπερ ἔφην; μεμνήμεθα γὰρ τοῦ Γαβριὴλ λέγοντος πρὸς τὴν ἁγίαν παρθένον· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· ἰδοὺ γὰρ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν. καινὸν δὲ οἶμαι τοῦτο παρὰ τοῦ πατρὸς ὄνομα δεδόσθαι τῷ λόγῳ διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς. προανεκεκράγει γὰρ οὕτω καὶ χρησμῴδημα προφητικόν· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ καινὸν, ὃ ὁ κύριος ὀνομάσει αὐτό. ὅτε τοίνυν συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος υἱὸς μονογενὴς, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς γέγονεν ἄνθρωπος, γεγεννηθὴ καὶ ἐκ γυναικὸς, καὶ ὡρίσθη μὲν υἱὸς θεοῦ, κεχρημάτικε δὲ καὶ πρωτότοκος, καὶ γέγονεν ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· τότε καὶ ὁ φύσει πατὴρ ὁρίζει τὸ ὄνομα, τοῖς τῆς πατρότητος, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, νόμοις ἑπόμενος.

ANNO CHRISTI 431.

λ'. O

ANNO CHRISTI 431.

λ'.

Ὁ αὐτὸς οὖν ἅμα καὶ μονογενὴς ἐστι, καὶ πρωτότοκος. ὁ μὲν γὰρ τοῦ μονογενὴς, ὡς θεὸς, πρωτότοκος δὲ ἡμῖν, καθ' ἕνωσιν * οἰκονομικῶς, καὶ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ὡς ἄνθρωπος· ἵν' ἡμεῖς ὁμοίως ὡς αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ υἱοὶ θεοῦ φυσικῶς τε καὶ τῇ χάριν· φυσικῶς μὲν, ὡς αὐτῷ τε καὶ μόνῳ· μετοχικῶς δὲ καὶ χάριν ἡμεῖς δι' αὐτοῦ αὐτῷ πνεύματος. ὥσπερ ἓν γέγονεν ἴδιον τῆς ἀνθρωπότητος ἐν Χριστῷ τὸ μονογενές, διὰ τὸ ἰδιωθῆναι τῷ λόγῳ κατὰ σύμβασιν οἰκονομικήν· οὕτως ἴδιον τοῦ λόγου, τὸ ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τὸ, πρωτότοκος, διὰ τὸ ἰδιωθῆναι σαρκί. ἐρμηνευόμενον δὲ οὗ ἕνεκεν ἔχων τὸ εἶναι θεὸς, καὶ ἔστιν ἁπάντων ὑπάρχων, ἀεὶ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τῇ κατὰ πάντων ὑπεροχῇ, δόξῃ τε τῇ ἀνωτάτω κατεσεμνύνθη. τοιγαροῦν κεκέλευσται μεθ' ἡμῶν καὶ αὐτὴ ἡ ἄνω πνευμάτων ἡ ἁγία τε καὶ παμμακαρία πληθὺς προσκυνεῖν αὐτῷ. ἦν γὰρ δήπου καὶ μάλα εἰκὸς ἀνήνασθαι τὴν προσκύνησιν, καὶ καθυπῆσαι ἡμᾶς, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σμικροπρεπὲς ὁρῶντας, καὶ ὃ δι' ἡμᾶς γνόμενον καθ' ἡμᾶς ἐκ ἀξιοῦσαι δοξολογεῖν, ἀποφοιτῶντας ὡς ἀπωτάτω τοῦ πεπλανῆσθαι δοκεῖν. ἀπεπον γὰρ καὶ αὐτοῖς ἦν ἐπὶ τῷ ἐπὶ Χριστῷ μυστηρίῳ, ἀξεκάλυπτε γὰρ τὸ πνεῦμα αὐτοῖς, καὶ δυσσεβεῖν ἐκ ἠφίει σὺν ἡμαρτηκόσι. τοιγαροῦν φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ πάλιν τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει·

* οἰκονομικῶς

XXX.

Idem itaque vnigenitus & primogenitus est : vnigenitus quidem vt Deus, primogenitus vero quatenus secundum œconomicam vnionem inter nos & inter multos fratres homo versatus est, quo & nos quoque in ipso & per ipsum secundum naturam & gratiam filii Dei efficeremur: secundum naturam quidem, vt in ipso & vno ; participatione vero , & secundum gratiam per ipsum in spiritu. Quemadmodum igitur Christi humanitati , propterea quod secundū dispensationis copulam Verbo coniuncta est, vnigenitum esse & dici proprium effectum est; ita Verbo,eo quod vnitum est carni, id proprium factum est, vt inter multos fratres primogenitus sit & appelletur. Cum Dei itaque natura stabilis, immota , omnisque mutationis expers sit, nunquam Deus Verbum non mansit quod erat. Neque vero tum quando homo factus est, summæ illius maiestatis & gloriæ,qua ceteros omnes longe superat,coronā amisit. Quamobrem sancta illa in primisq; beata cælestium spirituum multitudo, vt illum adoret , æque ac nos mandatum accepit.Poterat enim sola humanitatis paruitate & abiectione inspecta, & quidem iure meritoque , eiusmodi adorationem recusare , & honoris cultum cunctantius impendere,ac illi qui propter nos nostri similis effectus fuerat, glorificationem denegare , ne quo errore imprudentes constringerentur : necdum enim & ipsis mysterium illud Christi cognitum erat. Verum ne sanctissimæ illæ creaturæ in eam impietatem inciderent , Spiritus id illis aperuit. Hinc illud Pauli: *Et cum inducit primogenitum in orbem ter-*

ANNO CHRISTI 431.

Hebr. c. 1. v. 6.

rę, dicit: Et adorent eum omnes angeli eius. Is enim, qui naturæ proprietate vniuerſo terrarum orbe ſublimior eſt, & prout Deus mente concipitur, extra ipſum eſt, in ipſum vt homo ingreſſus, pars mundi effectus eſt: verumtamen nullam ea de cauſa diuinæ gloriæ iacturam fecit. Adoratur namque vt vnigenitus, etſi appelletur primogenitus: quæ ſane appellatio humanitatis modulis quam optime conuenit.

XXXI.

Ergone Emmanuelē vt ſolum hominem adorabimus? Minime gentium: iſtuc enim nihil aliud foret, quam errare, in fraudem induci, ac delirare. Hac ſiquidem ratione nihil quidquam ab iis diſſentiremus, qui opificis & procreatoris loco creaturam adorauerunt, *veritatemque* (vt ſcriptum eſt) *in mendacium conuerterunt.* Si

Rom. c. 1. v. 25.

illorum ergo ſententiæ acceſſerimus, omnino vna cum illis & illud Apoſtoli quoque audiemus: *Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt; & mutauerunt gloriam incor-*

Ibid. v. 23.

ruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum. Quid? nonne & nos ipſi quoque iis, quorum modo meminimus, ſimilia facere & ſentire cenſebimur, vt qui Dei gloriam in mendacium & ſimilitudinē imaginis corruptibilis hominis demutauerimus, ſi Emmanuelem tamquam nudum, noſtræq; conditionis hominē adorationis cultu proſequemur? Nonne cæleſtis quoque ille angelorum cœtus in tantam inſaniam prolapſis annumerabitur? Quin & gregem ethnicorum, arbitror, non erit cur condemnemus; nec facile elui

καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. ὁ γὰρ ἰδιότητι φύσικῇ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης διενέγκων, ἔξω τε αὐτῆς ὑπάρχων, καθὸ νοεῖται θεός, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν, μέρος κόσμου πεφυκὼς, ὡς ἄνθρωπος· πλὴν οὐ διὰ τοῦτο τῆς θείας ἀπώλεσε δόξης. προσκυνεῖται γὰρ ὡς μονογενὴς, κἂν εἰ καλοῖτο πρωτότοκος· ὅπερ ὄντως ἐναργῶς τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ὅπη μάλιστα πρέπον.

λα'.

Ἆρ' οὖν ὡς ἄνθρωπον προσκυνήσομεν μόνον τὸν Ἐμμανουήλ; μὴ γένοιτο. λῆρος γὰρ ἤδη τοῦτο καὶ ἀπάτη, καὶ πλάνησις. διοίσομεν δὲ κατ' οὐδὲν τῶν τὴν κτίσιν λατρευόντων παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ ποιητὴν, οἱ ἄνες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ τὸ γεγραμμένον. οἷς εἰ φρονήσαιμεν ἀδελφὰ, καὶ σιωπησόμεθα πάντως· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ ἰσουργοὶ καὶ σύμφρονες τοῖς μνημονευθεῖσιν ἐσόμεθα, τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ἐν τῷ ψεύδει μεταλλάττοντες, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, εἰ ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ, καὶ ἐνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς προσοίσομεν τὴν προσκύνησιν τῷ Ἐμμανουήλ; τί δὲ οὐχὶ καὶ αὐτὴ τῶν ἀγγέλων ἡ πληθὺς τοῖς εἰς τοῦτο μανίας ἥκουσι συντελέσειεν; ἀνεξίτηλον δὲ οἶμαί που τὴν ὑπὸ τῷ πεπλανῆσθαι γελᾶσθαι καὶ τῇ τῶν ἐθνῶν ἀγέλῃ προσηκόμεθα· καὶ δυσαπόνιπτον ἕξει τῶν

ANNO CHRISTI 431.

ἀρχαίων αἰτιαμάτων τὸ βλάβος. πλανᾶται γὰρ, οἶμαι, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον, ἢ πάλαι, καὶ τὴν εἰς εὐθὺ διαστείχουσαν ἠγνόηκε τρίβον. καὶ περιττὸς, ὡς ἔοικεν, ὁ μακάριος Παῦλος, προσφωνῶν τε αὐτοῖς καὶ λέγων· ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς. νῦν δὲ γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; Ποῖον γὰρ ἔτι θεὸν ἐγνώκασιν, εἰ μὴ φύσει θεὸς ὁ Χριστὸς, εἰς ὃν πεπιστεύκασιν; καὶ εἰ λελατρεύκασιν ἀνθρώπῳ, τοῖς τῆς ἀρχαίας πλάνης ἐνέχονται βρόχοις. ἢ οὐκ ἀληθὲς ὅ φημι; ἀληθὲς μὲν οὖν. Ἀθρεῖ δὴ οὖν ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ὅπως ἐξ ἀναγκαίων ἤδη συλλογισμῶν μονονουχὶ συνωθούμεθα πρός γε τὸ δεῖν ἐμφρόνως, ὡς θεῷ τῷ κατὰ φύσιν, προσκυνεῖν τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς φῶτι λόγῳ, καὶ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς πεφηνότι σχήματι· τῆς ἀμφοῖν εἰς ἑνότητα συνδρομῆς οὐκ ἀνικάνως ἐχούσης πρὸς τὸ ἀφανίσαι τυχὸν τὸ καὶ ἔσθ' ὅτε λυποῦν εἰς μόνης ἡμᾶς ἀνθρωπότητος ὑποψίαν. προσλαβοῦσα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις τὸ ἀνθρώπινον, οὐκ ἀνθρωπότης ἔσται ψιλή· νικῶσα δὲ μᾶλλον ἰδίᾳ δόξῃ τὸ προσληφθὲν, ἐν ἀκλονήτῳ σώζεται διαμονῇ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς. ταῦτα φρονοῦντες οἱ μαθηταὶ, προσεκύνουν λέγοντες· ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς εἶ· καί τοι βάδην ἰόντα βλέποντες, καὶ ἐν σαρκὶ καθ' ἡμᾶς. ἐπ' ἄκρου γὰρ δὴ διέθει κύματος παραδόξως ὡς θεός.

poterit veterum culparum noxa. Errat namque & nunc quoque perinde ac olim, & semitam quæ ad veritatem ducit, ignorat: neque beatus Paulus satis opportune Galatas increpat. ait namque: *Tunc ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, seruiebatis. Nunc autem cum Deum cognoueritis, imo cogniti sitis a Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma atque egena elementa, quibus denuo seruire vultis?* Nam nisi Christus, in quē crediderunt, suapte natura Deus est, qualem, quæso, Deum cognouerunt? Et si homini seruiuerunt, nonne antiqui erroris laqueis etiamnum irretiti tenentur? An ego non verum dico? vtique dico. Cernis igitur, Christianissime imperator, quomodo necessariis rationibus adducti, Dei Verbum, esto in forma nostra apparuerit, tamquam verum natura Deum prudenter adorare fere compellamur: quippe cum duarum naturarum in vnitatem concursus facile possit, si qua nos turbat aliquando, suspicionem tollere de sola humanitate. Enimuero Verbi natura humanam naturam suscipiens, non est nuda humanitas; imo vero propria gloria & maiestate assumptam naturam excedens, inconcussaque ac immota persistens, nullam prorsus diuinæ illius excellentiæ passa est iacturam. Cuius quidem rei Christi discipuli non ignari, adorabāt eum, dicentes: *Vere Filius Dei es tu:* etsi illum pedibus euntem, nostroque modo corpore indutum cernebant; quod admirabiliter in summis fluctibus ambulabat, vti Deus.

Galat. c. 4. v. 8.

Matt. c. 14. v. 33.

XXXII.

Sed aliquis forte ex iis, qui huic tantæ gloriæ aduersantur, dicet: Ecquis ille erat, qui mulieri Samaritanæ aiebat: *Vos adoratis quod nescitis: nos autem adoramus quod scimus?* Quomodo ergo recte adoratur, qui inter adorantes censetur? Ad hoc equidem responderim istuc: Quis ille erat, de Christo stolide omnino atque imperite dici; nullo enim modo Christus diuisus est. Quare qui cum muliercula loquebatur, erat vnus, & solus Dominus Iesus Christus, ex humanitate adorante & adoranda diuinitate constitutus, illud in se complectens, vnde Deus simul & homo vere dici, haberique possit. Quemadmodum videlicet de eo aliter dicere quis potest. quatenus enim Deus est, ipse Dominus gloriæ esse intelligitur: quatenus vero factus est homo ille qui Dei consortio glorificabatur, gloria indigebat, iuxta illud: *Pater clarifica Filium tuum.* næ, sed vnus interim secundum scripturas est Dominus, vna fides, vnum baptisma. Et quemadmodum vna est fides in Christum, & vnum item baptisma, etiamsi in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum credamus, & baptizemur: ita plane, vt ego arbitror, vna quoque Patris, & incarnati Filii, & Spiritus sancti est adoratio. Quamuis enim Vnigenitus caro factus inter nos habitarit, necnon primogenitus inter multos fratres appellatus sit; hoc tamen nihil impedit, quo minus cum a nobis, tum ab ipsis quoque angelis adorari debeat. Nam quæ alias fidei ratio in ipsum constare posset? quomodo vero hoc quæ-

Ioan. c. 4. v. 22.

Ioan. c. 17. v. 1.

Ephes. c. 4. v. 5.

λϐ'.

Ερεῖ δὲ ἴσως ὁ τῇ τοιᾷδε δόξῃ μαχόμενος· καὶ τίς ἦν ὁ λέγων πρὸς τὴν ἐν Σαμαρείᾳ γυναῖκα· ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν; εἶτα πῶς ἔσται προσκυνητὸς ὁ τοῖς προσκυνοῦσι συντεταγμένος; ἐγὼ δὲ φαίην ἂν, ὅτι τὸ, τίς ἦν, ὅλως ἐπὶ Χριστοῦ λεγόμενον, ἀσύφηλόν τε καὶ ἀμαθές· μεμέρισται γὰρ οὐδαμῶς. ὁ δὲ τῷ γυναίῳ προσλαλῶν, ὁ εἷς τε καὶ μόνος κύριος ἦν Ιησοῦς Χριστὸς, ἐκ τῆς προσκυνούσης ἀνθρωπότητος, καὶ ἐκ τῆς προσκυνουμένης θεότητος, τὸ εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ἀληθὲς ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ· καθάπερ ἀμέλει φαίη τις ἂν καὶ ἑτέρως περὶ αὐτοῦ. ᾗ μὲν γάρ ἐστι θεὸς, νοοῖτ' ἂν ὑπάρχων αὐτὸς ὁ τῆς δόξης κύριος· ᾗ δὲ γέγονεν ὁ κατὰ μέθεξιν τὴν παρὰ θεοῦ δοξαζόμενος ἄνθρωπος, ἐδεῖτο καὶ δόξης, λέγων· πάτερ δόξασόν σου τὸν υἱόν. ἀλλ' εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὥσπερ οὖν ἐστι μία πίστις ἡ * ἐν Χριστῷ, καὶ ἓν ἀληθῶς βάπτισμα, καί τοι βαπτιζομένων καὶ πεπιστευκότων ἡμῶν εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα· κατὰ τὴν αὐτὴν οἶμαι τρόπον τε καὶ λόγον, μία προσκύνησις ἡ πατρὸς, καὶ ἐνανθρωπήσαντος υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. ἐξωσθήσεται γὰρ οὐδαμοῦ τοῦ προσκυνεῖσθαι δεῖν πρός γε ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ὁ μονογενὴς, εἰ καὶ γέγονε σαρξ, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, κεχρημάτικέ τε πρωτότοκος ὡς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. ἐπεὶ τίς ἂν εἴη πάλιν ὁ τῆς ἐπ' αὐτῷ πίστεως λόγος; πῶς οὖν οὐκ ἄξιον ἰδεῖν; οὐδὲ

* εἰς Χριστὸν

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

γὰρ, οἶμαι, φαῖεν ἄν, εἴπερ γε ἔλοιντο φρονεῖν ὀρθῶς, ὡς εἰς μόνῳ πεπιστεύκαμεν τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς φῦντα λόγον, ἀπογυμνοῦντες αὐτῷ τῆς σαρκός. οὐδ' αὖ ἐκεῖνο παρήσομεν εἰπεῖν· λελέξεται γάρ. οὐ γὰρ εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, οὔτε μὴν εἰς ἄνθρωπον ἡ πίστις, ἀλλ' εἰς θεὸν πράττεται τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. συλλήψεται δὲ τῷ λόγῳ καὶ ὁ σοφὸς γράφων Παῦλος· οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ιησοῦν κύριον· ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ. ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης αὐτοῦ ἐν προσώπῳ Ιησοῦ Χριστοῦ. Ιδοὺ δὴ σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐν προσώπῳ διέλαμψε τοῦ Χριστοῦ. τοιγάρ τοι καὶ ἔφασκεν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμέν.

λγ'.

Χαρακτὴρ δὲ ὁ θεῖος οὐ σωματικὸς, ἀλλ' ἐν δυνάμει, καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεστάτῃ· τοῦτο δὲ ἦν ἀκραιφνὲς ἐν Χριστῷ. γνωρίζεσθαι δὲ καὶ διὰ τούτων ἠξίου, καὶ διὰ τῆς τῶν δρωμένων ὑπεροχῆς εἰς ἐννοίας ἀναφοιτᾷν τὰς ἐπ' αὐτῷ τοὺς ἀκροωμένους ἤθελε, κατασμικρυνούσης αὐτῷ ἠρέμα παρά γε τοῖς ἀσυνέτοις τῆς ὁρωμένης σαρκός. εἰ γὰρ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, φησὶ, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε. φάναι δὲ οἶμαι ταυτὶ τὸ τηνικάδε Χριστὸν, οὐκ ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν εἰδότα τὸ χρῆμα. ἐπεὶ γὰρ ᾤοντο θεὸν μὲν οὐκ

situ non dignum? Neque enim (si modo recte sapere voluerint) dicturi sunt, opinor, quod in Dei Patris Verbum solum carne exutũ credamus: neq; illud rursum præteribimus, nempe quod non in vnum aliquem nostri similem, aut in hominem fide tendamus, sed quod sub persona Christi in verum & naturalem Deum. Cui & sapiens quoque Paulus patrocinatur. scribit enim: *Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum; nos autem seruos vestros per Iesum. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu.* Ecce aperte, euidenterque illuminatio scientiæ Dei Patris in persona Christi effulsit. Vnde & ipse: *Qui videt me*, inquit, *videt & Patrem. Ego & Pater vnum sumus.*

2. Cor. c. 4. v. 5.

Ioan. c. 4. v. 9.

Ioan. c. 10. v. 30.

XXXIII.

Ceterũ diuinus character non est corporeus, sed in summa virtute & gloria quæ Deo conuenit, positus. Erat is porro in Christo apprime exactus & lucidus. Voluit autem non per hæc tantum dicta innotescere, sed per operũ quoque excellentiam volebat auditores ad notitiam ipsius conscendere; siquidem corpus quod cernebatur, auctoritatem illius apud imprudentes magis magisque subinde minuebat. Ait ergo: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere: si autem facio, etsi mihi non creditis, operibus credite.* Ea autem Christum dixisse existimo, quæ tunc vtilitatem allatura nouesset, eum qui nostri causa homo

Ioan. c. 10. v. 37.

rat. Nam cum vulgo persuasum

factus est, natura Deum non esse, sed hominem simpliciter nobis per omnia similem, & ob id quidam fidem in illum non admittendam affirmarent: omni metus cunctationis q; causa præcisa, paternaq; persona sumpta, non humanæ abiectioni, sed diuinæ naturæ fidem attribuit; ait enim: *Ioan. c. 12. v. 44.* *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: & qui videt me, videt eum qui misit me.* Perinde ac si dicat: O viri qui me auditis, ne parua & humilia de me opinemini: quin id potius de me persuasum vobis habetote, nempe si in me quem in hoc corpore cernitis, credideritis, nō in vnum aliquem ex multis credituros vos esse, sed in ipsum Patrem per me Filium: qui licet vestri causa caro factus sim, & vilem istam hominis formam induerim; Patri tamen omnino æqualis, nullaque in re ab eo diuulsus, aut separatus sum, vtpote eadem qua ille natura, potentia ac gloria præditus.

ANNO CHRISTI 431.

εἰ κ τ φύσιν ⓦ δι' ἡμᾶς σὺλωθρωπικότα, ψιλὸν ὂ αὖθρωπον ἁπλῶς καθ' ἡμᾶς, ἀπαράδεκτον δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν ἐποιοῦντο τινες· δικαίως τὸ δεῖμα, κ ⓦ ὀπὴ τούτοις ὄκνον ὑποτεμνόμενος, τῇ τ θεότητος φύσει τὴν πίστιν ἀναζευγεῖς ὡς ἐν προσώπῳ παζῶς, κ οὐχὶ τῇ καθ' ἡμᾶς σμικροπρεπείᾳ προσνέμων, ἔφασκεν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς ⓦ πέμψαντά με· κ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ ⓦ πέμψαντά με. ἆρ' οὖν ἐκ ἴσον εἰπεῖν; ὦ τ ἐμῶν κατήκοοι λόγων, μὴ μικρὰ καὶ χαμαιρρίφῃ τὰ εἰς ἐμὲ δοξάζετε· ἴστε δὲ, ὅτι τὴν εἰς αὐτὸν ἐμὲ ⓦ ὁρώμενον ἐν σαρκὶ προσιέμενοι πίστιν, ἐκ εἰς ἄθρωπον ἁπλῶς ἔστεσθε πεπιστευκότες, ἀλλ' εἰς αὐ ⓦ ⓦ πατέρα δι' ἐμοῦ, τὸν κ τ πᾶν ὁποιῶν ἴσως τε κ ἀπαραλλάκτως ἔχοντος μοῦ· σαρκωθέντος μοὶ δι' ὑμᾶς, καὶ προβλημα σμικροπρεπὲς οἰκειωσαμένου τ ἀνθρωπότητα· τό γε μὴν ἰσοφυές τε κ ἰσουργὸν, κ ἐν ταυτότητι δόξης ἀδιαλώβητον παντελῶς ἔχοντος πρὸς αὐτόν.

XXXIV.

Animaduertat quispiam alio item modo fidē in se nequaquam repulisse, etiam si homo factus esset; sed citra vllam omnino sectionem, aut distinctionem in propriam personam illam admisisse: quandoquidem cum ab ortu cæcum sanasset, & dulce hoc insuetumque ipsi lumen intuendum præbuisset, in magna merito admiratione apud omnes erat. Verum is, qui morbo liberatus fuerat, dum a Iudæis interrogaretur, medicū profitebatur. Nam cum *Ioan. c. 9. v. 36.* Christus forte in illum incidens percontaretur: *Credis in Filium*

λδ'.

Μάθοι δ' ἂν τις καὶ ἑτέρως αὐ ⓦ τὴν πίστιν οὐ διωθούμενον ⓦ, ἀλλὰ τομῆς μὲν ⓦ δίχα καὶ διαφορᾶς εἰσδεδεγμένον ⓦ αὐτὴν ὡς ἐν ἰδίῳ προσώπῳ, καὶ εἰ γέγονεν αὖθρωπος. ὁπηνίκα γὰρ ⓦ ἐκ γενετῆς ἴατο τυφλὸν, καὶ τὸ γλυκὺ μοὶ, ἄνθρες δ' οὗ ἐνεφύτευσε φῶς αὐτῷ, παρὰ πάντων εἰκότως ἐθαυμάζετο. ἀλλ' ὁ μὲν τῶν πάθους ἀπηλλαγμένος παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκείνετο, καὶ ὁμολόγει ⓦ ἰατρόν. Χριστὸς δὲ αὖπω προσιτυχὼν, σὺ πιστεύεις, ἔφασκεν, εἰς ⓦ υἱὸν τοῦ

ANNO CHRISTI 431.

θεοῦ; τοῦ δὲ, τίς ἐστι κύριε, διακεκραγότος, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; ἀντεφώνει, λέγων· καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. ὁ δὲ ἔφη· πιστεύω κύριε· καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ. καί τοι πῶς οὐχ ἅπασι συμφανὲς, ὡς ἄποπτος παντελῶς ἡ θεία τε καὶ ἀνωτάτω φύσις; θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, κατὰ τὸ γεγραμμένον. εἴπερ οὖν διϊστὰς ἑαυτοῦ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς αὐτὸ δὴ τοῦτο, καὶ πεφηνὼς ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος γυμνὸς, καὶ μόνος ἠξίου πιστεύεσθαι· τί μὴ μᾶλλον τὴν τοῦ θεοῦ φύσιν ἀναλογίζεσθαι δεῖν, ἥ τίς ποτέ ἐστι, τοῦ εὖ παθόντα διεκελεύετο, παρέδειξε δὲ σωματικῶς, ὡς καὶ αὐτοῖς ὄμμασι καταθεάσασθαι *παρόν; ἔφη γὰρ, ὅτι καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν. ἢ οὐχὶ τὴν σάρκα παραδεῖξαι φήσομεν; εἶτα πῶς αὐτὸς ἂν εἴη λοιπὸν ἡ σάρξ, εἰ μὴ νοοῖτο καθ' ἕνωσιν, ὡς αὐτὸς ὑπάρχων τὸ ἴδιον αὐτοῦ; καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ' ἡμῶν γένοιτ' ἄν. καταδείξειε γὰρ ἄν τις οὐ μεμερισμένως, οὐδὲ ἀτελῶς τοῦ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον, τοῦ ἐκ ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, καὶ ἀπὸ μόνης αὐτοῦ τῆς σαρκός.

* παρόντα

λέ.

Γέγραφε δέ που καὶ ὁ σοφὸς ἡμῖν Ιωάννης, ὅτι· πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ιησοῦς ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. κατατεθήποι δ' ἄν τις οὐ μεῖον καὶ τοῦ θεσπέσιον Πέτρον, Ιουδαίοις προσπεφωνηκότα σαφῶς καὶ ἀναφανδὸν ἀρ-

Dei? ille vero contra ſucclamaſſet: *Quis eſt Domine, vt credam in eum?* reſponſum tulit eiuſmodi: *Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ille eſt. At ille dixit: Credo Domine: & adorauit eum.* At enim quis neſcit diuinam illam ſupremamque naturam ſub aſpectũ plane non cadere? Deum enim (vt ſcriptum eſt) nemo vidit vnquam. Si igitur humanitatem a ſe ſeiungens, quaſi in Dei Verbum ſolum ac nudum fidem exegit; cur cæco ſanitatem adepto non imperauit, ne in ſe, ſed in diuinam naturam mentis oculos coniiceret, ſed ſeipſum corporeo ſchemate indutum, ipſiſque oculis expoſitum oſtendit? ait enim: *Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.* Ecce, dubium eſſe poteſt, quin corpus ſuum coram cernendum exhibuerit? At quo tandem pacto ipſe eſt caro, niſi id ipſum eſſe intelligatur, quod ſecundum vnionem illius factum eſt proprium? Simile quid in nobis quoque obſeruare licet. Nemo enim hominem ex anima & corpore conſtantem diuiſim ac ex parte oſtenſum vult, etiam ſi ſolam carnem deſignet; ſed totum.

1. *Ioan. c. 4. v. 12. & Ioan. c. 1. v. 18.*

Ioan. c. 9. v. 37.

XXXV.

Scribit hac de re euangeliſta Ioannes quoque: *Multa*, ait, *& alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Æque admirari hoc loco & diuinum quoque Petrum licet: hic enim intrepide diſerteque Iudæos eiuſmodi oratione affatur: *Principes populi,*

Ioan. c. 20. v. 30.

Actor. c. 4. v. 9.

& seniores, si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est: Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quod in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit ex mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Et post alia rursum: *Et non est in aliquo alio salus. Neque enim aliud nomen sub cælo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Ecquis, obsecro, est ille qui & mortem subiit, & cum triumpho a mortuis excitatus, & Nazarenus appellatus fuit, nisi Christus Iesus; hoc est, vnus ille, qui inexplicabili modo ante omne æuum ex Deo Patre genitus, vltimo hoc & ad finem iam decurrente sæculi tempore corporaliter quoque ex muliere natus est? Vnde qui fidem in ipsum complexus fuerit, eximiam inde mercedem gloriamque reportabit: vocabitur namque filius Dei. Est enim apud sanctum Ioannem: *Quotquot enim receperunt illum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Nam quo ipse primatum in omnes obtineret, vt scriptum est, *ex muliere nasci voluit.*

Ibid. v. 12.

Ioan. c. 1. v. 12.

Coloss. c. 1. v. 18.

XXXVI.

Quia vero creaturæ per sanctificationem apud Deum reformatæ initium extitit, ipse præ ceteris omnibus ex Spiritu genitus declaratur, vtpote absque viri mulierisque congressu in lucem fusus. Neque idcirco tamen aliquam ignominiæ notam naturæ inurere voluit; (sunt enim nuptiæ

Hebr. c. 13. v. 4.

Matt. c. 19. v. 4.

χοντες τοῦ λαοῦ, καὶ πρεσβύτεροι, εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπ' εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται· γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ Ισραὴλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιής. καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία. οὐδὲ γὰρ ἕτερον ὄνομά ἐστιν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ καὶ θάνατον ὑποδὺς, καὶ ἐγηγερμένος ἐν δόξῃ, καὶ ἐκ Ναζαρὲτ, εἰ μὴ Χριστὸς Ιησοῦς, τουτέστιν ὁ πρὸ παντὸς μὲν αἰῶνος ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος, ἐν δέ γε τῷ λοίσθῳ καὶ εἰς πέρας ἥκοντι τοῦ αἰῶνος καιρῷ, καὶ σωματικῶς ἐκ γυναικός; ὁ πίστιν οὖν ἄρα τὴν * πρὸς αὐτὸν προσιέμενος, γέρας ἀποίσεται τὸ ἐξαίρετον, διακεκλήσεται γὰρ υἱὸς θεοῦ. ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. Ινα γὰρ γένηται προστεύων ἐν πᾶσιν αὐτὸς, καθὰ γέγραπται, γεγένηται μὲν ἐκ γυναικός.

ΛϛΊ.

Επειδὴ δέ ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς ἀναμορφουμένης κτίσεως δι' ἁγιασμοῦ πρὸς θεὸν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων αὐτὸς γεννητὸς ἐδείχθη ἐκ πνεύματος, τὴν ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς οὐ περιμένων σύνοδον, καὶ οὐκ ἀτιμίᾳ καὶ μώμῳ καταδικάζων τὴν φύσιν· τίμιος γὰρ ὁ γά-

ANNO CHRISTI 431.

* εἰς αὐτὸν

ANNO CHRISTI 431.

ὁ γάμος, καὶ ὁ πλάσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· ἀλλὰ τῷ* μείζονι καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερκειμένῳ προσνέμων ἤδη πως τὰ ἀνθρώπινα· γεννητοὺς γὰρ πνεύματος, οὐκ ἀνδρῶν ἡμᾶς ἔτι χρηματίζειν ἤθελε. καὶ γοῦν πατέρα, φησὶ, μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοὶ ἐστέ. οὐκοῦν ἀμώμητον παντελῶς τὸ πιστεύειν εἰς αὐτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ τῇ τῶν πλημμελημάτων ἀμνηστίᾳ τετίμηται. γράφει δὲ ὧδε πάλιν ὁ ἔκκριτος Παῦλος· εἰδότες δὲ, ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐν αὐτῷ. κατοκνήσω δὲ οὐδαμῶς, ὅπερ ἤδη φθάσας ἔφην, ἀνακυκλήσας εἰπεῖν, ὅτι ὁ Χριστὸς Ιησοῦς οὐ γυμνὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν νοεῖται ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, ἀλλ' ὅτε προσέλαβε τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἀσυγχύτως ἐνεπλάκη σαρκί. οὕτως ἔχοντα καὶ ὁρώμενον, καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς τυγχάνοντα, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις παρέδειξεν ὁ πατὴρ, φωνῆς ἄνωθεν ἐκπεμπομένης τοιᾶσδε· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. σύνες οὖν, ὅπως οὐκ ἐν τούτῳ, φησὶν, ἐστὶν ὁ υἱός μου, ἵνα μὴ ἀνὰ μέρος, ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ τυχὸν, ἀλλ' εἷς νοοῖτο* ὁ αὐτὸς καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν. πλημμελὲς δὲ ὅτι τὸ αὐτιτείνειν ἐστὶ, καὶ τῶν ὅτι μάλιστα σφαλερωτάτων, ἀναπείθει γράφων Ιωάννης ὡδί· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, *ὅτι μεμαρτύρηκε περὶ

* κρείττονι

* καὶ αὐτὸς

* ὑῶ

honorabiles, & qui initio formauit omnia, masculum & feminam fecit eos) sed naturam humanam præstantiori multisque partibus excellentiori dignitate cohonestandam putauit: non enim viri, sed Spiritus germen esse deinceps nos voluit. & huc spectat: *Patrem nolite vobis vocare super terram. Vnus enim est Pater vester cælestis: omnes autem vos fratres estis.* Quamobrem in illum credere omni prorsus reprehensione vacat; imo istuc peccatorum obliuione, hoc est condonatione honoratum est. Scribit enim eximius ille apostolus Paulus ad hunc modum: *Scientes autem quia non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur in ipso.* Ceterum quod supra indicaui, id repetere non grauabor, puta Dei Patris Verbum nude per se positum non intelligi Christum; sed tunc demum id nomen obtinuisse, cum humana natura assumpta citra vllam omnino confusionem adiunctum est carni. Ita affectum, & aspectabile effectum, nostraque forma vestitum cælestis Pater, voce cælitus delapsa, sanctis ostendit apostolis: *Hic*, inquit, *est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite.* Aduerte autem quomodo hic non dicat: In hoc est Filius meus; ne seorsum vt alter in altero intelligatur, sed secundum dispensatoriam vnionem vnus idemque simpliciter accipiatur. Quanto autem cum discrimine erroreque coniunctum sit, hisce obniti, id dilucide demonstrat Ioannes, ita scribens: *Quoniam hoc est testimonium Dei, quod est testificatus de*

Matt. c. 23. v. 9.

Galat. c. 2. v. 16.

Matt. c. 17. v. 5.

1. Ioan. c. 5. v. 9.

Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem fecit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. Testificatus est autem eum, qui carne seruilique forma indutus apparuit, vnice, proprie, ac vere suum esse Filium. Præterea illustrem illam sacri baptismatis gratiam, quæque ipsi cohæret viuificationem, & Dei participationem per sanctificationem in spiritu per Iesum Christum nobis obtingere, fatebimur necessario. Meminimus enim Ioannem dicentem; *Qui post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.* Iam hic te interrogo; num Spiritu sancto & igni baptizare posse opus sit solius humanæ naturæ? Quis, quæso, istuc credat? Atqui virum illum qui mox affuturus ac videndus erat, Spiritu sancto & igne baptizaturũ prædicat: quippe cum immittat Spiritum baptizatis, non alienum, vt seruus & minister, sed vt Deus secundum naturam cum summa potestate & auctoritate eum qui ex illo est & ipsius est proprius. Per hunc quoque diuinus character nobis imprimitur: reformamur enim in Christum Iesum, veluti in diuinam quamdam imaginem: non quod corpoream aliquam conformationem subeamus; (istud namq; opinari desipere esset) sed quod Spiritus sancti participes effecti, ipsum in nobis Christum habeamus; ita vt iam illud Propheticum lætabundis cantare liceat: *Exultet anima mea in Domino: induit enim me amictu salutis, stolaque lætitiæ. Quicumque enim*

Matth. c. 3. v. 11.

Psalm. 34. v. 9.

Galat. c. 3. v. 28.

τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν τοῦ θεοῦ ἐν ἑαυτῷ· ὁ μὴ πιστεύων τὸν υἱὸν, ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἐπίστευσεν εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ θεὸς περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. μεμαρτύρηκε δὲ, ὅτι οὗτος ὁ μετὰ σαρκὸς, καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, μοναδικῶς καὶ ἰδικῶς ἐμὸς ἀληθῶς υἱός. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος εὐκλεᾶ χάριν, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ ζωοποίησιν, καὶ τὴν θεοῦ μέθεξιν δι' ἁγιασμοῦ ἐν πνεύματι, διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ πεπρᾶχθαι δώσομεν ἀναγκαίως. μεμνήμεθα γὰρ Ιωάννου λέγοντος· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· ἐκεῖνος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. ἆρα εἰπέ μοι, τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος ἔργον εἶναι φαμεν τὸ ἐν πνεύματι ἁγίῳ βαπτίζειν δυνάσθαι καὶ πυρί; καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτό γε; καὶ μὴν ἄνδρα λέγων τῶν ὅσον οὐδέπω παρεσόμενόν τε καὶ ὀφθησόμενον, αὐτὸν ἔφη βαπτίζειν ἐν πυρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, οὐ τὸ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα πνεῦμα δουλοπρεπῶς καὶ ὑπουργικῶς, ἀλλ' ὡς θεὸν κατὰ φύσιν μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω τὸ ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἴδιον αὐτοῦ· δι' οὗ καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν ἐνσημαίνεται χαρακτήρ. ἀναμορφούμεθα γὰρ, ὡς εἰς εἰκόνα τὴν θείαν, εἰς Χριστὸν Ιησοῦν, οὐ σωματικὸν ὑπομένοντες τὴν ἀναπλασμόν· κομιδῇ γὰρ εὐήθες οἴεσθαι ταυτί· διὰ γὰρ τοῦ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος, αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς πλουτοῦντες Χριστόν· ὡς ἤδη χαίροντας ἐκεῖνο φωνεῖν· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶ-

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

να εὐφροσύνης. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.

λζ'.

Εἰ δὲ δή τις ἔροιτο προσιών· ἆρ' οὖν εἰς ἄνθρωπον βεβαπτίσμεθα; καὶ τοῦτο εἶναι φήσομεν ἀλήθειαν, καὶ πρὸς ἡμῶν ἀντακούσεται· εὐφήμει ἄνθρωπε. τί δρᾷς, ὦ οὗτος, κατακομίζων ἡμῶν εἰς γῆν τὴν ἐλπίδα; βεβαπτίσμεθα γὰρ οὐκ εἰς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς θεὸν ἐνηνθρωπηκότα, καὶ ἀνιέντα * ποινῆς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τοὺς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐκδεδεγμένους, μᾶλλον δὲ εἰσδεδεγμένους. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Πέτρος Ιουδαίοις προσλαλῶν ἔφη· μετανοήσατε οὖν, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ιησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὑμῶν· καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀπολύων γὰρ ἁμαρτίας τῷ αὐτῷ προσκείμενον, τῷ ἰδίῳ λοιπὸν καταχρίει πνεύματι· ὅπερ ἐνίησι μὲν αὐτὸς, ὡς ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, καὶ ἐξ ἰδίας ἡμῖν ἀναπηγάζει φύσεως. κοινὸν δὲ ὥσπερ τὸ χρῆμα τιθεὶς τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐνέπνει σωματικῶς. ἐνεφύσησε γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, εἰπών· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. καὶ οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι, κατὰ τὴν Ιωάννου φωνὴν, τὸ πνεῦμα, ἀλλ' αὐτὸς ἐνίησιν ἐξ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατήρ. καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὅλην ἀποστήσας τὴν ἔν γε τούτῳ διαφορὰν, ποτὲ μὲν * αὐτῷ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσνέμων ὁρᾶται, ποτὲ δ' αὖ τῷ υἱῷ. γράφει γὰρ ὧδε· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι· εἴπερ πνεῦμα θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ὑμῖν. εἴ τις δὲ πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος

* ποινῶν

* αὐτὸ

in Christo baptizati estis, Christum induistis.

XXXVII.

Quod si quis vlterius interroget: Num ergo in hominem baptizati sumus? Et hoc inficiabor minime. Sed heus tu, quisquis es, quid moliris? itane omnem spem in terram detrahis? Baptizati sane sumus non in hominem simpliciter, verum in Deum hominem factum, qui pœnas, veteresque noxas iis qui fidem in illum præstolabantur, vel potius complexi sunt, remittit. Vnde diuinus Petrus Iudæos ita alloquitur: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum; & accipietis donum Spiritus sancti.* Peccata namque iis qui illi adhærent, condonans, suo mox vngit eos spiritu, quem quidem vt Dei Patris Verbum, ipse immittit, & ex propria natura in nos quasi ex fonte quodam transfundit: quinetiam facultate hac propter vnionem & incarnationis œconomiam, cum homine communicata, corporaliter quoque vt homo inspirabat; insufflauit enim in sanctos apostolos, dicens: *Accipite Spiritum sanctum.* Sed neque ex mensura dat Spiritum, iuxta Ioannis vocem, sed ex se non secus ac Pater eumdem infundit. Vnde magnus ille Paulus totam hanc controuersiam e medio tollens, modo Spiritum Deo & Patri, modo rursum ipsi Filio tribuit. sic enim scribit: *Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est*

Actor. c. 2. v. 38.

Ioan. c. 20. v. 23.

Ioan. c. 3. v. 34.

eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit propter iustificationem. Patet ergo Spiritum Filii quoque proprium esse, nec solum quatenus Verbum est ex Patre prodiens, sed etiam si cogitetur secundum nos homo factus, diuinitatis proprietatibus, quæ in propriam illius naturam conueniunt, non destitutus. Nam licet vt homo perinde ac nos viuificari interdum dicatur; attamen propter inexplicabilem illam ex viuente Patre generationem, omnium vita existit. Videre est autem vbi Verbum diuinæ actionis gloriam propriæ carni largiatur: contra rursum vbi quæ carnis sunt, in se transferat, ac propter dispensationis vnionem propriæ quodammodo naturæ tribuat.

ἐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζῶν διὰ δικαιοσύνην. ἄραρεν οὖν, ὅτι καὶ ἴδιόν ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, καὶ οὔτι που μόνον ᾗ λόγος ἐστὶ πεφηνὼς ἐκ πατρὸς, ἀλλ' εἰ καὶ νοοῖτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονὼς, οὐ τῶν τῆς θεότητος ἰδιωμάτων ὡς ἐν ἰδίᾳ φύσει λειπόμενος. καὶ γοῦν αὐτὸς ὑπάρχων ἡ πάντων ζωὴ, διὰ τὴν ἐκ τοῦ ζῶντος πατρὸς ἄῤῥητον γέννησιν, ζωοποιεῖσθαι λέγεται μεθ' ἡμῶν. πρὰ δ' οὖν ὅμως ἰδεῖν χαριζόμενον μὲν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῆς θεοπρεποῦς ἐνεργείας τὴν δόξαν, οἰκειούμενον δ' αὖ * τὴν σάρκα, καὶ οἱονεί πως καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν, καὶ τῇ ἰδίᾳ περιτιθέντα φύσει.

ANNO CHRISTI 431.

* τὰ σαρκὸς

XXXVIII.

An non in Verbum, quod secundum naturam a Deo Patre procedit, maxime conuenit superne ac de cælo venire, eaque quibus vitam impartiri voluerit, posse viuificare? dic, quæso te, numquid diuino modo condere ac procreare, humanæ naturæ largiendũ est? minime gentium. Ecquo ergo modo nos viuificat? vt Deus: verumtamen non per hoc solum id facit, quod sanctũ nobis Spiritum impartitur, sed per hoc quoque, quod Filii hominis carnem, quam assumpsit, vescendam proponit. Ait enim: *Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Rursum cum Iudæi ipsum aliquando deriderent, conuiciisque appeterent, ac beatum Moysen illi nescio quo modo anteponentes, aperte dicerent: *Patres*

Ioan. c. 6. v. 54.

λή.

Η οὐχὶ δὴ μάλιστα πρέπειν ἐρεῖ τις τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ τὸ ἄνωθεν ἥκειν καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ζωογονεῖν δύνασθαι τὰ οἷς ἂν ἐνιέναι βούλοιτο τὴν ζωήν; τί δὲ τὸ δημιουργεῖν, εἰπέ μοι, θεϊκῶς δοίη τις ἂν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων; οὐδαμῶς. πῶς τοίνυν; ἡμᾶς ζωοποιεῖ μὲν ὡς θεός· πλὴν οὐ μόνῳ τῷ μεταλαχεῖν ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' ἐδεστὴν παραθεὶς καὶ τὴν ἀναληφθεῖσαν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ἔφη γὰρ, ὅτι· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. κατακερτομούντων δὲ αὐτῶν τῶν Ιουδαίων ποτὲ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀμείνοσι ψῆφον ἀνάπτειν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπικεχειρηκότων τῷ μακαρίῳ Μωσεῖ, εἰρηκότων δὲ ἀναφανδόν· ⓐ

ANNO CHRISTI 431.

πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς ἐστι γεγραμμένον· ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. Τί ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα πιστεύωμέν σοι; τί ἐργάζῃ, ὡς ἄνωθεν ἡμῖν ἢ ἐξ οὐρανοῦ καταπομπεύσας τὸ σῶμα; φησίν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ Μωϋσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν Ⓦ ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Ⓦ ἀληθινόν. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ πρὸς γε τούτοις πάλιν μονονουχὶ καὶ δακτύλῳ καταδήκνυς ἑαυτὸν * σὺν σώματον· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς Ⓦ αἰῶνα. Ⓒ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ, κἀγὼ ζῶ διὰ Ⓦ πατέρα. Ⓒ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος Ⓒ ζήσεται δι' ἐμέ. καὶ τοι πῶς ἐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς καταπεφοίτηκε μοὶ ἐκ ἐξ οὐρανῶν ἡ σάρξ, ἀλλ' ἣν ἐκ Παρθένου, καὶ τὰς γραφάς; ὅπερ ἔστι δὲ ἐκ ἐλεγὸς ὁ λόγος, ἀλλ' εἰς ἓν ἄμφω συλλέγων καὶ σύμβασιν οἰκονομικὴν τὰ τῆς Φύσεων ἰδιώματα, διὰ μυρίων ὅσων ἡμῖν ὀρᾶται λόγων. Νικοδήμῳ μὲν γὰρ ἐ σωτὴρ τὸ μυστήριον, διὰ κεκραγότι δὲ ἀμαθῶς· πῶς δύναται ταῦτα γένεσθαι; εἰ τὰ ἐπίγεια, φησίν, εἶπον ὑμῖν, καὶ ἐ πιστεύετε· πῶς ἐὰν εἴπω τὰ ἐπουράνια ὑμῖν, πιστεύσητε; καὶ ἐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Ἰουδαίοις τε πάλιν πάλιν ἴσως ἐκείνῳ νοσοῦσιν ἀπαιδευσίαν,

* ἐν σώματι

nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis manducare: quod ergo tu signum facis, vt credamus tibi? Quid operaris, vt corpus superne de cælo nobis attulisse credaris? Respondit ille: *Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum: panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.* Denique tantum non digito seipsum in corpore constitutũ demonstrans, ita ait: *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut me misit viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Atqui nulli obscurum est, carnẽ Filii hominis non descendisse de cælis, sed e sacra Virgine secundum scripturas sumptam esse: æque certum est, Verbum secundum se manducari non posse; attamen secundum dispensatoriam illam vnionem, multis passim locis videre licet, vt vtriusque naturæ proprietates familiariter sibi vendicet vsurpetque. Quare Nicodemo mysterium hoc non intelligenti, sed imperite, *Quomodo possunt hæc fieri?* sciscitanti, ita occurrit: *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si cælestia vobis dixero, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis.* Iudæis autem eodem plane insciticæ morbo cum

Ibid. v. 31.

Ibid. v. 32.

Ibid. v. 51.

Ioan. c. 3. v. 12.

Nicodemo laborantibus, ipsique quod corpus suum viuificum, necnon de cælo dilapsum affirmaret, nescio quomodo illudere non dubitantibus, sic aiebat: *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi prius erat?* Quid? nonne Emmanuelem ex muliere natum dicimus? Vbi ergo prius erat, aut qua ratione eo ascendisse se asserit, vbi ante erat? Nonne corpore sibi vnito ex sancta Virgine natum profitemur? An non carnem quæ de terra est, quod quidem ad propriam naturam attinet, inefficacem ad hoc esse agnoscimus, vt viuificare possit? Quo igitur modo dic, quæso, aut caro viuifica est, aut corpus quod terrenũ est, e cælo dilapsum intelligi potest? vtique secundum vnionem, qua viuo illi cælestique Verbo coniunctum est. Hunc ergo in modum sentientes, vera, diuinisque literis consentanea sentiemus. Vnus enim idemque diuinus est opifex etiam carne vestitus.

Ioan. c. 6. v. 63.

XXXIX.

Astipulatur huic quoque doctrinæ diuinus ille, cælestisq; sapientiæ magister apostolus Paulus. Scribit autem in hæc verba: *Gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso*

Coloss. c. 1. v. 12.

καὶ διαγελᾷν οὐκ οἶδ' ὅπως ἑλομένοις αὐτὸν, ἐπείπερ ἔφη ζωοποιὸν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἴδιον σῶμα· τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει, φησίν; ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον; ἢ οὐχὶ τετέχθαι φαμὲν ἐκ γυναικὸς τὸν Ἐμμανουήλ; ποῦ οὖν τὸ πρότερον ἦν, ἢ πῶς ἀναβέβηκεν ἔνθα φησιν εἶναι αὐτόν; καί τοι τεχθέντος διὰ τῆς ἁγίας παρθένου τοῦ ἑνωθέντος αὐτῷ σώματος. οὐχὶ δὲ καὶ ἀπρακτεῖν * ὁμολογήσαιμ' ἂν τὴν ἀπὸ γῆς σαρκα πρὸς τὸ δύνασθαι ζωοποιεῖν, ὅσον ἧκεν εἰς ἰδίαν φύσιν; πῶς οὖν εἰπέ μοι ζωοποιὸς ἡ σαρξ; ἢ πῶς ἂν νοοῖτο καὶ ἐξ οὐρανοῦ τὸ ἀπὸ γῆς; καθ' ἕνωσιν δηλονότι, τὴν πρός γε φημὶ τὸν ζῶντά τε καὶ οὐρανόθεν λόγον· φρονήσομεν γὰρ ὡδὶ τὰ λίαν ὀρθὰ, καὶ τοῖς ἱεροῖς συμβαίνοντα λόγοις. εἴη γὰρ οὐχ ἕτερος καὶ δημιουργὸς θεϊκῶς, καὶ ὅτε μὴ δίχα νοοῖτο σαρκός.

ANNO CHRISTI 431.

* ὁμολογήσαιμεν

λθ'.

Συλλήπτορα δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι πάλιν ὡδὶ γεγραφότα τὸν οὐρανόφρονα καὶ θεσπέσιον Παῦλον· εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν

ANNO CHRISTI 431.

ἐκλεξαι· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἰδοὺ δὴ πάλιν αὖ φανερὸν δι' αὐτοῦ φησι, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκλεξαι τὰ πάντα· καὶ μέν ὅτι πρὸ πάντων ἐστὶ, καὶ ὅτι τὰ πάντα συνέστηκεν ἐν αὐτῷ· καὶ αὖτὸν εἶναί φησι πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, εἰρηνοποιήσαντα διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, τά τε ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. εἶτα τίς ὁ ἐκ νεκρῶν πρωτότοκος, εἰ μὴ Χριστὸς Ἰησοῦς, γενόμενον ἐν σαρκὶ καὶ μὴ σαρκὸς ὁ λόγος; τεθνάναι γὰρ αὖ οὐδαμῶς τό γε εἰς ἰδίαν φύσιν ἦκον, θεὸς ὢν ὁ λόγος· οὐδ' ἂν νοοῖτο τῶν ὅλων δημιουργὸς, καθ' ἡμᾶς ὢν ἀθάνατος, εἰ μὴ δεδημιούργηκε μέν ὡς θεὸς, κἂν εἰ μὴ δίχα σαρκὸς νοοῖτο μὴ τὴν ἕνωσιν. πρωτότοκος γοῦν καὶ ἐκ νεκρῶν, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, ἐκ δυσβαλῶν τὸ εἶναι θεὸς διὰ τὴν ἀναθέωσιν.

μ'.

Ἰδοις δ' ἂν καὶ ἑτέρωθι διὰ τῆς αὐτῶν ἰόντας λόγων θείου πνεύματος φόρους. Ἰωάννης μέν γὰρ, ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Παῦλος δὲ αὖ· εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς,

creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis; vt sit in omnibus ipse primatũ tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. En hic iterum diserte exponitur, per ipsum, & in ipso omnia esse condita; rursum ante omnia existere, vniuersaque in ipso constare, tum ipsum quoque primogenitum ex mortuis prædicat, qui per sanguinem crucis suæ omnia pacificarit, tam quæ in cælis quã quæ in terris. At quis, quæso, ex mortuis primogenitus est, nisi Christus Iesus, hoc est, in carne & cum carne Verbum? Nam cum Verbum Deus sit, quod quidem ad propriam naturam attinet, intermori nullo modo potest: neq; si homo tantum nostri similis sit, vniuersorum conditor dici potest. condidit autem vt Deus, etsi post vnionem citra carnem non intelligatur. Primogenitus autem ex mortuis vocatur, prout homo apparuit, diuina natura post assumptam humanitatem non abiecta.

XL.

Videas & alios quoque diuino spiritu afflatos similibus sententiis nonnunquam vti. Apud Ioannem hæc legimus: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est neque vnum.* Apud beatum Paulum rursus verba illa: *Vnus est Deus Pater, ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus Christus,* Ioan. c. 1. v. 1. 1. Cor. c. 8. v. 6.

per quem omnia. Porro autem si posteaquam Verbum vnitum est carni, medium aliquod diuellens, ac in diuersa, puta in filiorũ dualitatem, vt quibusdam placet, distrahens, intercedit; quomodo omnia per Iesum Christum condita esse vere asseritur? atqui omnia per ipsum sunt condita. Perspicuum est ergo, omnia, quæ Verbo ex Patre nato proprie & naturaliter insunt, ea ipsa integra ei permansisse, etiam tum cum factum est homo. Periculosum proinde est sectionem aliquam inducere: vnus enim est Dominus Iesus Christus, per quem Pater condidit omnia. vnde conditor est, vt Deus; viuificator vero vt vita; ex proprietatibus humanis & superhumanis in vnum quoddam medium coeuntibus constitutus.

1. Tim. c. 2. v. 5. Siquidem secundum scripturas, Dei & hominum mediator est; qui quidẽ natura est Deus, etiam si carne sit indutus: verus autem homo, non tamen purus vt nos: nam etsi Verbum factum est caro, mansit tamen quod erat. Scriptum est enim: *Iesus Christus heri & hodie, idem & in sæcula.*

Hebr. vlt. v. 8.

XLI.

An non Emmanuelem in nouissimis sæculi temporibus ex sacra Deipara Virgine ortum dicimus & credimus? sane; nec id in quæstionem cadit. Ceterum cum, heri & hodie, præteritum & præsens tempus significent; quomodo, Christianissime imperator, idem omnino dici potest præterito tempore, si secundum carnem necdum erat genitus? Verbum citra vllam controuersiam in principio erat, atque vt ex æterno & immutabili Deo Patre procedit; ita ipsum quoque se-

δι' οὗ τὰ πάντα. ἀλλ' εἴπερ ἦν τι μεσολαβοῦν μετὰ τὸ ἡνῶσθαι σαρκὶ τὸν λόγον, καὶ εἰς ἑτερότητα καταδιαιροῦν τὴν ὡς * ἐν υἱῷ δυάδα φημὶ, κατὰ τό τισι δοκοῦν, πῶς ἐκτίσθη ἅπαντα διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ; ἀλλὰ μὴν ἐκτίσθη δι' αὐτοῦ τὰ πάντα. πρόδηλον οὖν, ὅτι τὰ φύσει τε καὶ ἰδίως ἐνυπάρχοντα τῷ ἐκ πατρὸς ὄντι λόγῳ, τετήρηται πάλιν αὐτῷ, καὶ ὅτε πέφηνεν ἄνθρωπος. ἐπισφαλὲς οὖν ἄρα τὸ διατέμνειν ἀποτολμᾷν. εἷς γὰρ κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα δεδημιούργηκεν ὁ πατήρ. τοιγαροῦν καὶ δημιουργὸς θεϊκῶς, καὶ ζωοποιὸς ὡς ζωὴ, ἀνθρωπίνοις τε αὖ καὶ τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον ἰδιώμασιν εἰς ἕν τι τὸ μεταξὺ συγκείμενος. μεσίτης γάρ ἐστι θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, κατὰ τὰς γραφὰς, φύσει μὲν ὑπάρχων θεὸς καὶ οὐ δίχα σαρκός· ἄνθρωπος δὲ ἀληθῶς, καὶ οὐ ψιλὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὢν ὅπερ ἦν καὶ εἰ γέγονε σάρξ. γέγραπται γὰρ, ὅτι Ιησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

ANNO CHRISTI 431.

* ἐν υἱῷ δυάδι

μά.

Η γὰρ οὐχὶ διὰ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου παρθένου τετέχθαι φαμὲν καὶ πιστεύομεν ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς τὸν Εμμανουήλ; εἶτα πῶς τοῦτο οὐκ ἀλήθεια; τὸ δὲ δὴ χθὲς καὶ σήμερον, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, καιρὸν ἡμῖν τὸν ἐνεστηκότα, καὶ τὸν ἤδη παρῳχηκότα * κατασημαίνειεν ἄν. πῶς οὖν ὁ αὐτὸς ἂν εἴη εἴς τε τὸν παρῳχηκότα, καί τοι γε γένεσιν οὔπω τὴν κατὰ σάρκα λαχών; οὐκοῦν ἦν ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ, καὶ ὡς ἐξ ἀϊδίου τε καὶ ἀτρέπτου πεφηνὼς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἔχει καὶ αὐτὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ ἀϊδίον

* κατασημαίνει.

ANNO CHRISTI 431.

αἰδίον τε καὶ ἄτρεπτον. ἢ οὐχὶ νεώτατον κομιδῇ, καὶ τοῖς τῆς σαρκώσεως χρόνοις σωδεδραμηκὸς ὄνομα τῷ λόγῳ τὸ Χριστὸς Ἰησοῦς; καὶ μὴν τοῦτο ἡμῖν ἤδη διὰ πλείστων ὅσων ἐδείχθη λόγων. σωίεις οὖν, ὅτι Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ οὐ μονοειδῶς τὸν λόγον, χθές τε καὶ σήμερον τὸν αὐτὸν εἶναί φησι καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. πῶς δ' ἂν *ἔχοι τὸ ἄτρεπτόν τε καὶ τὸ ἐν ταυτότητι διαμονὴν ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ τοι κίνησιν ὑπομένουσα, καὶ πρό γε τοῦ ἄλλων τὸ ὀκ ὂν ὄντων εἰς τὸ εἶναι καὶ ζῆν; διημάρτηκεν οὖν ἆρα τὰληθοῦς ἡμῖν τὸ γράμμα τὸ ἱερόν; καὶ τὸν χθὲς ὀκ ὄντα πρεσβεῦσαί φησι; φαίην δ' οὐχὶ τοῦτο ἐγώ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· χθὲς γὰρ καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦς Χριστός. τὸ δὲ τοῦ λόγου πρεσβύτατόν τε καὶ ἀκλινὲς ἥκιστα μὴν ἀρνήσομαι, καὶ εἰ γέγονε σάρξ· οἰήσομαι δὲ καθ' ἕνωσιν μὴ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὡς χθὲς ὄντα καὶ πρεσυπάρχοντα καταδηλοῦσθαι πάλιν αὐτόν. καὶ γοῦν κατεμυσάττετο μὴν *παραφρονῶν Ἰουδαῖος, καὶ καταλιθοῦν αὐτὸν ἐπεχείρει, τὴν πίστιν οὐ πρεσπέμπων. κατατεθήπει γάρ, ὅτι καὶ τοι καθ' ἡμᾶς ὁρώμενος ἀνθρωπος, τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρχαιότητος ἑαυτῷ τὸ πρεσβύτατον ἐπεμαρτύρει, λέγων ὡς θεός· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι. ὅτε καὶ πρὸς τοῦτο ἔφασκον ἐκεῖνοι· πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; ἔφη δὲ πάλιν καὶ Ἰωάννης· οὗτός ἐστι, περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. καί τοι πῶς ἄνδρα τε εἰδὼς καὶ

* ἔχοι

* ὁ παραφρων

cundum propriam naturam æternitatem & immutabilitatem possidet. Sed nonne, inquis, nomen hoc Iesus Christus admodum recens, hoc est ipso incarnationis articulo, Verbo accessit? Næ; hoc enim pluribus iam ante a nobis ostensum est. Aduertis ergo quod Christum Iesum, & non in vna forma Verbum, heri & hodie & in sæcula eumdem esse dicat. At quomodo humana natura, quæ mutationi obnoxia est, & præsertim illi, quod de non esse ad esse & viuere euecta est, immutabilitatem & in identitate stabilitatem obtinere potest? Aberrauitne ergo a veritatis scopo scriptura sacra, dum eum qui heri non erat, prius extitisse commemorat? Absit procul, vt tale quippiam equidem dicam (Christus enim Iesus idem est heri, & hodie, & in sæcula) aut vt Verbum, tametsi caro factum est, antiquissimum & immutabile esse prædicare dubitem: puto enim eumdem significari etiam post vnionem cum propria carne, vt heri existētem atq; præexistentem. Etenim cum insanus Iudæus Christum execraretur, repulsaque fide lapidibus eumdem obruere adoriretur, (nam cum hominem nostri similem cerneret, indignabatur, quod ætatem humana maiorem sibi arrogaret) tale vt Deus de se testimonium dixit: *Amen, amen dico vobis, priusquam Abraham fieret, ego sum.* Ad hæc contra illi: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Ioannes quoque ita ait: *Hic est, de quo dixi vobis: post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.* At quomodo cum Emmanuelem & virum agnoscat, & virum nomi-

Ioan. c. 8. v. 58.

Ioan. c. 1. v. 30.

net, illum priorẽ & ante se factum prædicat, cum tamen & tardius, & post ipsum natus esset? Sed gloria forte ac dignitate Ioanne maiorem prioremque extitisse dicet quispiam, vt obiici intelligo: verum oratione non admodum prolixa ostendi potest, eiusmodi expositionem & prauam & inscitię plenam esse. Nam si priorem esse, idem esse statuerimus quod in gloria potiorem esse; eadem omnino ratione posteriorem esse idem erit quod gloria inferiorẽ: atque ita Christum Ioanne inferiorẽ (o rem maxime absurdam!) concedere cõpellemur. ait enim: *Post me venit vir*. Sane si recte, quod in psalmis de eo scriptum legitur, expenderimus, rem longe aliter habere arbitrabimur: *Quis,* inquit, *in nubibus æquabitur Domino? similis erit Domino in filiis Dei?* Summa igitur antiquitas Verbo tamquam Deo secundum naturam, etiam si carni vnitum sit, propriæque naturæ bona cum corpore quod assumpsit, communicare consueuerit, attribuenda est.

Psalm. 88. v. 7.

XLII.

Quod istuc autem ita se habeat, recteque dictum sit, id ex aliis quoque testimoniis, si modo libuerit, facile didiceris. dicit namque alicubi Deus per quemdam sanctorum prophetarum de Christo ex semine Dauid secundum carnem orto: *Et tu Bethlehem domus Ephrata, non paruula es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel; & egressus eius ab initio a diebus æternitatis.* De filiis vero Israel sacratissimus Paulus ita scribit: *Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eamdem*

Mich. c. 5. v. 2.

1. Cor. 10. v. 2.

ὀνομάζων τὴν Ἐμμανουὴλ, ἔμπροσθέν τε αὐτοῦ, καὶ πρῶτον γενέσθαι φησὶ τοῦ ὀψιγενῆ τε καὶ μετ' αὐτόν; ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· ἔμπροσθεν αὐτὸν καὶ πρῶτον γενέσθαι φησὶ κατά γε τὴν δόξαν, ὥσπερ οὖν ἔπεισί μοι νοεῖν. καὶ μὴν ὅτι κίβδηλόν τε καὶ ἀμαθὲς τὸ τῇδε νοεῖν, οὐ μακρὸς ἡμῖν διδάξει λόγος. παραδεξάμενοι γὰρ τὸ ἔμπροσθεν εἰς τὸ ἄμεινον ἐν δόξῃ, κατὰ τὴν ἴσον που λόγον, καὶ τὸ ὀπίσω φήσομεν τὸ ὡς ἐν εὐκλείᾳ δεύτερον εὖ μάλα καταδηλοῦν. συμβήσεται τοίνυν ὡς ἐξ ἀνάγκης ἡμῖν τῆς Ἰωάννου δόξης ἡττᾶσθαι Χριστὸν, καὶ ὀπίσω δραμεῖν, ἀσυνέτως * ὁμολογεῖν. ἔφη γὰρ, ὅτι ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνήρ. ὦ τῆς ἀτοπίας. οἰησόμεθα γὰρ οὐχ ὧδε ἔχειν, ἐννενοηκότες ὀρθῶς τὸ ἐν ψαλμοῖς γεγραμμένον· ὅτι, τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; ἀναθετέον οὖν ἄρα καὶ μετὰ σαρκὸς αὐτῷ τὸ πρεσβύτατον, ὡς θεῷ κατὰ φύσιν ἑνωθέντι σαρκὶ, καὶ τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἀγαθὰ κοινοποιεῖν εἰωθότι τῷ ἰδίῳ σώματι.

ANNO CHRISTI 431.

* ὑπονοεῖν

μβ'.

Τοῦτο δ' ἂν μάθοις ὧδέ τε ἔχον, καὶ εἰρημένον ὀρθῶς, καὶ ἐξ ἑτέρων εὐθὺς, εἴπερ ἔλοιο, μαρτυριῶν. ἔφη μὲν γάρ που θεὸς περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα Χριστοῦ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Εὐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. περὶ δέ γε τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὁ ἱερώτατος Παῦλος· ὅτι πάντες εἰς τοῦ Μωϋσῆν ἐβαπτίσθησαν ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πάντες

ANNO CHRISTI 431.

βρῶμα τὸ πνευματικὸν τὸ αὐτὸ ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔπιον πόμα. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. ἄθρει δὴ οὖν ἐν Χριστῷ Ιησοῦ δεικνύμενον καθ' ἕνωσιν· οἰκονομικὴν τὸ ἰδικῶς τοῦ λόγου πρεσβύτατον. ἢ οὐκ ἐναργὴς ὁ λόγος; τὴν γάρ τοι Βηθλεεμίτην, ὡς ἄνθρωπον καὶ ἐκ γυναικὸς, ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος τὰς ἐξόδους ἔχειν εὖ μάλα φησίν. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος ὁ ἐνανθρωπήσας θεὸς λόγος· καὶ αὐτὸς ἦν ἡ πέτρα, δεδιψηκότα τὴν Ισραὴλ τοῖς παρ' ἐλπίδα καὶ ἀδοκήτως ἐκμεθύσκων νάμασι· καί τοι γεννηθεὶς κατά γε τὴν σάρκα καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, καὶ κεχρισμένος τὴν εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀποστολὴν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· κατωνόμασται γὰρ οὐχ ἑτέρου του χάριν ἢ διὰ τοῦτο Χριστός. Χριστὸς δὲ ἦν ἡ πέτρα κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὸν Παῦλον. ἐπαγωνιεῖται δ' αὖ καὶ συναθλήσει τῷ λόγῳ καὶ ὁ σοφὸς Ιωάννης, μονονουχὶ καὶ συναγείρων τὰς φύσεις, καὶ συνδέων εἰς ἕνωσιν τῶν ἑκατέρᾳ προσόντων ἰδιωμάτων τὴν δύναμιν. θέα γὰρ ὅ φησιν· ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥ τις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. Ιδοὺ τὸν ὄντα ἀπ' ἀρχῆς ὦφθαί τέ φησιν ἐναργῶς, ὑπομεῖναι δὲ καὶ ἁφήν. ἀνεκεκράγει γὰρ ὁ Θωμᾶς· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου· ἀναμετρήσας

escam spiritalem manducauerunt, & omnes eumdem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus. En summam illam antiquitatem, quæ in Verbum proprie conuenit, secundum œconomicam vnionem hic Christo Iesu assignatam esse. An obscurus est hic sermo? Euidenter enim exponit Bethlehemitam illum, qui ex muliere natus est homo, ab initio sæculi exitum habere: in principio enim & ante omnia sæcula erat quod incarnatum est Verbum, ipseque erat petra illa, quæ Israeliticum populum sitientem insperatis inexpectatisque aquæ fluentis inebriauit: etiamsi in nouissimis sæculi temporibus secundum carnem, humanamque naturam progenitus, & missione in hunc mundum a Deo Patre inunctus sit. neque enim aliunde hoc nomen Christi sortitus est, quam ab vna hac vnctione, & functione. atqui Christus secundum legem, & secundum beatum Paulum erat illa petra. Confirmat hanc rursum sententiam & sapiens Ioannes quoque; siquidem naturas in vnum quodammodo cogens, proprietatumque vim, quæ vtrique adiacent, in vnionem redigens, ita scribit: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ: & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Ecce diserte affirmat eum, qui fuit ab initio, & visum esse, & palpabilem factũ esse. etenim Thomas, posteaquam manus in latus,

1. Ioan. c. 1. v. 1.

& digitos in clauorum foramina intulisset, statim exclamauit: *Dominus meus, & Deus meus.* Quin eximius quoque euangelista Lucas sanctos apostolos Verbi spectatores, eiusdemque ministros extitisse ait: nam qui corporis expers erat, factus est spectabilis; & qui tangi nõ poterat, terrena carne non tamquam extraneo amictu, sed tamquã proprio templo sese induens, factus est palpabilis, & in ipsa, & cum ipsa etiam vti Deus & Dominus cognitus fuit. Meministis quoq; sacratissimum Paulum alicubi ita scripsisse: *Nemo nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue viuimus, Domino viuimus; siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur.*

Ioan. c. 20. v. 28.

Rom. c. 14. v. 7.

XLIII.

Vere itaque decebat, vt viuorum mortuorumque dominaretur, qui nullius alterius, sed huius solius causa, & mortuus esset, & reuixisset. At quẽ alium, quæso, mortem subiisse, iterumque in vitam rediisse putabimus, quam Filium? Nullum itaque alium; neque id vllus opinor inficias iuerit. Quid igitur dicemus? numquid Dei Patris Verbum morti corruptionique obnoxium esse, an potius omni morte, omnique corruptione, quandoquidem vita est, præstantius esse? Atqui, vt vita est, morte superius esse, quis non videt? Quomodo igitur secundum scripturas, inter mortuos liberum extitit? Sane licet Verbum per se emori nequaquam valeat, attamen carne illius intermoriente, ipsum quoque mor-

Psalm. 87. v. 6.

δακτύλῳ πλευράν τε τὴν τοῦ σώματος, καὶ τὰς διατρήσεις τῶν ἥλων. γεγενῆσθαι δέ φησι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν Λουκᾶς αὐτόπτας τε καὶ ὑπηρέτας τοῦ λόγου. γέγονε γὰρ ἐμφανὴς ὁ ἀσώματος, καὶ ἁπτὸς ὁ ἀναφής· οὐκ ὀθνείων ἔχων περίβλημα τὴν ἀπὸ γῆς σάρκα, ἀλλ' ἴδιον αὐτὴν ποιησάμενος ναὸν, καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ σὺν αὐτῇ γνωριζόμενος ὡς θεὸς καὶ κύριος. γεγραφότα δὲ οἶσθά που καὶ τὸν ἱερώτατον Παῦλον· οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει. ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ κυρίου ἐσμέν. εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.

ANNO CHRISTI 431.

μγ'.

Αραρεν οὖν ἀληθῶς, ὅτι κεκυρίευκεν ἀληθῶς νεκρῶν τε καὶ ζώντων ὁ μὴ ἑτέρου τοῦ χάριν, πλὴν ὅτι τοῦδέ τε καὶ μόνου, τεθνεὼς καὶ ἐγηγερμένος. τίνα δὴ οὖν ἄρα φαμὲν, ὡς ὑπέδυ μὲν θάνατον, ἀνεβίω δ' αὖ, ἢ τὸν υἱὸν δηλονότι; ἀλλ' ὅτι μὲν τὸν υἱὸν, ἀπαστιστοῦν, οἶμαι, συνεύσειεν ἄν. τί οὖν ἐροῦμεν; πότερα θνητός τέ ἐστι καὶ φθορᾷ κάτοχος ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἢ πέρα θανάτου καὶ φθορᾶς ἀμείνων ὡς ζωή; καί τοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι θανάτου κρείττων ὡς ζωή; εἶτα πῶς γέγονεν ἐν νεκροῖς καὶ ἐλεύθερος, κατὰ τὰς γραφάς; τεθναίη γὰρ οὔτι που καθ' ἑαυτὸν * ὁ λόγος. φαμὲν οὖν, ὅτι τεθνεώσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, αὐτὸς

* ἵσ. ὁ λόγος. φαμὲν οὖν, ὅτι

ANNO CHRISTI 431.

τοῦτο λέγεται παθεῖν. οὐκοῦν οὐ δίχα σαρκὸς, σὺν αὐτῇ δὲ μᾶλλον καὶ ἐν αὐτῇ τὴν τῆς κυριότητος ἀνεδέξατο δόξαν, ὁ νόμῳ σαρκὸς καὶ φύσει τῇ καθ' ἡμᾶς τεθνηκὼς, καὶ ἐγηγερμένος· ἀνθρώπινον μὲν τὸ τεθνάναι πάθος, ἐνέργημα δὲ θεϊκὸν τὸ ἀναβιῶναι δεικνὺς, ἵνα δι' ἀμφοῖν γνωρίζηται καθ' ἡμᾶς τε ἅμα, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς θεὸς, καὶ τῶν ὅλων γεγονὼς ὁρῷτο κύριος, ὁ καὶ πρὸ σαρκὸς βασιλεύων μετὰ τοῦ ἰδίου πατρός. οὕτως αὐτὸν ὁ Ναθαναὴλ ἐπιγινώσκων, ἔφασκε· Ραββὶ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ισραήλ. αὐτὸς δὲ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· ὑμεῖς καλεῖτέ με, φησὶν, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ. ἔργῳ δὲ αὐτὸ πιστούμενος, ἀνίησι μὲν ἁμαρτίας, ἐξουσίαν δὲ δέδωκε κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. ἐν ὀνόματι γὰρ Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου τεθεράπευται μὲν ὁ τὼ πόδε λελωβημένος, καὶ τῇ ὡραίᾳ προσιζάνων πύλῃ. ἀῤῥωστίαν δὲ τὴν οὕτω μακρὰν ἀπεσείσατο, καὶ κομιδῇ δισδιάφυκτον διέδρα νόσον Αἰνέας, πρὸς ὃν ὁ θεσπέσιος ἔφη Πέτρος· Αἰνέα, ἰᾶταί σε Ιησοῦς ὁ Χριστός.

tem perpessum recte perhibetur. Igitur qui secundum carnis legem, humanamq; naturam mortuus est, & resurrexit; idem ille non absque carne, imo vero cum carne, & in carne imperii gloriam obtinuit; planumque fecit, mortem quidem naturæ humanæ affectionem esse; a mortuis autem se denuo excitare, diuinæ virtutis opus. Quo factum est, vt per vtrumque cognoscatur, & nobis similis vt homo, & nobis rursum superior vt Deus, vniuersorumque Dominus, qui etiam ante assumptam carnem vita cum Patre suo regnabat. Atque talem illum esse intelligebat Nathanael, cum diceret: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.* Ipse autem ad suos discipulos ita dicebat: *Vos vocatis me, magister & Domine, & bene dicitis: sum etenim.* Et opere ipso verbis suis fidem faciens, peccata remisit, potestatemque contra immundos spiritus apostolis impertiuit; quo nimirum & illos eiiciant, & omnem præterea ægritudinē & languorem in populo curent. In nomine enim Iesu Christi Nazareni, claudus qui ad Speciosam portam sedebat, sanatus est. Pari modo Æneas, cum diutissime ægrotauisset, conualuit, & morbum pene immedicabilem euasit; cum magnus ille Petrus hac eum oratione compellaret: *Ænea, sanat te Dominus Iesus Christus.*

Ioan. c. 1. v. 49.

Ioan. c. 13. v. 13.

Actor. c. 3. v. 6.

Actor. c. 9. v. 34.

νδ'.

Πανταχόθεν οὖν ἄρα συνωθούμενοι πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τὸ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι δοκοῦν ἰχνηλατεῖν εὖ μάλα σπουδάζοντες, καὶ ταῖς τῶν πατέρων ἑπόμενοι δόξαις, τὸν ἐκ ῥίζης Ιεσσαὶ, τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, τὸν ἐκ γυναικὸς κατὰ σαρ-

XLIV.

Vndecumque igitur ad veritatem compulsi, & quæ sacris literis decreta sunt, studiose venari studentes, & patrum sententias æmulati, eum qui ex radice Iesse, qui ex semine Dauid, qui ex mu-

liere secundum carnem, qui nobiscum legi obnoxius, vt homo; supra nos autem, & supra legem, vt Deus; qui propter nos, nostræque naturæ similitudinem, nobiscum inter mortuos habitus est; qui supra nos deniq; per seipsum & viuificator & vita est, verum Dei Filium esse credimus; neque humanitatem diuinitate spoliantes, neque Verbum rursum post inexplicabilem illam & arcanam vnionem humanitate exuentes; sed vnum eumdemque Filium ex duabus rebus in vnum quoddam, quod ex vtroque non secundum naturæ euersionem, sed excellentissima illa vnione admirabiliter constitutum est, confitentes.

ΑΝΝΟ CHRISTI 431.

κα, ὧν μεθ' ἡμῶν ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, ὑπὲρ νόμον ὡς θεὸν, ὧν δι' ἡμᾶς τε, καὶ καθ' ἡμᾶς, μεθ' ἡμῶν ἐν νεκροῖς, ὧν ὑπὲρ ἡμᾶς δι' ἑαυτὸν ζωοποιὸν, καὶ ζωὴν, υἱὸν εἶναι τοῦ θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν πιστεύομεν· οὔτε ψιλοῦντες θεότητος τὸ ἀνθρώπινον, οὔτε μὴν ἀνθρωπότητος ἀπαμφιεννύντες ὧν λόγον μετὰ τὴν ἄφραστόν τε καὶ ἀπερινόητον ἕνωσιν· ἀλλ' ἕνα καὶ ὧν αὐτὸν ὁμολογοῦντες υἱὸν, ἐκ δυοῖν πραγμάτοιν εἰς ἕν τι ὧν ἐξ ἀμφοῖν ἀπορρήτως ἐκπεφηνότα, καθ' ἕνωσιν δηλονότι τὴν ἀνωτάτω, καὶ οὐ φύσεως παραστροπήν.

XLV.

Porro autem quantum emolumenti ii percepturi sunt, qui ita sentiunt, hoc diuinus ille Christi discipulus his verbis declarat: *Qui*, inquit, *confessus fuerit, quod Iesus est Filius Dei; in hoc Deus, & ipse vicissim in Deo manet*. Quod autem Iesus Christus, qui secundum carnem ex Dauid ortus est, sit verus & naturalis Dei Filius, quatenus Verbum caro factum habitauit in nobis, istuc idem ille Ioannes eiusmodi oratione explanat: *Scimus*, ait, *quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius Iesu Christo. hic est verus Deus, & vita æterna:* per ipsum & cum ipso Deo & Patri sit gloria, cum sancto & adorando & viuifico Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

1. Ioan. c. 4. v. 15.

1. Ioan. c. 5. v. 20.

μέ.

Οσον γὰρ τοῖς οὕτω δοξάζουσι περιέσται τὸ κέρδος, σαφηνιεῖ γράφων ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητής· ὃς ἂν ὁμολογήσῃ, ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ οὗτος ἐν τῷ θεῷ. ὅτι δὲ Ιησοῦς Χριστὸς ὁ ἐκ Δαυὶδ κατὰ σάρκα, κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ἐστιν υἱὸς τοῦ θεοῦ, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, κατασφραγιεῖ λέγων ὁ σοφὸς Ιωάννης· καὶ οἴδαμεν ὅτι υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν ὧν ἀληθινὸν θεόν. καὶ ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ιησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος· καὶ δι' αὐτοῦ τε καὶ σὺν αὐτῷ τῷ πατρὶ καὶ θεῷ ἡ δόξα, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ προσκυνητῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας προσφωνητικὸς ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις.

α'.

ΣΕΜΝΟΛΟΓΗΜΑ μὲν οἰκουμενικὸν, καύχημα δὲ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ πάντων σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ φαίη τις ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, ὑμᾶς δὴ τὰς ἱερὰς καὶ πανάγνους αὐτοῦ νύμφας, εὐσεβέσταται καὶ θεοφιλέσταται βασιλίδες, αἷς τὸ παμποίκιλον τῆς ἀρετῆς ἐναπαστράπτει κάλλος, τὸ τοῖς τῆς θεότητος ὀφθαλμοῖς ἡδύ τε καὶ γνωριμώτατον· μελέτῃ δὲ καὶ σπουδῇ μᾶλλον δὲ ἤδη κατώρθωται, καὶ δὴ ἐν πίστει διαπρέπει ὀρθῇ, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον σεσαλευμένῃ. γράφων δέ που φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος ὀνομασθεὶς ἀληθῶς, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ τοῖς ἔθνεσιν ἱερουργήσας μυστήριον· ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε. ὅπου γὰρ πίστις ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος τοῖς ἐξ ἔργων ἀγαθῶν καυχήμασιν εὖ μάλα συμφέρεται, καὶ ἰσόδρομον ἔχει τὴν συμβολὴν, ἐκεῖ που πάντως εἴη ἂν ἐν παντὶ καλῷ τελειότης, καὶ τὸ ἀρτίως ἔχον εἰς ἁγιασμόν. λόγος μὲν οὖν ἅπας ὁ ἐν ἡμῖν, τῆς ἐνούσης ὑμῖν εὐκλείας κατόπιν ἔρχεται, καὶ ὁμολογεῖ τὴν ἧτταν, ἐρυθριάσας οὐδέν· εἴη δ' ἂν καὶ συγγνώμης ἄξιος, εἰ δέδιεν ἐπαινεῖν, ὧν οὐκ ἂν ἐφίκοιτο τῆς ἀξίας. εἰ μὲν γὰρ ἔχει τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὸ ποθούμενον, διαβεβλήσεται μὲν, πολὺ νοσή-

CAPVT IV.

Cyrilli episcopi Alexandrini liber religiosissimis reginis nuncupatus.

I.

SANE vos sacras castissimasque Christi omniũ nostrum Saluatoris sponsas (religiosissimæ, ac Deo dilectissimæ imperatrices) orbis terrarum ornamentum, sanctissimarumque ecclesiarum decus optimo iure quispiam appellarit: in quibus nimirum omne virtutum genus, omnisque ornatus diuinæ maiestatis oculis gratus acceptusq; mirifice splendet. Neque his opibus contentæ, omnem quoque curam omneque studium adhibetis, quo fide recta, nullamque in partem vacillante excellatis; memores haud dubie illius, quod sapientissimus mysteriorũ Christi dispensator, gentiumque doctor Paulus scribit: *Itaque fratres mei dilecti*, ait, *stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper:* quandoquidem vbi fides recta & inculpata cum bonarũ actionum honestate coniungitur, æquabilique nisu & cursu cũ illis copulatur; ibi omnis boni perfectio sanctificationisque integritas comperitur. Quapropter nos gloriæ & celebritati vestræ parem orationis dignitatem afferre non posse, ingenue fatemur, nec erubescimus: vnde & venia quoque digni merito censebimur, si ea laudare veremur, quorum excellentiam nos assequi posse non putamus. Ac siquidem id, quod præstare desideramus, cum laude præstandi facultatem haberemus, iure profecto accusaremur, si de infir-

1. Cor. c. 15. v. 58.

mitate nostra anxie nimis cogitantes, cunctantius ageremus: neque ignauiæ crimen liceret effugere, vtpote qui silentio vtentes, iis quos ob virtutem meritis laudũ præconiis exornare debueramus, molestiam potius, tristitiamq; pareremus. Ceterũ quando iam antea de imbecillitate nostra in dicendo, timoreque conquesti confessique sumus, nosque oneri tanto impares declarauimus; vos magis silentii huius culpam sustinebitis, quæ illustres adeo adeoque conspicuę estis, vt vestræ virtutes ac recte facta omniũ oratorũ eloquentiam longe vincant. Nam & regium vestrum genus iam inde ab exordio longa temporum serie hucusq; est propagatũ, & vlterius, vt credimus, in posterũ adhuc propagabitur: nec non Christi regnum capessere & ea, quæ illi grata sunt, facere & sentire studetis; partim quidẽ præclaris actionibus, inculpataq; fide, vt paulo ante dicebamus, præstantes; partim vestras regiasque aulas virginitatis gloria condecorantes; partim denique sumptuosissima templa Christo excitantes. Nam & hoc quoque pietatis studium inter cetera ille sanctis vestris animis impertitus est.

II.

Igitur, vt ex sacris literis aliquid quoque depromam, *Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Imo vero iamdudum illa apud omnes ciuitatũ & regionum omnium homines diuulgata percrebuit; neque secus fere atq; tabella quædam depictam in se pietatis in Christum venustatem gerens, lateque resplendens, omniũ admirationem

Philipp. c. 4. v. 4.

σας τὸ ἀδρανὲς, καὶ τὴν εἰς τοῦτο μέλλησιν ἀπαλλαττέτω μηδεὶς τῶν εἰς ῥαθυμίαν αἰτιαμάτων. οὓς γὰρ ἦν εἰκὸς κατακαλλύνειν δύνασθαι ταῖς εἰς ἀρετὴν εὐφημίαις, ἀνθ' ὅτου λυπεῖ, σιωπᾷν ἠρημένος; εἰ δὲ ἀτονεῖ, καὶ δέδιε, καὶ ὁμολογεῖ τὴν ἧτταν, οὐκ αὐτῷ δὴ μᾶλλον τὰς αἰτίας ἀναθήσομεν, ἀλλ' ὑμῖν ταῖς οὕτω περιφανέσιν, αἳ ταῖς τῶν ἰδίων ἀνδραγαθημάτων ὑπεροχαῖς καὶ τοὺς ἅπαντας κοσμεῖν εἰωθότας λόγους οὐδὲν ὄντας ἀπεφήνατε. αἷμα μὲν γὰρ ὑμῖν ἄνωθεν καὶ ἐκ μακρῶν ἥκει χρόνων τὸ βασιλικόν· παρατείνει δὲ καὶ εἰς δεῦρο, καὶ ἔτι, καθὰ πεπιστεύκαμεν. ἀλλ' ἰδοὺ δὴ καὶ μάλα σαφῶς, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ βασιλείας ἐπιδραττόμεναι, τὰ αὐτῷ δοκοῦντα φρονεῖν τε καὶ δρᾷν σπουδάζετε· τοῦτο μὲν, ὡς ἔφην, ἔργοις τε καὶ ἀμωμήτῳ διαπρέπουσαι πίστει, καὶ τὰς ὑμῶν τε καὶ βασιλείους αὐλὰς τῇ τῆς παρθενίας καταλαμπρύνουσαι δόξῃ· τοῦτο δὲ πολυτελεστάτοις ἀνιστῶσαι ναοὺς τῷ Χριστῷ. κεχάρισται γὰρ παρ' αὐτοῦ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ψυχαῖς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο.

β'.

Οὐκοῦν· ἐρῶ γάρτι λαβὼν καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων· χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντοτε· πάλιν ἐρῶ, χαίρετε. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. ἐγνώσθη μὲν οὖν, καὶ διαβεβόηται, καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν χώραν τε καὶ πόλιν, καθάπερ τις εἰκὼν γραφὴν ἔχουσα τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας τὸ κάλλος, διέλαμψεν ἐναργῶς, καὶ τοῦ παντὸς ἠξιώθη θαύματος.

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ματος. ᾠήθην δὲ δεῖν καὶ ταῖς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἐχούσαις ἀρτίως χαρίσμά τι μεταδοῦναι πνευματικὸν, ὡς ἁγίαις Χριστοῦ νύμφαις, τοῦτο δὴ τὸ ἀρτίως ἐμοὶ πονηθὲν βιβλίον, οὐ μετρίαν παρέχειν δυνάμενον, ὥς γε οἶμαι, τοῖς ἐντευξομένοις τὴν ὄνησιν. τοὺς μὲν γὰρ οὐκ ὀρθὰ φρονεῖν δεδιδαγμένους, ἤγουν ἀναπεπεισμένους περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πρὸς ἐπανόρθωσιν ἀνακομιεῖ, καὶ μυσταγωγήσει καλῶς· τούς γε μὴν ὀρθῷ βεβηκότας νῷ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐμφιλοχωροῦντας δόγμασιν, ἀσφαλεστέρους ἀποφανεῖ τοῖς ἐξ ἀγαθῶν ἐννοιῶν πολυτρόποις εὑρήμασι, καὶ ταῖς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀποδείξεσιν. * μαθήσεται γὰρ ὅτι φύσει μὲν καὶ ἀληθείᾳ θεός ἐστιν ὁ Εμμανουὴλ, θεοτόκος δὲ δι' αὐτὸν καὶ ἡ τεκοῦσα παρθένος. οἱ γὰρ δὴ φάναι τε τοῦτο καὶ φρονεῖν δεδιότες, οὐ νενοήκασι, κατὰ τὸ εἰκὸς, τὸ βαθὺ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. χρῆναι δὲ ὑπολαμβάνω διὰ βραχέων εἰπεῖν τήν τε ἀποστολικὴν καὶ εὐαγγελικὴν παράδοσιν, * ἣν ἐπὶ Χριστῷ πεποίηται τῷ πάντων δεσπότῃ· καὶ ἁπάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὸν ἐπ' αὐτῷ σκοπὸν, καὶ ὅποι ποτὲ βλέπῃ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἡ δύναμις.

*μαθήσονται

*ἵν. ἡ ἐπὶ Χ.

γ'.

Πιστεύομεν τοίνυν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γεννηθέντα κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου. καὶ γὰρ

excitauit. Ratus ſum autem nonnullum operæ precium me facturum, ſi vobis vere ſanctis Chriſti ſponſis (quamquam ad quoduis opus bonũ abunde inſtructæ videamini) libellum hunc non ita pridem a me elaboratum, velut ſpiritale quoddam xenium nuncuparem: qui quidẽ non contemnendum, vt opinor, lectoribus allaturus eſt vtilitatis fructum. Siquidem eos, qui recte ſapere dedidicerunt, hoc eſt, quibus ita perſuaſum eſt de Chriſto omniũ ſaluatore, in viam reducet, & ad veram ſapientiam inſtituet: ceteros vero, qui rectũ animi ſenſum habẽt, & in veritatis doctrina perſiſtunt, variis argumentorum & ſententiarũ inuentis, diuinarumque ſcripturarum demonſtrationibus in fide corroborabit. Hinc etenim & Emmanuelem verum ac naturalẽ Deum, & Virginem rurſum, quæ eum peperit, veram propter ipſum Deiparam eſſe, planum fiet. Si qui autem ſunt, qui iſtuc ſentire & profiteri verentur, hi profundum illud pietatis myſterium, vt ſane videtur, nequaquam expendunt. Perneceſſariũ autem iudicaui ea paucis hoc loco repetere, quæ apoſtoli & euangeliſtæ de Chriſto omniũ Domino tradiderunt, tũ ea quoq; nõ præterire, quæ in ceteris ſanctæ ſcripturæ libris ea ipſa de re habentur; & omnino exponere, quo ſpectet vis dogmatum veritatis.

III.

Credimus igitur in vnũ Deum Patrem omnipotentẽ, viſibilium & inuiſibilium omnium conditorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium eius, ante omne ſæculum & tempus ex ipſo naturaliter genitum. Nam quod

ad tempus attinet, æque principii expers, & coæternus est, atque is qui illum genuit. Eadem quoque potestate & gloria cum illo est, per omnia deniq; & in omnibus eidem æqualis. Figura namque & splendor substantiæ illius est. Credimus similiter & in sanctum quoque Spiritum, quem a diuina natura alienum minime reputamus: siquidem naturaliter a Patre est, per Filium in creaturam dimanans. Ad hunc enim modũ sancta illa, adorandaq; Trinitas, vna in essentia, par in gloria & maiestate cognoscitur. Asserimusque ipsum vnigenitum Verbum arcano inexplicabiliq; modo ex Dei & Patris substantia genitum; quod sæcula condidit, per quod & in quo consistunt omnia, quod verum lumen, naturaq; omnia viuificans est, (vita est enim, vtpote ex Patre vita procedens) nouissimis sæculi temporibus, Patre pro sua benignitate ita volente, quo nimirum genus humanum, quod in maledictionem prolapsum fuerat, & per peccatũ in mortem & corruptionem præceps abierat, restitueret, Abrahæ semen apprehendisse; carni quoque & sanguini, secundum scripturas, cõmunicasse, hoc est, hominẽ factum esse; & carne assumpta, eademque propria sibi reddita, e sancta & Deipara Maria secundum carnem natum esse.

Hebr. c. 1. v. 3.

Hebr. c. 2. v. 14. & 15.

IV.

At quamuis Verbum nostram naturam assumpserit, seruilemq; formam dispensatione induerit; perseuerauit nihilominus in ea maiestate & diuinitate, quæ secundum naturam ipsi conuenit. Neque enim desiit Deus esse, etiamsi factum est caro, hoc est,

ἐστὶ συναίαρχος κατὰ χρόνον, καὶ συναΐδιος τῷ ἰδίῳ γεννήτορι, συνέδρός τε καὶ ἰσοκλεὴς αὐτῷ, καὶ ἰσότητι κατεστεμμένος τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν· χαρακτὴρ γάρ ἐστι καὶ ἀπαύγασμα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. πιστεύομεν δὲ ὁμοίως καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀλλότριον αὐτὸ τῆς θείας φύσεως καταλογιζόμενοι· καὶ γάρ ἐστιν ἐκ πατρὸς φυσικῶς, προχεόμενον δι' υἱοῦ τῇ κτίσει. νοεῖται γὰρ οὕτω μία τε καὶ ὁμοούσιος, καὶ ἐν ταυτότητι δόξης ἡ ἁγία καὶ προσκυνουμένη τριάς. φαμὲν δὲ, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπορρήτως γεγεννημένος μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, τῶν αἰώνων ποιητὴς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἡ πάντα ζωογονοῦσα φύσις· ζωὴ γὰρ πέφηνεν, ὡς ἐκ ζωῆς τοῦ πατρός· ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος, εὐδοκήσαντος τοῦ πατρὸς, ἵνα σώσῃ τὸ ἐπὶ γῆς γένος πεπτωκὸς εἰς ἀρὰν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας κατακομισθὲν εἰς θάνατον καὶ φθορὰν, σπέρματος Αβραὰμ ἐπελάβετο, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, τουτέστι γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ σάρκα λαβὼν, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος, ἐγεννήθη σαρκικῶς διὰ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας.

ANNO CHRISTI 431.

δ'.

Ἀλλὰ καί τοι καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν οἰκονομικῶς ὑποδὶς, μεμένηκεν ἐν τῇ κατὰ φύσιν θεότητι καὶ κυριότητι. οὐ γὰρ πέπαυται τοῦ εἶναι θεὸς, εἰ καὶ γέγονε σὰρξ, τουτέστι καθ'

ANNO CHRISTI 431.

ἡμᾶς τε καὶ ἄνθρωπος. ὑπὲρ ὃ ἄτρεπτος καὶ φύσιν, ὡς θεὸς, μεμένηκὼς ὅπερ ἐστὶν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, κεχρημάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου.

ε'.

Καὶ ὑπὲρ καταβέβηκεν εἰκὼν σὺν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις· καθῆκε γὰρ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν· ἐπομεμύηκεν ἀναισχύντως καὶ γέννησιν τὴν ἐκ γυναικὸς, ἐκ παρθένου τε εἰληφὼς καὶ θείας αὐτῷ φύσεως, ὅτε καὶ σάρκα γεγονέναι λέγεται. ἀλλ' ἦν μὲν καὶ ἔστιν, ὡς ἔφην, ἐκ θεοῦ πατρὸς φυσικῶς τε καὶ ἀληθῶς ὁ λόγος. ὑπὲρ δὲ ἐκ ἀνθρώπος ἁπλῶς νοεῖται καθ' ἡμᾶς ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγονημένος, ἀλλ' αὐτὸς σαρκωθεὶς ὁ λόγος, καὶ ἴδιον ἔχων σῶμα τὸ ἐξ αὐτῆς, διὰ τοῦτο λέγεται γεγονέναι σαρκικῶς, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος.

ς'.

Οἱ δὲ λέγοντες ἀσυνέτως θεοτόκον ἐκ εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον, ἐμπίπτουσιν ἀναισχύντως εἰς τὸ δύο λέγειν υἱοὺς τὸν θεόν. εἰ γὰρ μὴ τέτοκε σαρκικῶς σαρκωθέντα θεὸν ἡ ἁγία παρθένος, πᾶσά πως ἀνάγκη καὶ οὐχ ἑκόντας αὐτοὺς ὁμολογεῖν, ὅτι κοινὸν γεγέννηκεν ἄνθρωπον, οὐδὲν ἔχοντα παρ' ἡμᾶς τὸ πλεῖον. εἶτα πῶς αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός; πῶς αὐτῷ προσκυνοῦσιν ἄγγελοι, καὶ τὴν αὐτάρκη δυνάμεων ἡ ἁγία πληθύς; ἆρ' οὖν ἀνθρώπῳ κοινῷ λελάτρευκε μᾶλλον ἡμῖν ἡ σύμπας ὁ οὐρανός; μὴ γένοιτο. προσκυνοῦμεν γὰρ ὡς θεὸν ἀληθινὸν

noſtri ſimilis,& homo. Nam cum vt Deus nulli ſecundum naturam obnoxium ſit mutationi,manens id quod erat, eſt,ſemperque erit, factus eſt filius hominis.

V.

Ceterum ſimulatque ad humanæ naturæ leges ſemel deſcendit, (ſiquidem ſua ſponte ſe exinaniuit) non potuit ex muliere quoque non naſci. Nec ob id tamen diuina illius natura exiſtẽdi principium tum demum ſumpſit, cum illud ſecundum carnem natum dicitur. Sed fuit quidem, & eſt (vt dixi) ex Deo Patre naturaliter & vere Verbum. Quoniam vero is qui ex ſacra Virgine natus eſt, non homo ſimpliciter vt nos, ſed ipſum Dei verbum incarnatum intelligitur, quod corpus ex ipſa ſumptum proprium ſibi fecit; hinc eſt quod ſecundum carnem natum dicitur, carnis nimirum natiuitatem vt propriam in ſe transferens.

VI.

Illi autem, qui ſacram Virginem Deiparam eſſe imperite negant, huc neceſſario adiguntur, vt duos Dei filios conſtituant. Nam ſi ſacra Virgo Deum incarnatum ſecundum carnem non peperit, vel inuiti concedant oportet, hominem tantum vulgarem, nobiſque nihilo excellentiorem in lucem edidiſſe. Quod ſi res ita habet,qua obſecro ratione,omne genu illi incuruabitur, omniſque lingua confitebitur,quod Dominus noſter Ieſus eſt in gloria Dei Patris? Quomodo angeli,& ſacer ille cæleſtium virtutum cœtus illum adoret? Numquid hominem communem & nos,& vniuerſum cælum hactenus percolimus? Abſit: adoramus enim Emmanuelẽ

Philipp. c. 2. v. 12. Hebr. c. 1. v. 6.

tamquam verum Deum. Atqui nulla ratione adorari potest, nisi credamus ipsum Dei Patris Verbum, quod ab vniuersa creatura adoratur, secundum scripturas carnem factum esse: non quod in carnem demutatũ transierit, sed quod ex ipsa sacra Virgine carnem susceperit, humanamque, vt ante expositum est, natiuitatem, perinde ac nos, subiuerit; quo nimirũ homo nostri causa factum, more quidem aliorum hominum mortem pateretur, proculcato autem mortis imperio, diuina vi rursũ resurgeret. Hoc enim modo factum est, vt nos quoque per Christum vincere, peccatoque debellato, ac posita corruptione, mortem effugere possemus, lætitiaq; in Christo pleni diceremus: 1. Cor. c. 15. v. 13. *Vbi est mors victoria tua? vbi est stimulus tuus inferne?* Vt enim in Adam deuicti sumus, ita rursum in Christo deuicimus.

VII.

Quod si vulgaris tantum homo esset Emmanuel, quomodo mors hominis humanæ naturæ opem tulisset? Enimuero nõ pauci sanctorum prophetarum mortem obierunt, vt laudatissimus ille Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Samuel, reliquique deinceps, qui vitæ sanctimonia claruerunt; verumtamen mors illorum generi humano nihil omnino contulit: at vero mors Christi salutem præstitit; siquidem propriam pro nobis carnem obtulit, mortique semetipsum nostri causa contradẽs, omnes ex mortis laqueis exemit. Vnus enim pro omnibus moriens satisfecit, vt qui plurimum ceteris omnibus dignitate præstaret. Nam & Dei Patris Verbũ est, & natura Deus, & corpus quod

ANNO CHRISTI 431.

Ⓦ Εμμανουὴλ. ἔσται δὲ οὐχ ἑτέρως προσκυνητὸς, ἐὰν μὴ πιστεύωμεν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, ὁ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκυνούμενος, σὰρξ ἐγένετο κατὰ τὰς γραφάς· ἐκ εἰς σάρκα μεταβεβλημένος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σάρκα λαβὼν, ὡς ἔφην, καὶ ἀνθρωπίνῳ μὲν ἡμᾶς ὑπομείνας γενέσθαι· ἵνα δὲ ἄνθρωπος γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν, ἀποθανὴ μὲν ἀνθρωπίνως, ἀναστῇ δὲ θείκως, πατήσας τῷ θανάτου τὸ κράτος. οὕτω γὰρ ἐμοὶ δοκεῖ σωθῆναι καὶ ἡμᾶς ὡς σὺν Χριστῷ νικήσαντας καταμεγεθῆσαι μὲν τῆς ἁμαρτίας, ἀποδύσασθαι δὲ τὸν φθορὰν, καὶ διαφυγεῖν θάνατον, οὕτω τε εἰπεῖν ἐκ προσκαρείας τῆς σὺν Χριστῷ· ποῦ ἡ νίκη σου θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη; ὥσπερ γὰρ σὺν Ἀδὰμ πεπτώκαμεν, οὕτω νενικήκαμεν σὺν Χριστῷ.

ζ'.

Εἰ δὲ ἀνθρωπος μόνος κοινὸς ὁ Εμμανουὴλ, πῶς ἂν ὠφέλησε τὸν ἀνθρώπου φύσιν ὁ ἀνθρώπου θάνατος; καὶ γὰρ πολλοὶ προφῆται ἅγιοι προφῆται, Αβραὰμ ἐκεῖνος ὁ διαβόητος, Ισαὰκ, καὶ Ιακὼβ, Μωσῆς τε, καὶ Σαμουὴλ, καὶ οἱ καθεξῆς γενόμενοι ἅγιοι· ἀλλ' ὤνησε μὲν οὐδὲν τὸ ὑπὲρ γῆς τὸν ἀνθρώπων γένος ὁ ἐκείνων θάνατος, σέσωκε δὲ ὁ Χριστοῦ. προσκεκόμικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἴδιον σάρκα, καὶ δοὺς αὐτὸν τῷ θανάτῳ δι' ἡμᾶς, πάντας ἐξείλετο τῆς τοῦ θανάτου δεσμῶν. ἤρκεσε γὰρ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν, ὁ πάντων ἀξιώτερος, ὅτι καὶ φύσει θεὸς ὁ ἐκ πατρὸς ὅτι λόγος, καὶ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, τὸ ὑπὲρ

* ἑαυτὸν

ANNO CHRISTI 431.

ἡ μὲν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσκεκομισμένων. οὐκοῦν ἀσεβὲς, καὶ τὴν λίαν ἐκτοπωτάτων, τὸ τέμνειν εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστόν. ἀντιτάξεται δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος λέγων· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. εἰ γάρ ἐστι κύριος εἷς, εἶτα τέμνουσί τινες εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἕνα, τίνι τὴν τῆς κυριότητος δόξαν περιθήσομεν; ἆρα τῷ ἐκ πατρὸς φύντι λόγῳ; πρέπει γὰρ αὐτῷ τὸ τῆς κυριότητος ὄνομά τε μάλιστα καὶ χρῆμα, καὶ ἔστιν ἀληθῶς τῶν ὅλων δεσπότης. εἶτα ὅποι ποτὲ τὸν ἕτερον θήσομεν; ἔξω γὰρ κείσεται τοῦ εἶναι κύριος, παραχωρῶν τῷ προϋπάρχοντι, καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερηρμένῳ· ἀλλὰ τῷ ἐκ γυναικὸς, ὡς αὐτοί φασιν ἀποδιϊστάντες, τὴν τῆς κυριότητος ἀνάψομεν δόξαν. εἶτα πῶς ἔσται κύριος ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, εἴπερ ὄντος ἑνὸς κυρίου, κατὰ τὰς γραφὰς, ἀνθρώπῳ ψιλῷ τὸ τῆς κυριότητος ὄνομα χαριούμεθα; πῶς δὲ καὶ μία πίστις; ἢ πῶς ἐν τὸ βάπτισμα; εἰ γὰρ υἱοὶ δύο, κατά τινας, εἰς τίνα πιστεύομεν; τῆς ἐκείνων ἀμαθίας ἔργον ἂν εἴη λέγειν, εἴς τε τίνος ὄνομα βεβαπτίσμεθα, καί τοι βαπτίσματος ὄντος ἑνός.

pro nobis in odorem suauitatis Deo & Patri offerebat, illius proprium fuit. Impium est ergo, longeque absurdissimum, vnum Dominum nostrum Iesum Christum in duos filios diuellere, maxime cum sapientissimus Paulus huic sententiæ diserte reclamet: ait enim; *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.* Nam si vnus dumtaxat est Dominus, quem illi in duos filios distrahunt; vtri, quæso, ex illis dominationis gloriam assignabimus? An Dei Patris genito Verbo? in hunc namque, cum vniuersorum Dominus reipsa sit, & dominatus nomen, & res ipsa quoque multo maxime conuenit. Cedo autem, quo interim loco alterum illum habebimus? Nam cum hic priori illi, vtpote infinitis partibus excelsiori, iure meritoque cessurus sit, necessum est vt dominationis titulum prorsus amittat. At dominationis gloria, vt illi ipsi qui separant, dicunt, e muliere prognato tribuetur. Cum igitur sacrarum literarum testimonio, vnus tantum sit Dominus; si dominationis vocabulũ nudo homini impartimur, quomodo Dei Patris Verbum dominationis appellatione cohonestabimus? Quomodo rursum vna erit fides, & vnum item baptisma? Nam si duo sunt filii, vt quidam opinantur, in quem ex illis credimus? illorum inscitiæ erit dicere, in cuius etiam nomine baptizati sumus, cum vnum sit baptisma.

Ephes. c. 4. v. 5.

η'.

Ἀλλ' ὁρᾷ που πάντως ἡ ἐν ὑμῖν ἀγχίνοια μεθύοντά τε τὴν ἐπὶ τούτῳ λόγον, καὶ κατασειόμενον εἴς τε τὸ ἀκαλλὲς, μᾶλλον ἤδη καὶ πρὸς ἐσχάτην ἀσέβειαν ἀπονενευκότα. οἶμαι δὲ *δεῖν ὑμᾶς τὸ θεῖον αὐτοῦ πολυπραγμονούσας μυ-

VIII.

Intelligit prudentia vestra perspicue, insanam hanc doctrinam in magnam absurditatem inclinare, imo vero in extremam impietatem præcipitem ferri. Existimo autem vos qui diuinum illud Christi mysterium accuratius

expenditis, perſpicaci mentis oculo illos internoſcere, qui impoſturam moliuntur, orationique ſuæ pietatis perſonam inducunt, cum quouis interim venenato iaculo magis feriant: nam ſi quod res ipſa eſt, palam dicere licet, Dominum qui eos redemit, hoc eſt, Chriſtum inficiantur. Verumtamen piorum ob hanc rem offenſionem, zelumq; æmulatione dignum metuentes, eum qui ex ſacra Virgine natus eſt, & Deum, & Dominum, & Dei Filium eſſe profitentur. Quod ſi qui ex rudioribus illorum ſermones forte hauriunt, recta mox, vt probabile eſt, & conuenientia, & quæ a veritate non diſſentiant, illos loqui arbitrantur. Verum qui dicta illorum exactius perſcrutantur, & iuſtis ponderibus examinant, nihil non fucatum ac perplexum comperiunt: ſunt enim dii multi & domini multi, & in cælo & in terra, quemadmodum diuinus Paulus ſcriptum nobis reliquit: *Nobis tamen vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.* Ceterum cum Dei Patris Verbum humana forma indutum, Ieſum Chriſtum nominamus, dignitatem hanc non muneri datam, aut ei extrinſecus aduentitiam obtigiſſe ſignificamus; ſed quod creditum eſt eſſe, hoc ipſum ſecundum veritatem eſſe indicamus. Nam cum extra carnem ſuapte natura Deus eſſet, poſteaquam carnem induit, Deus eſſe non deſtitit. Rurſum cum ante aſſumptam carnem naturalis Dei Filius eſſet, quando caro iam factum eſt, Filii rationem non amiſit. Tandem cum vniuerſorum Dominus ante exiſteret, poſtea-

1. Cor. c. 8. v. 6.

ΑΝΝΟ CHRISTI 431.

ςήριον, ὀξεῖ διανοίας ὄμματι καθορᾶν τοὺς συναρπάζειν ἐθέλοντας, καὶ προσωπεῖον μὲν εὐσεβὲς τοῖς ἰδίοις περιπλάττοντας λόγοις, βολίδος δὲ μὴν ἁπάσης ὀξύτερον ἔχοντας αὐτούς. ἀρνοῦνται μὲν γὰρ, ὅσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς δύναμιν ἀληθείας, τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην, τουτέστι Χριστόν· δεδιότες δὲ τῶν εὐσεβεῖν εἰωθότων τὰς ἐπὶ τῷδε λύπας, καὶ μέν τοι ζῆλον τὸν ἀξιάγαστον, ὁμολογοῦσιν, ὅτι καὶ θεός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένος, καὶ μὴν ὅτι καὶ κύριος, καὶ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ εἰ μέν τις τῶν ἁπλῶν τοὺς παρ' αὐτῶν δέξηται λόγους, νομιεῖ που κατὰ τὸ εἰκὸς ὀρθὰ καὶ εἰκότα λέγειν, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας οὐκ ἀπᾴδοντα δόγμασιν. εἰ δὲ δή τις ἕλοιτο κατισχνοῦν ταῖς ἐρεύναις αὐτοὺς, καὶ τὸ ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τῶν εἰρημένων τὴν βάσανον, οὐχ ἁπλοῦν εὑρήσει. εἰσὶ μὲν γὰρ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ καὶ ὁ μακάριος ἡμῖν γράφει Παῦλος. ἀλλὰ ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. πλὴν ὅταν Ιησοῦν Χριστὸν ὀνομάζωμεν, τὴν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνότα σημαίνομεν, οὐκ ἐν χάριτος μέρει καὶ ἐπακτὸν ἔξωθεν ἔχοντα τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ ὄντα τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν, ὅπερ εἶναι πεπίστευται. θεὸς γὰρ ὢν φύσει καὶ δίχα σαρκὸς, μεμένηκε θεὸς καὶ μετὰ σαρκός· καὶ υἱὸς ὢν φύσει καὶ πρὸ σαρκὸς, μεμένηκεν υἱὸς καὶ * ὅπερ γέγονε σαρξ· καὶ κύριος ὢν ἀληθῶς

* ὅτι.

ANNO CHRISTI 431.

τῶν ὅλων, ἐν τοιᾷδε πάλιν ὁρᾶται *δόξῃ, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι γεγονώς. οὐκοῦν εἰ θεὸν ἀληθινὸν εἶναι λέγουσι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον, τουτέστι τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, κατὰ φύσιν ἐνωθέντα σαρκὶ, διὰ τί δεδίασιν ὁμολογεῖν, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος; ἀλλὰ σκοπὸς αὐτοῖς ὑποπλάττεσθαι μὲν, καὶ λέγειν, ὅτι ναὶ καὶ θεός ἐστι, καὶ κύριος, καὶ συνεδρεύει τῷ πατρί· φρονοῦσί γε μὴν οὐχ οὕτω κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' ὡς ἐν χαρίτος μέρει, καὶ ὡς ἐκ προκοπῆς δεδόσθαι φασὶ τῷ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κοινῷ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπῳ γεγεννημένῳ τήν τε τῆς υἱότητος καὶ τῆς κυριότητος δόξαν.

* ταξει

θ'.

Ὅτι δὲ καὶ ἡ θεοτόκος φωνὴ καὶ αὐτοῖς γέγονε συνήθης τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις πατράσιν, οἳ καὶ ἐπ' ὀρθῇ θαυμάζονται πίστει, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσι τοῖς ἀνὰ πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὴν ὑπ' οὐρανὸν, δεῖν ᾠήθην ἀληθῶς ἀποφῆναι. ἵνα γὰρ μὴ δοκοίην τὸ εἰς νοῦν ἧκον ἁπλῶς ἀβασανίστως λέγειν, ἐκ τῶν ἐκείνοις πεποιημένων βιβλίων ἐν ἐκκλησίᾳ, τὰ εἰς τοῦτο χρήσιμα συνεισενεγκὼν, καὶ παραθεὶς εἰς ἀπόδειξιν, κατασφραγιῶ εἰς ἀλήθειαν τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους. ἔφη τοίνυν ὡς ἀληθῶς ὁ τρισμακάριος καὶ διαβόητος εἰς εὐσέβειαν Ἀθανάσιος, ὁ γενόμενος κατὰ καιροὺς τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως λόγῳ, περὶ Χριστοῦ τάδε.

quam humana natura ornatum prodiit, ab eo ordine & dignitate non excidit. Igitur si eum, qui ex sacra Virgine prodiit, hoc est Dei Patris Verbum carni secundum naturã vnitum, verum Deum esse agnoscunt, cur eamdem Virginem esse Deiparam fateri verentur? Verum ipsis propositum est haud ex animo profiteri Virginis Filium Deum ac Dominum, eademque cum Patre auctoritate præditũ esse, sed verbis tantum hoc ipsum simulare. Existimant enim, homini ad nostram similitudinẽ ex sancta Virgine prognato, cum filiationis, tum dominationis quoque gloriam per modum cuiusdam gratiæ, ac per progressus obuenisse.

IX.

Porro autem vocem hanc, Deipara, veteribus patribus, quorum sanctimoniam & fidei integritatem admiramur; necnon omnibus qui eos deinceps hucusque sunt secuti per vniuersum (vt ita dicam) terrarum orbem, familiarem esse, ostendendum esse existimaui. Ne enim citra delectum, ac temere quidquid in mentem venerit, effutire videar, argumentis ex libris, quos illi ad ecclesiæ vtilitatem composuere, petitis, atque huc in medium allatis, orationis meæ veritatem confirmare studebo. Igitur beatissimus ille, ac propter pietatis opinionem apud omnes celeberrimus Athanasius, qui superioribus temporibus Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum tenuit, libro de Christo incarnato huiuscemodi verbis disserit.

ANNO CHRISTI 431.

Athanasii episcopi Alexandriæ ex libro de incarnatione.

De Christo.

AGNOSCIMVS illum Dei Filium, & Deum esse secundum spiritum; Filium autem hominis secundum carnē: non duas naturas vnum filium, vnam adorandam, alteram nō adorandam; sed vnam naturam diuini Verbi incarnatam, quæ simul cum eius carne vna adoratione adoratur. neque duos rursum filios, alterum verum adorandumque, nempe filium Dei; alterum ex Maria hominem non adorandum, sed per gratiam, perinde ac ceteri homines, in filium cooptatum: verum vnum, vt dixi, Filium Dei, illum ipsum nimirum, & non alium, qui ex Deo est. Qui nouissimis diebus secundum carnem ex Maria natus est, quemadmodum angelus Deiparæ Mariæ: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* sciscitanti exposuit. ait namque: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Is igitur quem Virgo peperit, est verus naturalisque Dei Filius, & Deus verus, non participatione vel ex gratia, secundum carnem tantum quam sumpsit ex Maria, homo; secundum spiritum, Filius Dei, & Deus ipse. Qui quidem secundū carnem humanæ naturæ conuenientia passus est. scriptum est enim: *Christo pro nobis in carne passo.* rursum: *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum:* nihilominus secundum diuinam

Luc. c. 1. v. 34.

1. Petr. c. 4. v. 1.

Rom. c. 8. v. 32.

Αθανασίου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας, ἐκ τῆς περὶ σαρκώσεως λόγου.

Περὶ Χριστοῦ.

ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ γὰρ, φησὶ, κατὰ πνεῦμα μὲν υἱὸν ἐκ θεοῦ, καὶ θεὸν κατὰ πνεῦμα, υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα, οὐ δύο φύσεις εἶναι υἱόν, μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον. ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, καὶ προσκυνουμένην μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μιᾷ προσκυνήσει· οὐδὲ δύο υἱοὺς, ἄλλον μὲν υἱὸν θεοῦ ἀληθινὸν καὶ προσκυνούμενον, ἄλλον δὲ ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον, μὴ προσκυνούμενον, κατὰ χάριν υἱὸν θεοῦ χρηματίζοντα, ὡς καὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ εἷς ἐκ θεοῦ, ὡς ἔφην, ἕνα υἱὸν θεοῦ, καὶ θεὸν αὐτὸν, καὶ ἐκ ἄλλον. καὶ ἐκ Μαρίας γεγενῆσθαι κατὰ σάρκα ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὡς ὁ ἄγγελος τῇ θεοτόκῳ Μαρίᾳ λέγουσι· πῶς τοῦτο ἔσται, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἔλεγε· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δυνάμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. ὁ τοίνυν γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, υἱὸς θεοῦ φύσει, καὶ θεὸς ἀληθινὸς, καὶ οὐ χάριτι καὶ μετουσίᾳ, κατὰ σάρκα μόνον τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου, κατὰ δὲ πνεῦμα, αὐτὸς υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ θεός. παθῶν μὲν τὰ ἡμέτερα πάθη κατὰ σάρκα, ὥσπερ γέγραπται· Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. καὶ πάλιν· ὃς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. ἀπαθὴς δὲ διαμένων καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ τὸν θεό-

ANNO CHRISTI 431.

θεότητα, κ͞τ̃ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῦ ἀποστόλου· ἐγὼ θεὸς, καὶ οὐκ ἀλλοίωμαι. ὑποθανὼν μὲν τὸ ἡμέτερον θάνατον κ͞τ̃ σαρκὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἵνα τὸν θάνατον ἀνέλῃ διὰ τῦ ὑπὲρ ἡμῶν θανάτου, κ͞τ̃ λέγοντα ὁ ἀπόστολος· κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος; ποῦ σου ᾅδη τὸ κέντρον; καὶ πάλιν· Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κ͞τ̃ τὰς γραφάς. ἀθανάτου δὲ καὶ ἀκράτητος τῷ θανάτῳ διαμείνας διὰ τὴν θεότητα, ὡς ἀπαθὴς τῦ παθῆς δύναμις, κ͞τ̃ λέγοντα Πέτρου· οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῦ θανάτου. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει, παρενθεὶς ἕτερα μεταξὺ οὕτως· Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ἐκ τῶν θείων γραφῶν διδάσκει, ἕτερον λέγων τὸν υἱὸν τῦ θεοῦ, καὶ ἕτερον τὸν ἐκ Μαρίας, κ͞τ̃ χάριν υἱοποιηθέντα, ὡς ἡμεῖς· ὡς εἰ δύο υἱοὶ, ἕνα κ͞τ̃ φύσιν υἱὸν τῦ θεοῦ ἐκ θεοῦ, καὶ ἕνα κ͞τ̃ χάριν, ἐκ Μαρίας ἀνθρωπον. ἢ εἴπις τὴν τῦ κυρίου ἡμῶν σαρκα ἄνωθεν λέγῃ, καὶ μὴ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας· ἢ τραπεῖσαν τὴν θεότητα εἰς σαρκα, ἢ συγχυθεῖσαν, ἢ ἀλλοιωθεῖσαν, ἢ παθητὴν τὴν τῦ κυρίου θεότητα, ἢ ἀπροσκύνητον τὴν τῦ κυρίου ἡμῶν σαρκα ὡς ἀνθρώπου, καὶ μὴ προσκυνητὴν ὡς κυρίου κ͞τ̃ θεοῦ σαρκα, τοῦτον ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία, πειθομένη τῷ θείῳ ἀποστόλῳ λέγοντι· εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. καὶ ταῦτα μὲν ὁ μακάριος Ἀθανάσιος.

ι'.

Οἶμαι δὲ δεῖν καὶ ἑτέρων ἁγίων

naturam impassibilis ac immutabilis vsque permansit, iuxta illud Prophetæ pronuntiatum: *Ego Deus, & non mutor.* Mortuus est sane secundum carnẽ nostra morte, nostrorumque peccatorum causa; quo nimirum per mortem nostri gratia susceptam, mortem aboleret. Hinc Apostolus: *Absorpta est mors in victoria: vbi est mors victoria tua? vbi est stimulus tuus inferne?* Iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum scripturas.* At vero secundũ diuinitatem immortalis, omnique interitu superior erat, vt qui impatibilis Patris virtus esset, morteq; iuxta Petri sententiam, teneri nullo modo posset. Deinde aliis quibusdam interiectis, hæc subiungit: Si quis autem aliud ex diuinis literis docuerit, & alium Dei Filium, alium Mariæ per gratiam instar nostri adoptatum, professus fuerit, tamquam duo sint filii, alter Dei secundum naturam, ille videlicet qui ex Deo natus; alter secundum adoptionis gratiam, homo nimirum qui ex Maria extitit: aut si Domini nostri carnem non ex Deipara Virgine Maria sumptam, sed cælitus dilapsam prædicauerit; aut diuinitatem in carnem versam, aut confusam, aut mutatam; aut Domini diuinitatem passibilem; aut eiusdem Domini nostri carnem, veluti nudi hominis, minime adorandam dixerit; hunc anathemate plectit sancta & catholica ecclesia, dictis Apostoli parens ita scribentis: *Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.* Hucusque beatus Athanasius.

Malac. c. 3. v. 6.

1. Cor. c. 15. v. 55.

Ibidem c. 15. v. 4.

Actor. c. 2. v. 24.

Galat. c. 1. v. 9.

X.

Existimo autem & aliorũ quo-

que ſanctorum epiſcoporum ſententias, quibus idem docere propoſitum eſt, neutiquam hic omittendas eſſe.

Attici epiſcopi.

HODIE Chriſtus Dominus benignitatis erga homines natiuitatē ſuſcepit: diuinæ quippe dignitatis natiuitate præexiſtebat. Addit his rurſum: Benignitatis Verbum, cum ſuapte natura exinanitionis capax non eſſet, exinanitur. ſeruili enim forma ſuſcepta ſemetipſum exinaniuit. Qui expers erat carnis, carne induitur, *Verbum caro factum eſt.* Qui ob naturam corporis expertem ſub tactum non veniebat, palpabilis efficitur. Qui principium neſciebat, ſecundum corpus initium ſortitur. Qui abſolute perfectus erat, incrementa ſumit. Qui conuerti non poteſt, proficit. Qui diues eſt, in diuerſorio gignitur. Qui cælum nubibus tegit, faſciis inuoluitur. Qui Rex eſt, in præſepio deponitur.

Ioan. 1. v. 14.

Antiochi epiſcopi.

QVEM heſterno die pro noſtra ſalute immaculato puerperio genitrix vitæ, mater pulcritudinis, magnificentiæ luciſque parens, ſpei apportatrix, Deipara, quæ nouo peperit modo, virgo & mater peperit Maria.

Amphilochii epiſcopi Iconii, ex libro de generatione Domini ſecundum carnem.

VERITAS cognita eſt, gratia venit, vita apparuit. Dei Verbum, Deique Filius propter nos incarnatus eſt, quo nimirum mortales a morte ad vitam æternam reuocaret. Vniuerſorū opi-

ἐπισκόπων παραθεῖναι φωνὰς, τῶν αὐτὸν ἐχούσας σκοπόν. ANNO CHRISTI 431.

Ἀττικοῦ ἐπισκόπου.

ΣΗΜΕΡΟΝ Χριστὸς ὁ δεσπότης τὴν τῆς φιλανθρωπίας γένησιν ἀνεδέξατο· τὴν γὰρ τῆς θεϊκῆς ἀξίας προϋπῆρχεν. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει πάλιν· ὁ τῆς φιλανθρωπίας λόγος κενοῦται, ἀκένωτος τὴν φύσιν τυγχάνων· ἑαυτὸν γὰρ ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ὁ ἀφῇ μὴ ὑποπίπτων διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσώματον, ψηλαφᾶται. ὁ ἄναρχος ὑπὸ ἀρχὴν γίνεται σωματικήν. ὁ τέλειος αὔξει, ὁ ἄτρεπτος προκόπτει, ὁ πλούσιος ἐν καταλύματι τίκτεται. ὁ περιβάλλων τῶν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, σπαργανοῦται· ὁ βασιλεὺς ἐν φάτνῃ κατατίθεται.

Ἀντιόχου ἐπισκόπου.

ΟΝ χθὲς ἀχράντοις λοχείαις σωτῆρα ἡμῖν ἡ ζωοτόκος, ἡ καλλιτόκος, ἡ μεγαλοτόκος, ἡ φαεσφόρος, ἡ ἐλπιδοφόρος, ἡ θεοτόκος, ἡ ξενοτόκος, ἡ παρθενομήτωρ ὤδινε Μαρία.

Ἀμφιλοχίου ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐκ τοῦ περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.

Ἡ ἀλήθεια ἐγνώσθη, ἡ χάρις ἦλθε, καὶ ἡ ζωὴ ἐφάνη. ὁ τοῦ θεοῦ ὢν υἱὸς, ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, σὰρξ ἐγένετο δι' ἡμᾶς, ἵνα θνητοὺς εἰς ζωὴν αἰώνιον ἀναστήσῃ, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν

ANNO CHRISTI 431.

ἀνεγείρῃ. ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ πρὸ πάσης κτίσεως ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, μόνῳ πατρὶ καὶ πνεύματι συνυπάρχων ἀθάνατος, σήμερον ἰδοὺ ἡμῖν ἐκ παρθένου γεννώμενος, χωρὶς πάσης ἁμαρτίας, ἄνευ ἀνθρώπου, ἤτοι ἀνδρός.

fex, qui ante omnem creaturam tam visibilem quam inuisibilem soli Patri & Spiritui sancto coexistebat immortalis, ecce is citra vllum peccatum, vllamque hominis aut viri operam, hodie nobis ex Virgine nascitur.

Αμμωνος ἐπισκόπου Αδριανουπόλεως.

Ἐφη γάρ που καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ θεοῦ λόγου.

Ἐι δὲ αὐτὸς θεὸς τὴν φύσιν ὑπάρχων, ὡς τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱός, ἐν προσλήψει τῆς δούλου μορφῆς γενόμενος, καὶ πρωτότοκος υἱὸς τῆς ἁγίας παρθένου κληθῆναι καταξιώσας, ἀντίλυτρον ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων δέδωκε. προσεπάγει δὲ τούτοις· ἤδη μὲν ἔδειξα τὴν ἀσέβειαν, ἣ περιπίπτουσιν οἱ ἀρειανοὶ, λέγοντες χρείαν ἐσχηκέναι τὴν θεοτόκον Μαρίαν τῶν κατὰ τὸν νόμον τότε προσφερομένων θυσιῶν ὑπὲρ τῶν τικτουσῶν γυναικῶν.

Ammonis episcopi Adrianopoleos.

Sic enim ipse ait de Deo Verbo.

QVOD si is, qui Deus secundum naturam est, vtpote vnigenitus Dei Filius, seruili forma assumpta, sacræque Virginis primogenitus appellari non dedignatus, semetipsum redemptionem pro omnibus tradidit. Addit præterea: Clare patet, in quantam impietatem prolabantur Ariani, qui Deiparam Mariam iis sacrificiis, quæ pro puerperis ex lege offerri mos erat, opus habuisse asserunt.

Ιωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, περὶ τῆς θείας γεννήσεως.

Φησὶ δὲ περὶ τῆς ἁγίας παρθένου.

ΑΝΤΙ δὲ ἡλίου, φησὶ, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἀπειργάπτως χωρήσασα. καὶ μὴ ζητήσῃς πῶς· ὅπου γὰρ βούλεται θεὸς, νικᾶται φύσεως τάξις. ἠβουλήθη γὰρ, ἠδυνήθη, κατῆλθεν, ἔσωσε. σύνδρομα πάντα θεῷ. σήμερον ὁ ὢν τίκτεται, καὶ ὁ ὢν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν. ὢν γὰρ θεὸς, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι θεός. οὔτε γὰρ κατ' ἔκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου γέγονε θεός· ἀλλὰ

Ioannis episcopi Constantinopoleos, de diuina generatione.

Dicit autem de sancta Virgine.

LOCO solis, ait, incircumscripte iustitiæ solem complexa fuit. neque hic quæsieris quomodo hoc factum sit, aut fieri potuerit. Vbi enim Deus vult, ibi naturæ ordo cedit. Voluit, potuit, descendit, saluauit. omnia Dei nutum sequuntur. Hodie qui est, gignitur; & rursum qui est, fit id quod non erat: nam cum Deus esset, fit homo; ab ea tamen quam habebat deitate non excidit; nec cum deitatis iactura factus est homo, neque rursum per succedentia incrementa ex homi-

ne factus est Deus; sed Verbum existens, natura propria ob sui impatibilitatem manente indemutata, factum est caro. Adiungit demum: Qui in solio sublimi præcelsoque considet, is in præsepio ponitur: qui impalpabilis, simplex, ac incorporeus est, humanis manibus contrectatur: qui peccatorum vincula disrumpit, fasciis constringitur.

λόγος ὢν διὰ τὸ ἀπαθὲς, σαρὲξ ἐγένετο, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς φύσεως. καὶ προσεπάγει τούτοις· ὁ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου καθήμενος, ἐν φάτνῃ τίθεται· ὁ ἀναφὴς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ ἀσώματος, χερσὶν ἀνθρωπίναις εἱλίσσεται· ὁ τὰ τῆς ἁμαρτίας διασπῶν δεσμὰ, σπαργάνοις ἐμπλέκεται.

ANNO CHRISTI 431.

Seueriani episcopi.

QVANDOQVIDEM Verbum quod superne arcana quadam inexplicabilique, ac incomprehensa ratione ex Deo Patre ab omni æternitate nascitur, idipsum inferne ex Virgine Maria in tempore generatur; quo hi nimirum, qui nati erant inferne, ex Deo renascantur denuo superne.

Κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον ἔθηκα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ιησοῦς Χριστός.] εἰ ἐπερηρείσμεθα καθάπερ τινὶ θεμελίῳ Χριστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ διὰ πίστεως οἰκοδομούμεθα, καὶ ἔστιν αὐτὸς ἡ πάντων ἀσφάλεια, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεὸς ἀληθῶς, ὁ ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡ * παρὰ πάντων πίστις; οὐ καθὼς εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς, ὅτι μὴ κτίσει λελατρεύκαμεν, ἀλλὰ θεῷ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς.

Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε ὑμεῖς, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵ τινές ἐστε ὑμεῖς. εἰ τὸ πνεῦμα Χριστοῦ

Anno Christi 431.

* παρ' αὐτῷ πίστις.

ANNO CHRISTI 431.

δεχόμενοι, ναὸς θεοῦ χρηματίζομεν, πῶς οὐ θεὸς ἀληθῶς, ὁ δι' ὃν ἡμεῖς ἐσμεν ναοὶ θεοῦ;

Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. Καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ πρὸς τοῦ θεοῦ.] τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἐξ οὐρανῶν καταβῆναι προσδοκῶμεν καιροῖς, ᾧ καὶ πάντες παρασταθήσομεθα κρίνοντι τὰ κρυπτὰ, καὶ φανεροῦντι τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. ὅτι δὲ καὶ ἐπαινέσει τοὺς δικαίους, πεπληροφορήμεθα. τοῖς γὰρ ἐκ δεξιῶν ἐρεῖ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. ὅτε τοίνυν ἐπαινουμένου τοῦ Χριστοῦ, τὸν ἔπαινον ἑκάστῳ γενήσεσθαι φησὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, πῶς οὐ θεὸς ἔστιν ἀναρχῶς;

Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, ὃ ἔχετε ἀπὸ θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. δοξάσατε δὴ τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν.] εἰ τὸ πνεῦμα Χριστοῦ λαβόντες, γεγόναμεν ναοὶ θεοῦ, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἑαυτῶν, ἀγορασθέντες τῷ αἵματι αὐτοῦ, ὡς μηκέτι ζῶ ἡμᾶς ἑαυτοῖς, ἀλλὰ τῷ πριαμένῳ· πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς ἀναρχῶς, ὃ δι' ὃν καὶ ναοὶ θεοῦ ἐσμεν ἡμεῖς, ᾧ καὶ ὡς θεῷ δουλεύομεν;

Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς θεὸς, εἰ μὴ εἷς. καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς· ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύ-

suscipientes, templum Dei sumus; quomodo verus Deus censendus non est, per quem templum Dei constituimur?

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique a Deo. Dominum nostrum Iesum Christum olim e cælis descensurum expectamus, cui occulta iudicaturo, cordiumque consilia patefacturo sistemur omnes. Quod is autem iustos sit commendaturus, edocemur, quod ad illos, qui a dextera illi assistent, ita dicturus sit: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Cum igitur Christo laudante suam vnicuique a Deo laudem tributum iri diserte prædicet, quomodo Christum Deum esse non manifeste apparet? 1. Cor. c. 4. v. 5. Matth. c. 25. v. 34.

An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Si Spiritu Christi accepto facti sumus templa Dei, redempti sanguine illius, ita vt iam non vltra in nostra ipsorum potestate simus, neque nobis ipsis iam amplius viuamus, sed illi, qui nos mercatus est; quomodo perspicuum non est, Christum, per quem templa Dei efficimur, cuique perinde ac Deo seruimus, verũ esse Deum? 1. Cor. c. 6. v. 19.

De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi vnus. Nam etsi sunt, qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra, (siquidem sunt dii multi, & domini 1. Cor. c. 8. v. 4.

multi) nobis tamen vnus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum; & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Si vnus solus est Deus, & alius præter illum nullus; assumitur autem in vnam deitatis naturam & vnus ille Iesus Christus quoque, per quem existunt omnia; Deus vtique erit Christus, vt qui etiam tum, cum ex muliere natus, appellatus est Iesus Christus, immote in Patris consubstantialitate subsisteret. Id etiam animaduertere hic licet, nempe quod omnia per vnum illum, quem Iesum Christum ipse vocat, tamquam per vnum Filium secundum dispensatoriam vnionem condita esse affirmet.

1. Cor. c. 9. v. 21. *Factus*, inquit, *sum iis qui sine lege erant, tamquam sine lege essem; cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi.* Si Christi legem habens, Dei legem habet, quomodo Christus non est Deus?

1. Cor. c. 10. v. 32. *Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ Dei.* Aduerte hic rursum, quod eam ecclesiam, quam Dei hoc loco appellat, Christi esse intelligat.

1. Cor. c. 11. v. 3. *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir; caput vero Christi Deus.* Beatus Lucas dum Christi geneologiam texit, a Ioseph exorsus, paulatim ad Adam vsque ascendit, ac tandem infert: *Qui fuit Dei;* ipsum nimirum creatorem Deum principii loco homini assignans. Pari itaque modo omnis viri caput Christum definimus. per ipsum enim conditus, & ad ortum euectus est. Non quod Dei Filius creationis illius instrumentum vel minister extiterit; sed quod tamquam natura-

Luc. c. 3. v. 38.

ριοι πολλοί· ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.] εἰ μόνος εἷς ἐστι θεὸς, καὶ ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδεὶς, συμπαραλαμβάνεται δὲ εἰς τὴν μίαν τῆς θεότητος φύσιν ὁ εἷς Χριστὸς Ιησοῦς, δι' οὗ τὰ πάντα· θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν * ἐν ὁμοουσιότητι τοῦ πατρὸς νοούμενος θεϊκῶς, καὶ ὅτε κεχρημάτικεν Ιησοῦς Χριστὸς, γενόμενος ἐκ γυναικός. ἐπιτηρῆσαι δὲ χρὴ, ὅτι Χριστὸν Ιησοῦν ὀνομάσας, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα γενέσθαι φησὶν, ὡς ἑνὸς ὄντος υἱοῦ καθ' ἕνωσιν οἰκονομικήν.

Ἐγενόμην, φησὶ, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ.] εἰ ὁ Χριστοῦ νόμον ἔχων, νόμον ἔχει θεοῦ, πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

Ἀπρόσκοποι καὶ Ιουδαίοις γίνεσθε, καὶ ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ.] σημειωτέον, ὅτι θεοῦ λέγων τὴν ἐκκλησίαν, Χριστοῦ πάλιν οἶδεν αὐτήν.

Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς, ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ, ὁ θεός.] ὁ μακάριος Λουκᾶς τὴν περὶ Χριστοῦ γενεαλογίαν ἡμῖν συντιθεὶς, ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ιωσὴφ, εἶτα φθάσας ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, ἐπιφέρει, λέγων· τοῦ θεοῦ· ἀρχὴν τῷ ἀνθρώπῳ τιθεὶς ὡς ποιήσαντα θεόν. οὕτως εἶναι φαμὲν παντὸς ἀνδρὸς κεφαλὴν τὸν Χριστόν. πεποίηται γὰρ δι' αὐτοῦ, καὶ παρήχθη πρὸς γένεσιν· οὐχ ὑπουργικῶς κτίζοντος αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, * θεουργικῶς δὲ μᾶλλον, ὡς φύσει

Anno Christi 431.

* al. ὁ εἷς

* θεϊκῶς

ANNO CHRISTI 431.

δημιουργοῦ. κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ὅτι ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῆς ἐλήφθη, καὶ αὐτὸν ὥσπερ ἔχει πρὸ ἀρχῆς. κεφαλὴ δὲ ὁμοίως τοῦ Χριστοῦ ὁ θεὸς, ὅτι ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν. γεγέννηται γὰρ ὁ λόγος ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. εἶτα πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, οὗ κεφαλὴ τέθηται κατὰ φύσιν ὁ πατήρ; Χριστὸν δὲ ὅταν λέγωμι, τὸν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνότα τοῦ ἐκ θεοῦ λόγον νοῶ.

lis rerum opifex diuina virtute illum produxerit. Caput autem mulieris est vir: quandoquidem ex carne illius sumpta est, ipsumque tamquam quoddam sui initium sortita est. Caput itidem Christi Deus est: siquidem naturaliter ex ipso est. Verbum namque ex Deo & Patre genitum est. Iam qua ratione Christus, cuius caput secundum naturam positus est Deus Pater, non erit Deus? Cum autem Christum appello, Dei Patris Verbum intelligo, quod in humana natura apparuit.

Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς ἐν πνεύματι θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦ· καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.] εἰ τὸ λέγειν, ὅτι ἐκ ἔστι φύσει καὶ ἀληθείᾳ θεὸς ὁ Χριστὸς, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ εἰπεῖν ἀνάθεμα Ἰησοῦ· οἱ ἐκβάλλοντες αὐτῷ τὸ εἶναι κατὰ ἀλήθειαν Ἰησοῦν, ἐκ ἐν ἁγίῳ πνεύματι τοῦτο ποιοῦσι. καὶ εἰ τὰς τῶν χαρισμάτων διαιρέσεις ποτὲ μὲν ἐνεργεῖν τὸ πνεῦμά φησι, ποτὲ δὲ αὐτὸν κύριον, ποτὲ δὲ τὸν αὐτὸν θεόν· οἶδεν ἄρα θεὸν ὄντα Χριστὸν, ὡς θεὸν ἐνεργοῦντα διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ ὡς κύριον κατὰ φύσιν διανέμοντα μετ' ἐξουσίας, ὥσπερ δὴ ἐλοιτο, τὰς ἄνωθεν δωρεάς. μνημονεῦσαι δὲ δεῖ, ὅτι καὶ ὁ Παῦλος ἔφη περὶ Χριστοῦ, ὡς ἐνεργήσαντος αὐτὸν ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.

Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu: & nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarũ sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Sane si nihil aliud est dicere Christũ non esse verum & naturalem Deum, quam dicere anathema Iesum; qui illum re ipsa Iesum esse inficiantur, illi vtique in Spiritu sancto istuc neutiquam faciunt. Rursum si gratiarum diuisiones interdum Spiritum, nonnunquam vero eumdem Dominum, aliquando autem eumdem Deum operari profitetur, Christũ ergo Deum esse non ignorat, qui per Spiritum operetur vt Deus, quique cælestia dona, quibuscumque & quomodocumque voluerit, tamquam natura Dominus non absque auctoritate distribuat. Quod autem Christus in virtute Spiritus sancti operetur, id Paulus de eo loquens, eiusmodi oratione deinceps explanat.

1. Cor. c. 12. v. 3.

Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύ-

Quosdam, inquit, *posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secun-*

1. Cor. c. 12. v. 28.

do prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationũ. Cum enim Deus isthæc efficere perhibeatur, Christus est qui operatur: quandoquidem is est, qui apostolos in ecclesia collocauit, quique doctores in eadem instituit; quibus quoque, vt virtutes operarentur, vim impertiuit. Dedit namque sanctis apostolis potestatem, vt omne morborum ægritudinumque genus in populo grassantium curarent.

1. Cor. c. 16. v. 21. *Salutatio mea manu Pauli: Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, maranatha.* Ecquem obsecro Dominum hoc loco vocat? in confesso est enim, tam ipsum Filium, quam Spiritum quoque sanctum Dominum vocari, & Dominum esse. Scriptum est enim: *Spiritus Dominus est.* Sane beati Pauli mens in ipsum Iesum hic fertur.

1. Cor. c. 8. v. 6. ait namque: *Vnus est Dominus Iesus Christus.* Itaque anathemate percutit omnem omnino hominem, qui illum non diligit. Is autem Christum non diligit, qui neque natura neque veritate Dei Filium esse agnoscit; sed a Dei Verbo seiungit, ac veluti in secundum ordinem reiicit. Atque ita dum vnum Dominum Iesum Christum in duos diuidit, dispensationis mysterium atroci iniuria afficit.

Ex posteriori ad Corinthios.

2. Cor. c. 2. v. 14. DEO *autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereunt.* Quod si Christus paternæ cognitionis bonus odor est, quomodo

τερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων.] θεοῦ λεγομένου ταῦτα κατορθοῦν, Χριστὸς ὁ ἐνεργήσας ἐστίν. ἔθετο γὰρ τοῦ ἀποστόλους αὐτὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ μέντοι καὶ διδασκάλους, ἐνεργῆσαι καὶ δυνάμεις. δέδωκε γὰρ ἐξουσίαν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

Ο ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον, ἤτω ἀνάθεμα, μαραναθᾶ.] ἆρα τίνα φησὶ κύριον ἐν τούτοις; κύριος μὲν γὰρ ὁμολογουμένως, καὶ αὐτὸς ὁ υἱός· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ κύριος, φησὶ, τὸ πνεῦμά ἐστιν. ὁ δέ γε τοῦ μακαρίου Παύλου σκοπὸς ἐν τούτοις εἰς αὐτὸν * συνετείνετο τὸν Ιησοῦν. εἷς γὰρ, φησὶ, κύριος Ιησοῦς Χριστός. ἀναθεματίζει τοίνυν τὸν μὴ φιλοῦντα αὐτόν. οὐ φιλεῖ δὲ αὐτὸν, ὁ μήτε φύσει, μήτε ἀληθείᾳ λέγων υἱὸν εἶναι τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ὡς ἐν δευτέρᾳ τάξει τιθεὶς παρὰ τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας ἀδικῶν μυστήριον διὰ τοῦ τέμνειν εἰς δύο τὸν ἕνα κύριον καὶ Ιησοῦν.

*συνετείνετο

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

ΤΩι δὲ θεῷ χάρις πάντοτε, τῷ θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ· ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις.] εἶτα πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, εἴπερ ἐστὶν αὐτὸς ὀσμὴ τῆς γνώσεως τοῦ πατρός; οὐ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 431.

οὐ γὰρ ἔν γε τῇ ἀνθρώπου φύσει τὴν θείας φύσεως εὐωδίαν ἀναμάθοι τις ἄν· ἀλλ' ὥσπερ ἡ τῆς ἀνθρωπότητος ὀσμὴ σημαίνει τε πάντως ἄνθρωπον, ἔστιν ἡ τῆς θεότητος, θεόν. εἰ δὴ Χριστὸς εὐωδία τοῦ πατρὸς εἴρηται, καὶ ἔστιν ἀληθῶς· πῶς οὐ θεός ἐστι Χριστός, κἂν εἰ γέγονεν ἄνθρωπος οἰκονομικῶς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος;

Deus non est? Haud namque in humana natura diuinæ naturæ fragrantiam compererit quispiã: sed quemadmodum humanitatis odor plane hominem, ita diuinitatis odor Deum indicat. Iam si Christus bonus Patris odor appellatur, vereque est, quomodo Deus non est, etiamsi illud ipsum Dei Patris Verbum dispensatione homo factum est?

Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε, ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων· φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.] εἴφη τε θεὸς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, λέγει κύριος, διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς.] γεγόναμεν τοίνυν ἐπιστολὴ Χριστοῦ, γράφοντος ἡμῖν οὐκ ἐν μέλανι τὸ αὐτῷ δοκοῦν, ἀλλ' ἐν πνεύματι θεοῦ ζῶντος· οὐ διακονικῶς μᾶλλον, ἀλλ' ἵνα οὕτως εἴπωμεν, αὐτουργικῶς· ἴδιον γὰρ αὐτοῦ τὸ πνεῦμά ἐστιν. εἶτα πῶς οὐ θεός, ὁ ἐν ἰδίῳ πνεύματι γράφων ἡμῖν τῆς θεογνωσίας τὴν ὁδόν; φησὶ τοῖς Ἰουδαίων φησίν.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, ministrata a nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. 2. Cor. c. 3. v. 2. Deus per quemdam ex prophetis alicubi sic loquitur: *Post illos dies, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & in corda eorum inscribam eas.* Ier. c. 31. v. 33. Facti proinde sumus epistola Christi, qui legis suæ decreta non atramento, sed viuentis Dei spiritu in nobis describit: atque hoc ipsum non per modum ministerii, sed per propriam (vt ita dicam) efficacitatem: siquidem Spiritus ipsi proprius est. At quo ergo modo is Deus non est, qui diuinæ notitiæ rationes proprio Spiritu nobis insculpit? De Iudæis subiũgit.

Αλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαμένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται· ἀλλὰ ἕως τῆς σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν·

Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque enim in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, (quod in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est: 2. Cor. c. 3. v. 14.

Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas est. Si legis & prophetarum finis est Christus, neque velamen quod veteris testamenti lectioni cohæret, tollitur, nisi per solum Christum; quomodo rationi consentaneum erit, ipsum nudum esse hominem existimare, & sola filiationis appellatione honoratũ? An non hac opinione fieret, vt fides nostra non collimaret in Deum, tamquam in finem, sed in hominem nostri similem? Eo autem quid aut dici aut cogitari queat absurdius?

2. Cor. c. 4. v. 3. *Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio euangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.* Si, vt quidam sentiunt, Christus est homo communis, sola personarum vnione cum Dei Verbo societatem habens, (ad hunc enim modum loquuntur illi) quomodo in illis qui pereunt, euangelium illius absconditũ est? Gentes enim non Deum, sed hominem nostri similem esse persuasum habent. Quomodo item occæcati sunt a satana, qui de homine sentiunt, quod homo est? Qualis præterea illuminatio in Christi euangelio est, si ipse Deus non est, neque vt Deus glorificatur? Qui denique imago Dei est, si ea solum attingit, quæ humanæ sunt naturæ; neque id reipsa obtinet, vt Filius & Deus sit?

2. Cor. c. 5. v. 9. *Et ideo contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque ea quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum.* Quomodo placere Deo possumus, si non Deus? Quomodo manifestari oportet ante tribunal Christi, si non Deus? Quomodo referre vnusquisque ea quæ per corpus gessit, si non Deus? Quomodo bonum siue malum, si non Deus? Quomodo præmium vitæ æternæ, si non Deus? Quomodo pœna ignis æterni, si non Deus? Quomodo omnes gentes coram eo congregabuntur, si non Deus? Quomodo separabit oues ab hœdis, si non Deus? Quomodo dicet, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*, si non Deus? Quomodo dicet, *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius*, si non Deus? Quomodo dicet, *Quamdiu non fecistis vni ex minimis istis, nec mihi fecistis*, si non Deus? Quomodo dicet, *Quamdiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ite in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum vita æterna*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum resurrectio*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum via veritas & vita*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum panis vitæ*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum qui resuscitabo eum in nouissimo die*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum qui habeo verba vitæ æternæ*, si non Deus? Quomodo dicet, *Ego sum qui habeo potestatem ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam

ANNO CHRISTI 431.

διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον.] εἰ πᾶσα τοῖς ἁγίοις σπουδὴ τὸ εὐαρεστεῖν τῷ θεῷ, φιλοτιμούμεθα δὲ τοιοῦτοι φαίνεσθαι τῷ Χριστῷ, τὸ ἀνθρώποις ἀρέσκειν παραιτούμενοι· πῶς οὐ θεὸς ἐναργῶς ὁ Χριστός; καὶ εἰ κρινεῖ τὴν οἰκουμένην αὐτὸς, ἑνὸς εἶναι νομοθέτου λεγομένου καὶ κριτοῦ· πρόδηλον ὅτι καὶ κατὰ τοῦτο θεός ἐστι, καὶ εἰ γέγονε σαρξ ὁ λόγος.

Η γὰρ ἀγάπη τοῦ θεοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες, μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. εἰ πάντες ἕν ἐσμεν, καὶ αὐτῷ ζῆν εὐχόμεθα, κατασεμνύοντες δηλονότι ἑαυτῶν βίον διά γε τοῦ χρῆναι πληροῦν τὸ θέλημα αὐτοῦ, ζῶμεν δὲ τῷ Χριστῷ· πῶς οὐ θεὸς εἴη ἂν, ᾧ κεχρεωστήμεθα, καὶ ζῆν σπουδάζομεν, ὡς ὑπὲρ ἡμῶν τεθνεῶτι, καὶ πριαμένῳ πάντας αἵματι τῷ ἰδίῳ;

Υπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν· δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ.] ἐπιτήρησον, ὅτι πρεσβεύουσι μὲν ὑπὲρ Χριστοῦ, παρακαλεῖσθαι δὲ λέγουσιν ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ. εἶτα πάλιν· δεόμεθα, φησὶν, ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ. θεὸς οὖν ἄρα καὶ Χριστὸς, ᾧ καὶ κατηλλαγμένοι, θεῷ κατηλλάγμεθα.

Αλλ' ἐν παντὶ συνιστάντες ἑαυτοὺς, ὡς θεοῦ διάκονοι.] οἱ θεοῦ λεγόμενοι εἶναι διάκονοι, εἴρηνται

quisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Si in vnum hoc sancti incumbunt omnes, vt Deo placeant, repudiatoque mortalium fauore, eiusmodi nos Christo probare enixe contendimus; quomodo Christum Deum esse planum non est? Rursum si ille terrarum orbē iudicaturus est, (nec enim alius, & alius est legislator & iudex; sed vnus & idem) vel hac quoque de causa perspicuum euadit, quod Deus est, tametsi incarnatus est. *Iac. c. 4. v. 12.*

Caritas enim Christi vrget nos, æstimantes hoc; quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus; vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Si omnes vnum in ipso sumus, ipsique viuere peroptamus, vitam nostram vna hac ratione honestam reddentes, si Christi obsecundemus voluntati, illique viuamus; quomodo is Deus habendus non est, cui & obnoxii sumus, & cui viuere studemus, tamquam illi qui nostri causa mortem oppetierit, suoque sanguine omnes coemerit? *2. Cor. c. 5. v. 14.*

Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Obserua hic, quod Christi nomine legatione fungantur apostoli, quodque per se nos a Deo admoneri asserant. Deinde rursum: *Obsecramus*, inquit, *pro Christo, reconciliamini Deo.* Deus itaque est Christus, quippe cui reconciliati, Deo reconciliati sumus. *2. Cor. c. 5. v. 20.*

Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros. Qui hic Dei ministri dicuntur, hi alibi *2. Cor. c. 6. v. 4.*

Anno Christi 431.

Christi miniſtri appellãtur. Deus itaque Chriſtus. *Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* Si viua Dei templa ſumus, veluti inhabitante in nobis Spiritu, qui & Chriſti quoque Spiritus eſſe dicitur (ait enim Apoſtolus: *Si quis Chriſti Spiritum non habet, hic non eſt eius*) quomodo Chriſtus non eſt Deus?

2. Cor. c. 6. v. 16.

Leuit. c. 26. v. 12.

Rom. c. 8. 4. 9.

Conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. At quomodo omnem altitudinem aduerſus Dei ſcientiam ſe extollentem demoliemur? Aut qua tandem ratione omnem intellectum in Chriſti obſequium captiuum ducemus? Sane Verbum ſponte ſe exinaniuit, Patri vſque ad mortem factum obediens. Quando igitur ex iis quæ propter carnem, humanæque naturæ infirmitatem diſpenſatorie ab eo dicta vel facta ſunt, quidam aduerſus Filii ſcientiam ſeſe erigentes, eum qui humana forma ſe induit, Deum verum naturalemque Dei Filium eſſe inficiabuntur, tunc demum omnem altitudinem ſe efferentem comprimemus, ſi eorum qui iſthæc ſapere decreuerint, opinationes euertemus, omnemque intellectum ad obedientiæ diſpenſationem conuertemus. Oportet enim Filium, qui in humanæ naturæ menſura ſtatuque apparuit, quæ humanæ naturæ propria ſunt, non auerſari.

2. Cor. c. 10. v. 5.

Philip. c. 2. v. 8.

Ex epiſtola ad Galatas.

Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam:

Galat. c. 2. v. 19.

καὶ Χριστοῦ. θεὸς οὖν ἄρα Χριστός. [ἡμεῖς γὰρ ναοί ἐσμεν θεοῦ ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ θεός· ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. [εἰ ναοὶ θεοῦ ζῶντός ἐσμεν, ὡς ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν τοῦ πνεύματος, ὃ καὶ εἷς] λέγεται τοῦ Χριστοῦ· εἰ γάρ τις, φησὶ, πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

Λογισμοὺς, φησὶ, καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. [ἵνα ζήτον καθαιρήσομεν πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ; ἢ πῶς αἰχμαλωτισόμεν πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ; κενέωσε γὰρ ἑαυτὸν ὁ λόγος ἑκὼν, καὶ γέγονεν ὑπήκοος τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου. ὅταν τοίνυν ἐκ τῆς οἰκονομικῶς ἢ πεπραγμένων, ἢ εἰρημένων διά γε τὴν σάρκα καὶ τὸ ἀνθρώπινον, κατεπαίρωνταί τινες τῆς γνώσεως τοῦ υἱοῦ, λέγοντες ἐκ εἶναι θεὸν ἀληθῆ, καὶ υἱὸν κατὰ φύσιν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ· τότε πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον καθαιρήσομεν, τὰς τῆς ἐκείνα φρονεῖν ἠρημένων ἀναιρέποντες δόξας, καὶ πειθαρχοῦντες πᾶν νόημα εἰς τὴν τῆς ὑπακοῆς οἰκονομίαν. δεῖ γὰρ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις γενόμενα υἱὸν μὴ παραιτεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα.

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

ΕΓΩ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα θεῷ ζήσω. Χριστῷ

ANNO CHRISTI 431.

συνεσταύρωμαι. ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ * ἐμοῦ.] τί δὲ ἄρα φησὶν ἐν τούτοις ὁ θεσπέσιος Παῦλος, κατιδεῖν ἀναγκαῖον. νόμος τέθειται παρὰ θεοῦ διὰ φωνῆς προφητῶν, καὶ ἦν οὗτος· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. τέθειται δὲ καὶ νόμος διὰ Μωσέως. νόμῳ τοίνυν τῷ τῆς πίστεως, φησὶν, ἀκολουθήσας, ἀπέθανον τῷ νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως· οὐκ ἐνεργήσας τὰ ὡς ἐν σκιᾷ καὶ τύποις διωρισμένα τοῖς ἀρχαίοις. τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ νόμῳ τῷ διὰ Μωσέως ἀποθανεῖν, ἵνα θεῷ ζήσωμεν, τῇ εἰς Χριστὸν προσκείμενοι πίστει. ὅτε τοίνυν ἀποθνήσκομεν τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ, τὴν ἐν Χριστῷ προτιμῶντες δικαίωσιν, πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, δι' ὃν καταργεῖται νόμος, ὡς διαφερούσης αὐτοῦ τῆς πίστεως; εἰ δὲ ἄνθρωπος ἁπλῶς ἦν ὁ Χριστὸς, πῶς ἂν ἐγένετο καὶ νόμου κρείττων ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτόν;

Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ἡμῖν τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις, ἐξ ἔργων νόμου, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;] εἰ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως, καί τοι θεοῦ νόμος ὤν, καὶ λαληθεὶς δι' ἀγγέλων, οὐκ ἔχει τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος χορηγίαν, οὔτε μὴν προὐξένησέ τισι τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι τὰ παράδοξα· κερδαίνομεν δὲ διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀμφότερα· πῶς οὐκ ἐν ἀμείνοσιν ἡ πίστις τοῦ παλαιοῦ νόμου; καὶ εἰ ἄνθρωπος ἦν ἁπλῶς καθ' ἡμᾶς, πῶς θεῖον κατήργησε νόμον ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτόν; καὶ εἰ ἐσμὲν ἐν ἀμείνοσιν τοῖς διὰ πίστεως μᾶλλον, ἢ οἵπερ ἦσαν κατ'

Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quid diuinus Paulus hoc loco dicat, diligenter expendendum est. Lex quam Deus prophetarum ore promulgauerat, eiusmodi erat: *Iustus autem ex fide viuet.* Erat & per Moysen quoque lex lata. Ait ergo: Fidei legem complexus, legi Mosaicæ mortuus sum; hoc est, quæ veteribus per vmbras & figuras præfinita erant, ea amplius non præsto. Hoc ipsum enim est legi Mosaicæ mortuos esse; quo nimirum fidei quæ in Christum est, adhærentes, Deo viuamus. Cum igitur iustificationem, quæ per Christum contigit, potiorem ducentes, legi Mosaicæ emoriamur; qua ratione Christus, per quem lex tamquam fide infirmior euacuatur, non erit Deus? Quod si vero Christus homo tantum erat, quomodo fides in ipsum ipsa lege superior euasit?

Habac. c. 2. v. 4.

Qui ergo tribuit nobis spiritum, & operatur virtutes in nobis; ex operibus legis, an ex auditu fidei? Si lex Mosaica tametsi Dei lex esset, & ab angelis promulgata esset, non subministrat Spiritum sanctum, neque vlli eam impertita est vim, vt miracula perpetrare posset; per fidem autem quæ est in Christum, assequimur vtrumque; quomodo fides antiqua lege non est præstantior? Rursum si homo erat Christus nulla ex parte nostri dissimilis; qui fieri potuit, vt fides in ipsum diuinam legem aboleuerit? Si item per fidem maioribus bonis perfruimur, quam qui per id tempus vi-

Galat. c. 3. v. 5.

xere, quo lex suam adhuc vim obtinebat; quomodo Christus non est Deus?

Galat. c. 3. v. 23. *Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo: omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Si lex pædagogus erat, haud ad alium nos dirigens quam ad solum Christum, quamuis Dei cognitionis esset magistra, quomodo Christus non est Deus? Rursum si lex per fidem, quæ est in ipsum, aboletur, eamdemque a pędagogiæ munere absoluit fides, tamquam quæ institutos ad summum iam bonum euexerit; summum autem bonum non est aliud quam perfecta veritatis diuinæque notitiæ scientia; cui ambiguum esse potest, quin Deus sit Christus? Baptizati autem in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, quomodo in Christũ baptizati dicimur, si Christus non est verus filius, cum vnus tantum sit natura filius? Atqui in ipsum baptizati sumus: Deus igitur est vt Filius vnus, & Dominus vnus, cum per vnionis dispensationem Verbum caro factum sit.

Galat. c. 4. v. 8. *Sed tunc quidẽ ignorantes Deũ, iis qui natura non sunt dii seruiebatis: nunc autem cum cognoueritis Deum, imo cogniti sitis a Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa?* Si Christum profitentes Deum cognouimus, & cogniti a Christo, cogniti dicimur a Deo, quomodo Christus non est Deus?

μὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, γνωσθέντες αὐτῷ· πῶς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, καθ' οὓς ἦν ὁ νόμος· πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

Anno Christi 431.

Πρὸ δὲ τοῦ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκλειόμενοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι. ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκ ἔτι ὑπὸ παιδαγωγὸν ἐσμέν. πάντες γὰρ υἱοὶ θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ιησοῦ. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.] εἰ παιδαγωγὸς ἦν ὁ νόμος, οὐκ ἐφ' ἕτερον ἀναφέρων, πλὴν ὅτι μόνον ἐπὶ Χριστὸν, καίτοι τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας διδάσκαλος ὤν· πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστός; καὶ εἰ καταργεῖται νόμος διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν, καὶ τὸ τῆς παιδαγωγίας αὐτῷ τέλος παραδίδωσιν, ὡς εἰς τὸ ἄκρον ἀγαθὸν ἀναφέρων τοὺς παιδαγωγουμένους· τὸ δὲ εἰς λῆξιν ἀγαθὸν εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν παρά γε τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας εἴδησιν· πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὅτι θεός ἐστι; βαπτιζόμενοι δὲ εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, πῶς εἰς Χριστὸν βεβαπτίσμεθα, εἴπερ ἐστὶν οὐχ υἱὸς ἀληθὴς, καίτοι τοῦ κατὰ φύσιν ἑνὸς ὄντος υἱοῦ; ἀλλὰ μὴν εἰς αὐτὸν βεβαπτίσμεθα. θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ὡς υἱὸς εἷς, καὶ κύριος εἷς, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν σαρκὸς γεγονότος τοῦ λόγου.

Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς· νυνὶ δὲ γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα;] εἰ θεὸν ἐγνώκαμεν ὁμολογοῦντες Χριστὸν, καὶ ἐγνῶσθαι φα-

οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

ANNO CHRISTI 431.

Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.] ὁ μακάριος Παῦλος Δαυὶδ λέγει· καυχήσομαι ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ σωτῆρί μου. ἔστι δὲ σοφὸς καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. οὐδὲ ἐν ἀνθρώπῳ καταισχυνθῆναι χρὴ μᾶλλον ἡμᾶς, ἀλλ' ἐπὶ θεοῦ. πῶς οὖν ὁ Παῦλος ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ καυχᾶσθαι φησίν; εἰδὼς μᾶλλον ἐπὶ θεοῦ τοῦτο δρᾶν· σκοπὸς γὰρ οὗτος τοῖς ἄλλοις ἁγίοις. ἀλλ' ὑπῆρχον πνευματοφόρος, ἐν θανάτῳ Χριστοῦ καυχᾶσθαι φησίν. οἶδεν οὖν ἄρα θεὸν ὄντα καὶ ἀληθῆ, καὶ δι' ἡμᾶς παθόντα σαρκί.

Mihi autem absit gloriari, nisi in Galat. c. 6. v. 14.
cruce Domini nostri Iesu Christi; per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Beatus Dauid canit: *Gloriabor in Deo salutari meo.* Vtique sapiens, & sancto viro conueniens dictum: non enim in homine gloriari nobis fas est, sed in Deo. Quomodo ergo Paulus in cruce Domini gloriari se prædicat, cum in Deo potius id fieri oporteret? Nam hic aliorum sanctorum scopus semper extitit. Atqui etiam Paulus diuino Spiritu non carebat; & tamen in Christi morte gloriari non dubitat. Norat ergo verum Deum esse, etiamsi nostri causa in carne mortem perpessus foret.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

ΠΕΡΙ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς φησὶ τοῦ τὴν ἐνέργειαν τῆς κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὃν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.] ἰδοὺ ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν κεκάθικεν ὁ πατὴρ ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου. ἆρα οὖν συνεδρεύει τῇ ὑπὲρ πάντα φύσει καθ' ἡμᾶς νοουμένῳ ἀνθρώπῳ, καὶ ἕτερον οὐδέν; ἢ ὅπερ ἐστὶν ἀληθές, ὡς θεὸς ἐνανθρωπήσας, καὶ ὑπάρχων ἡμῖν ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, καθὸ πέφηνεν ἐξ αὐτοῦ, πρόσληψιν δὲ τὸ

Ex epistola ad Ephesios.

SECVNDVM *operationem potentiæ virtutis eius* (est hic sermo de Deo & Patre) *quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus super omnẽ principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.* En illum ipsum quem ex mortuis exsuscitarat, cõstituit Pater ad dexteram suam supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & omne nomen quod nominatur. Numquid ergo homo nostri similis, & nihil aliud, in naturæ omnium supremæ dextera assidet? an quod verum est, vt Deus homo factus? Verbum namque Patri, prout ab eo procedit, consubstantiale, natura humana dispensatorie assumpta, factum est homo. Quare effectum est, vt in vno eodemque simul Deus exi- Ephes. c. 1. v. 19.

al. τῶν ἀνθρώπινον οἰκονομικῶς, ἵνα ἐν * αὐτῷ νοῆται θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὁ

ſteret, & homo, diuina gloria redimitus.

Ephes. c. 2. v. 11. *Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumciſio in carne, manufacta: quod eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati a conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo.* Si gentes Chriſtum non habentes, in impietate ſecundũ hunc mundum perſeuerabant; poſtquam autem ipſum habere cœperunt, abſque Deo non fuerunt: quid ita Chriſtus non eſt Deus?

Ephes. c. 3. v. 14. *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur; vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiori homine, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.* Nomen hoc Chriſtus Ieſus (vt ſæpiſſime iam ante monuimus) vbique Dei Patris Verbum humana forma indutum ſignificat. Si ergo Chriſtus (poſteaquam Verbum, quod ipſum quoque per ſpiritum vt Deus in nobis inhabitat, carnẽ ſemel aſſumpſit) non eſt Deus; quomodo per fidem in cordibus noſtris inhabitare dicitur? Rurſum ſi communis homo eſt Chriſtus, & filius ab eo diuerſus, qui natura filius eſt, & ſolus ex Deo natus eſt; quis, quæſo, eſt ille, qui habitat in nobis? Aut quomodo in hominibus inhabitat per fidem? cum Ioannes de eo dilucide dicat: *In hoc cognoſcimus, quod in eo manemus, & ipſe in nobis eſt, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.*

1. Ioan. c. 4. v. 13.

αὐτὸς, καὶ διὰ τοῦτο τῇ θείᾳ δόξῃ κατεστεμμένος;

ANNO CHRISTI 431.

Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ποτὲ ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς * Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ισραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν, τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ.] εἰ Χριστὸν οὐκ ἔχοντα τὰ ἔθνη διετέλουν ἐν ἀθεότητι κατὰ τοῦ κόσμον· ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἐσχήκασιν, οὐ μεμενήκασιν * ἄθεοι· πῶς ἄρα οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

* θεοῦ

* ἄθεοι

Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τοῦ πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τοῦ ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.] τὸ Χριστὸς Ιησοῦς ὄνομα, καθὸ πλειστάκις εἰρήκαμεν, ἀνθρωπείᾳ μορφῇ τοῦ ἐκ θεοῦ πεφηνότα λόγον σημαίνει πανταχοῦ. πῶς οὖν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κατοικεῖ διὰ τῆς πίστεως, εἰ μὴ νοεῖται θεὸς, ἑνώσαντος ἑαυτῷ τὴν σάρκα τοῦ λόγου, ὃς καὶ θεϊκῶς ἐν ἡμῖν κατοικεῖ διὰ τοῦ πνεύματος; εἰ δὲ κοινὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ ἕτερος υἱὸς παρὰ τοῦ φύσει καὶ μόνον, φημὶ δὴ τοῦ ἐκ θεοῦ· τίς ὁ ἐν ἡμῖν κατοικῶν; ἢ πῶς ἀνθρώποις διὰ πίστεως ἐνοικίζεται; καίτοι λέγοντος Ιωάννου σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ· ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν.

Ex

ANNO CHRISTI 431.

Ex τῆς πρὸς Φιλιππησίους.

ΠΕΡΙ τῆς ἐν νόμῳ καυχημάτων φησίν· ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μενοῦνγε ἡγοῦμαι τὰ πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω.] διὰ τί ζημία καὶ σκύβαλα ἐν νόμῳ; τί δὲ καὶ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ; καίτοι θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθινὸν ὁ διὰ Μωσέως νόμος τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐκήρυττεν· οἱ δὲ τῆς νέας διαθήκης μυσταγωγοὶ Χριστὸν τῷ κόσμῳ κατηγγέλκασιν. ἀλλ' εἰ μὴ ἦν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, αὐτὸ δὴ τοῦτο κοινός, οὐχ ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν, τῇ πρὸς γε θεὸς τὸν (ὃν τρόπον) ἐκ θεοῦ λόγον, θεὸς εἶναι πεπιστευμένος, πῶς ὑπερέξει τῆς νομικῆς πίστεως ἡ κατ' αὐτόν;

Ex epistola ad Philippenses.

QVÆ *mihi fuerunt lucra* (de gloriationibus in lege loquitur) *hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Quid est, amabo, eximia Christi Iesu scientia? cur omnia quæ legis sunt, detrimentorum & quisquiliarum loco duxit; cum lex Mosaica priscis illis hominibus verum naturalemque Deum prædicauerit, non secus ac nouæ legis doctores Iesum Christũ nũc hominibus annuntiant. Sane si tantum communis nostrique similis homo esset, cum Verbo quod ex Deo procedit, hypostatica vnione non coniunctus, atque ideo nec Deus creditus; non video, qua ratione fides in ipsum, fidem quæ ex lege est, excellet. *Philipp. c. 3. v. 7.*

Ex τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς.

ΝΥΝ χαίρω, φησὶν, ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία, ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οἷς ἠθέλησεν ὁ θεὸς γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης, ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν.] πῶς κέκρυπται τὸ

Ex epistola ad Colossenses.

GAVDEO *nunc* (inquit) *in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei; mysterium quod absconditum fuit a sæculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, in nobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus.* Quomodo abditum est *Coloss. c. 1. v. 25.*

mysterium, aut Dei prorsus Verbum est, aut cuiusmodi tandem gloriæ opes suppetunt Christo, si quidem vulgaris tantum nostrique similis homo existit? Neque enim grande aut magni alicuius ponderis mysterium hic latet, si Christo non cohæremus tamquã Deo, certoque persuasum habemus Dei Verbum, quod in forma & æqualitate Patris est, hominem factum ad vltroneam exinanitionem se demisisse, manens interim hoc ipsum quod erat. Ad hunc enim modum mysterium hoc acceptum ingentes magnificentiæ & gloriæ diuitias offert.

Coloss. c. 2. v. 6. *Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum nostrum, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati fide.* Quomodo nos Christum susceperimus, id sacer Ioannes eiusmodi oratione breuiter explicat: *Et Verbum,* *Ioan. c. 1. v. 14.* inquit, *caro factum est.* Verumtamen licet caro factum est, per hoc tamen Verbum esse non desiit. Nam etiam in eo statu pari cum Patre auctoritate pollet; & qui crucis supplicium pertulit, Dominus gloriæ appellatur.

Coloss. c. 4. v. 2. *Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione: orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum) vt manifestem illud ita, vt oportet me loqui.* Sane si Christus Deus non esset, sed homo tantum diuinæ gratiæ munere donatus, mysterium de ipso non admodum profundum foret. Quo igitur ostio patefacto opus erat, vt illud manifestaretur, commodeque (vt oportebat) proponeretur? siquidem non est res magna, aut ardua de homine di-

μυστήριον, ἢ πῶς ὅστιν ὅλως λόγος θεοῦ, ποῖος δὲ ὁ πλοῦτος τῆς δόξης ἔνεστιν αὐτῷ, εἴπερ ὅτι κοινὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ὁ Χριστός; οὐδὲ γὰρ μέγα ὅστιν, ἀλλ' οὐδὲ ἀξιόλογον τὸ μυστήριον, εἰ μὴ ὡς θεῷ προσιέμεθα τῷ Χριστῷ, καὶ σωιέμεθα, ὅτι θεὸς ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐν ἰσότητι καὶ μορφῇ τῇ πατρὸς, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, γυμνὸς ὢν θεότητος, καὶ μεμψικῶς ὅπερ ἦν. πλούσιον γὰρ οὕτω, καὶ δόξῃ πολλῇ νοεῖται τὸ μυστήριον.

Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον ἡμῶν, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι τῇ πίστει.] πῶς οὖν παρελάβομεν τὸν Χριστὸν, διδάσκει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἀλλ' οὐ πέπαυται τὸ εἶναι λόγος, καὶ εἰ γέγονε σὰρξ. συνεδρεύει γὰρ καὶ οὕτω τῷ ἰδίῳ πατρὶ, καὶ κύριος τῆς δόξης ὁ ἐσταυρωμένος ὀνόμασται.

Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ· προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ, δι' ὃ καὶ δέδεμαι· ἵνα φανερώσω αὐτὸ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι.] εἰ μὴ θεὸς ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπος δὲ θείᾳ χάριτι τελειωθεὶς, οὐδὲν ἔχει βάθος τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον. ποίας οὖν ἐδεῖτο θύρας εἰς τὸ * φανερῶς αὐτὸ, καὶ καθὼς ἔδει λαλῆσαι; μέγα γὰρ οὐδὲν ἢ χαλεπὸν τὸ περὶ ἀνθρώπου λέγειν, ὡς εἶη κατὰ Φύσιν ἄνθρωπος. εἰ δὲ ἄνθρωπος

Anno Christi 431.

* φανερῶσαι

ANNO CHRISTI 431.

γεγονὼς ὁ ἐκ θεοῦ κηρύττεται λόγος, χρεία δήπου πάντως θεοῦ, τῷ καὶ θύραν ἀνοίγοντος, καὶ δι δόντος λαλῆσαι τὸ μυστήριον, καθ' ὃν θεοσηκὴς ζήτησις.

cere, quod natura homo sit. Si autem Verbum Dei homo factum prædicetur, iam omnino opus erit præsidio Dei, qui ostium referet, conuenientemque mysterii huius explicationem largiatur.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους.

ΟΤΑΝ δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ.] μονογενὴς κατὰ φύσιν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς ὠνόμασται λόγος, ὅτι μόνος ἐκ μόνου γεγέννηται τοῦ πατρός· ἐρρήθη δὲ καὶ πρωτότοκος, ὅτε καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκουμένην αὐθρωπος γεγονὼς, καὶ μέρος αὐτῆς. πλὴν καὶ οὕτω προσκυνεῖται παρὰ πᾶσι ἁγίων ἀγγέλων, ἀνακεκλημένου τε καὶ προσήποντος μόνῳ θεῷ τῷ καὶ προσκυνεῖσθαι δεῖν. πῶς οὖν οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ ἐν οὐρανῷ προσκυνούμενος;

Ex epistola ad Hebræos.

CVM *introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* Naturale Dei Patris Verbum vnigenitus appellatur, quandoquidem solum ex solo Patre genitum est: primogeniti autem nomen tum demum obtinuit, quando homo, & mundi pars effectum in hunc terrarum orbem ingressum est. Verumtamen hac quoque ratione a sanctis angelis adoratur. Iam cum adoratio soli Deo debeatur, & ad illum solum referatur, quis Christum Deum esse ambigat, vt qui etiam in cælo adoretur? *Hebr. c. 1. v. 6. Psa. 96. v. 8.*

Καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. πρὸς δὲ τὸν υἱόν· ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ, ἡ ῥάβδος τῆς εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας* ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.] εἰ ποιητὴς ἀγγέλων ὅστις ὁ θρόνον ἔχων εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἀγαπήσας τε δικαιοσύνην, καὶ μεμισηκὼς* ἀδικίαν, καὶ διὰ τοῦτο κεχρίσθαι λεγόμενος τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς θεοῦ καὶ πάντας· τί δὴ ἄρα φαμὲν εἰς συνοίας ἐρχόμενοι τὰς ἐπ' αὐτῷ; εἰ γὰρ ποιεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ θρόνον ἔχει θεότητος· ἵνα ζήτον χρείαν τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλ-

Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Si angelorum conditor est, si thronum obtinet sempiternum, si iustitiam dilexit, & iniquitatem odio habuit, eaque de causa exultationis oleo a Deo Patre inunctus fuit; quid statuere aut cogitare nos par est, dum in eiusmodi de ipso sententias inciderimus? Nam si cælestes spiritus suos facit ministros, thronumque possidet deitatis; quomodo oleo exultationis delibu- *Psalm. 103. v. 4. Psalm. 44. v. 7.*

tus asseritur? Sane angelos creat vt Deus, inungitur autem vt homo; ita vt ipsa vnctio non ad diuinam naturam, sed ad dispensationis sapiẽtiam procul dubio referatur. Est itaque Christus Deus & homo: Deus quidem natura, homo vero nostri similis dispensatorie, quando nimirum secundum carnem ex muliere natus est.

Hebr. 3. c. v. 12. *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedẽdi a Deo viuo.* Si Christum abnegantes, a Deo viuo & vero desciscimus; in fide vero quæ in ipsum est persistentes, defectionis crimine nullatenus obligamur; quomodo Christus non est Deus?

Hebr. c. 9. v. 13. *Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti?* Si Christus verus Deus non est, quam, quæso, vtilitatem illius sanguis nobis poterit afferre? aut quomodo consciẽtias nostras ab operibus mortuis poterit expiare? Quid enim vulgaris hominis sanguis virtutis aut efficacitatis habet, quod non etiã sanguis hircorũ? nihil omnino. Hoc solũ namq; inter hunc & illũ interest, quod hic sit animantis bruti, ille vero animantis ratione prędití. Verum quia naturalis Dei Filius carnem assumpsit, sanguinemq; suum pro omnibus profudit, factũ est, vt credentes in ipsum valeat emũdare, exq; mortuis operibus liberatos diuino cultui mancipare, Deoque offerre.

Hebr. c. 10. v. 28. *Irritam quis faciens legem Moy-*

ANNO CHRISTI 431.

λιάσεως; οὐκοῦν κτίζει μὲν ὡς θεὸς ἀγγέλους, χρίεται δὲ ὡς ἄνθρωπος· οὐκ εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας εὐτεχνὲς ἐρχομένου τοῦ χρίσματος. θεὸς ἄρα καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστός· θεὸς μὲν τῇ φύσει, ἄνθρωπος δὲ καθ' ἡμᾶς ὁ αὐτὸς οἰκονομικῶς, ὅτε γέγονεν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα.

Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μή ποτέ ἐστιν ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος.] εἰ ἀρνούμενοι τοῦ Χριστὸν, ἀφιστάμεθα θεοῦ ζῶντος καὶ ἀληθινοῦ· ἐμμένοντες δὲ τῇ εἰς αὐτὸν πίστει, κατ' οὐδένα τρόπον ποιούμεθα τὴν ἀποστασίαν· πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

Εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους, ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα· πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος ἁγίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ, καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι;] εἰ μὴ θεὸς ἀληθής ἐστιν ὁ Χριστὸς, τίς ἡ ὄνησις ἡ διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ; ἢ πῶς ἡμῶν καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων; αἷμα γὰρ ἀνθρώπου κοινοῦ τί τὸ πλέον ἔχει παρὰ τὸ αἷμα τῶν τράγων; ἀλλ' οὐδὲν ὅλως, πλὴν ὅτι τὸ μὲν ἐστιν ἀλόγου ζώου, τὸ δὲ λογικοῦ. ἐπεὶ δὲ ὁ ἐκ θεοῦ κατὰ φύσιν, σάρκα λαβὼν, ἔθηκεν ὑπὲρ πάντων τὸ ἴδιον αἷμα· ταύτῃ τοι καὶ καθαρίζειν δύναται τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτοῦ, καὶ νεκρῶν ἔργων ἀπαλλάττειν, καὶ προσάγειν εἰς λατρείαν τῷ θεῷ.

Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως,

ANNO CHRISTI 451.

χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ, δοκεῖτε, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τοῦ υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος *ἐνυβρίσας, ἐν ᾧ ἡγιάσθη;] ὁ θεῖον ὑβρίσας νόμον, ἤγουν ἀθετήσας, οὐκ ἴσον ἔχει τὸ ἔγκλημα τῷ εἰς ἄνθρωπον ἡμαρτηκότι, ἀλλὰ πολὺ φορτικώτερον. καὶ γοῦν ὁ μὲν νόμον παραβεβηκὼς, ὑπὸ τὴν τοῦ θανάτου πέπτωκε δίκην· ὁ δὲ εἰς ἄνθρωπον πεπλημμεληκὼς εἴη ἂν καὶ συγγνώμης ἄξιος. πῶς οὖν ἐν χείρονι δίκῃ τοῦ πλημμελοῦντος εἰς τοῦ Μωσέως νόμον, ὁ κοινὸν ἡγησάμενος τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ; ἀλλὰ μὴν ἐν χείρονι, καὶ σφόδρα εἰκότως. οὐκ ἄρα κοινὸν τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· θεὸς γὰρ ἦν ὁ λόγος γενόμενος σαρξ.

*ἀπμάσας,

Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τοῦ λαλοῦντα. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἐξέφυγον, τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα· πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τοῦ ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι, οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε· νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων· *ὅτι ἅπαξ ἐγὼ σείσω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τοῦ οὐρανόν.] τίς ὁ χρηματίσας ἐπὶ γῆς, ὃν παραιτησάμενοι κεκινδυνεύκασιν οἱ τῶν Ἰουδαίων πατέρες; ἢ δῆλον, ὅτι Μωσῆς; ἀλλ' οὐκ ἐκ γῆς ὁ Χριστὸς, ἐξ οὐρανῶν δὲ μᾶλλον. ὁ γὰρ ἄνωθεν καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς θεὸς λόγος, ἄνθρωπος γέγονε καὶ θεός. χείρων οὖν ἡ δίκη τοῖς αὐτοῦ ἀποστρεφομένοις, καὶ μάλα εἰκότως. ὡς γὰρ ὁ σοφός φησιν Ἰωάννης· ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς

*ἴσ

si, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Si diuinæ legi contumeliam faciens, eamdemve transgrediens, non pari cum eo tenetur crimine, qui in hominem peccauerit, sed longe grauiori (siquidem qui legem violasset, mortis supplicio multabatur; qui autem in hominem deliquit, veniam interdum cõsequitur) quomodo igitur maiori pœna dignus censetur, qui Christi sanguinem pollutũ duxerit, eo qui in Mosaicam legẽ peccatum admiserit? Atqui grauiorẽ citra vllam controuersiam promeretur. Cur ita? quia Christi sanguis nõ vulgaris communisve hominis sanguis est. Verbum enim, quod carne se induit, Deus est.

Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur; multo magis nos, qui de cælo loquentem nobis auertimus, cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cælum. Quis ille, quæso, quem cum in terris loquentem Iudæorum maiores aspernarentur, graue sibi periculum acciuerunt? an non clarum est Moysen hunc extitisse? At Christus non de terra, sed de cælo est. Nam Deus Verbum, quod de supernis est, & ex Patre ortum est, factus est homo, idemque Deus. Grauius proinde suppliciũ debetur his, qui ipsum auersantur: nec iniuria. Quandoquidem, vt sapiens Ioannes monet: *Qui de terra est, de terra loqui-*

Hebr. c. 12. v. 25.

Ioan. c. 3. v. 31.

ANNO CHRISTI 431.

tur, hoc est humana: *qui autem de supernis venit, super omnes est*; nempe vt Deus. Hunc autem Christum esse, & fuisse, quæstionem nullam habet.

Hebr. c. 13. v. 8. *Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in sæcula.* Verbum quod ex Deo gignitur, tunc demum Iesu Christi appellationem sortitum comperimus, cum ex muliere factum est homo. Sed quomodo idem est heri, & hodie, & in sæcula? Non alia vtique ratione, quam carnis, quam assumpsit, cum Dei Verbo vnione, vt vnus intelligatur filius. Hac namque consideratione, etiamsi, vt carne indutum est animo concipiatur, suam nihilominus naturalem stabilitatem integram semper retinet.

λαλεῖ, τουτέστιν ἀνθρώπινα· ὁ δὲ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ὄντων, ὡς θεὸς δηλονότι. * τοῦτο δὲ ἰῶτε καὶ ἔστι Χριστός.

* Ioan. cap. 3.

Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτός, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.] Ὅτι ἐκ θεοῦ φωνὴ λόγον τότε κεκλημένον εὑρήσομεν Ἰησοῦν Χριστόν, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικός. πῶς οὖν ὁ χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας; ἑνώσει δηλονότι τῇ πρὸς τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, εἰς υἱὸν ἕνα νοουμένης τῆς ἀναληφθείσης ἐξ ἀνθρώπου σαρκός. οὕτω γὰρ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λόγου κατὰ φύσιν μένει πάλιν ἀπαθῆ, νοουμένῳ καὶ μετὰ σαρκός.

Ex priori ad Timotheum.

Ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης.

1. *Tim. c. 1. v. 1.* PAVLVS *apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo dilecto filio in fide.* Nomen hoc Saluator nulli alteri æque vere proprieque conuenit, ac soli vero naturalique Deo. Vnde doctor noster id nominis nunc quoque illi imponit. Atqui Iesus Christus, & Dominus, & Saluator noster est. Vocatus est enim Iesus, nominisque vim ac significationem beatus angelus exponens, ita ait: *Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Deus igitur est Christus. nam iuxta diuini Pauli doctrinam, ipse est Saluator omnium hominum.

Matth. c. 1. v. 21.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐπιταγὴν θεοῦ σωτῆρος ἡμῶν, Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει.] τὸ τοῦ σωτῆρος ὄνομα πρέποι ἂν μᾶλλον ἢ ἑτέρῳ κυρίως τε καὶ ἀληθῶς, πλὴν ὅτι δὴ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν ὄντι θεῷ. οὕτω καὶ νῦν αὐτὸν ὠνόμασεν ὁ μυσταγωγός. ἀλλ' ἔστι σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὠνόμασται δὲ Ἰησοῦς, καὶ πλὴν τοῦ ὀνόματος δύναμιν, ἤγουν ἑρμηνείαν σαφῆ καθίστησιν ὁ μακάριος ἄγγελος ἐφάσκει· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. θεὸς οὖν ἄρα ὁ Χριστός, εἴπερ ὄντως σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, κατά φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

Ex epistola ad Titum.

Ἐκ τῆς πρὸς Τίτον.

Tit. c. 2. v. 11. APPARVIT *enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos vt abnegantes*

ΕΠΕΦΑΝΗ γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησά-

ANNO CHRISTI 431.

μῶμοι τῷ ἀσεβείᾳ, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων.] ποία χάρις ἐπέφανεν ἡμῖν, ἢ ποίου θεοῦ, καὶ τοῦ λεγομένου σωτῆρος εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι θεὸς ὢν κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, καθὼς τὸ μακάριον Δαυὶδ· ἀνοίξω τὸ ἐξ οὐρανῶν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης προσδεχόμεθα· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ μέγας θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα πάσης ἀνομίας ἀπαλλάξας, ἑαυτῷ περιποίησῃ γνησίους προσκυνητάς. εἶτα τίς ὁ λέγων ἐκ εἰ θεὸν ἀληθινὸν Ἐμμανουὴλ, τὸ μακαρίου Παύλου περὶ αὐτοῦ λέγοντος· τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ;

impietatem, & sæcularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatã spem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Qualis, quæso, gratia, aut cuiusnam Dei gratia apparuit nobis, quæ omnibus hominibus salutaris hoc loco prædicatur? Planum est, quod illius Dei & Domini, qui iuxta beatum Dauid, illuxit nobis, cuiusque glorioſam manifestationem de cęlis expectamus. Magnus hic Deus est ipse Saluator noster Iesus Christus, qui obtulit semetipsum pro nobis, quo ab omni peccato absolutos, germanos sibi constitueret adoratores. Cum ergo beatus Paulus Saluatorem nostrum Iesum Christum magnum Deum prædicet, quis Emmanuelem verum Deum esse inficiari audeat?

Psalm. 117. *v.* 27.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΘΟΛΙΚΩΝ.

Ἐκ τῆς Ἰακώβου ἐπιστολῆς.

Ὅτι θεὸς ὁ Χριστός.

ΜΗ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων.] πᾶσα δόσις, φησὶν, ἀγαθὴ· ἀγαθὴ δὲ δόσις, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸ δυνάσθαι πληροῦν αὐτὸ τὰς θεοσημείας. εἶτα εἰ τοῖς ἁγίοις χαρίζεται τὸ πνεῦμα Χριστὸς, καὶ μᾶλλον καὶ τὸ δυνάσθαι πληροῦν τὰ παράδοξα· πῶς οὐκ ἂν εἴη θεὸς ἀληθινὸς ὁ Χριστός;

EX CATHOLICIS.

Ex Iacobi epistola.

Quod Christus sit Deus.

NOLITE *errare, fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Omne,* inquit, *datum optimum:* sane bonum munus est Spiritus sanctus, patrandorumque miraculorum facultas per ipsum impertita. Cum ergo Christus Spiritum sanctum sanctis impertiatur, potestatemque vt diuina miracula edant, iisdem largiatur; quomodo nõ est verus Deus?

Iacob. c. 1. *v.* 16.

Iacob. c. 4. v. 7. *Subditi igitur estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet a vobis.* Ecce in his aperte dicit oportere nos Deo subiici. Dicit autem Christus: Matth. c. 11. v. 29. *Tollite iugum meum super vos.* Cum ii qui Christi iugum in se tollunt, non alteri cuipiam subiiciantur, quam Deo; quomodo Christus non est Deus?

Υποτάγητε οὖν * τῷ θεῷ, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. ἰδοὺ σαφῶς ἐν τούτοις, ὑποτάττεσθαι δεῖν ἡμᾶς ἔφη τῷ θεῷ. φησὶ δὲ Χριστός· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. ὅτε τοίνυν οἱ τὸν ζυγὸν αἴροντες τὸν αὐτοῦ, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ παρὰ τὸν θεὸν ὑποτάττονται, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεός;

ANNO CHRISTI 431.

* τῷ κυρίῳ

Ex priori epistola Petri.

Εκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς πρώτης.

1. Petr. c. 1. v. 1. PETRVS *apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris in sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionē sanguinis Iesu Christi: gratia vobis & pax multiplicetur.* Ecce secundum Dei Patris præscientiam, Iesu Christi apostolum se nominat; suique apostolatus rationem edisserens, ipsum in Spiritus sanctificationem, in obedientiam, in sanguinis Iesu Christi aspersionem peractum esse prædicat. Cum igitur qui in ipsum credunt, sanctificationis Spiritum consequantur; (aspergit enim suo nos sanguine ad emundationem) qua tandem ratione is Deus haberi non debet, qui proprio Spiritu sanctificat, suoque sanguine credentes in ipsum emundat? erat enim Deus in carne.

ΠΕΤΡΟΣ ἀπόστολος Ιησοῦ Χριστοῦ, κλητοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ασίας, καὶ Βιθυνίας, κατὰ πρόγνωσιν θεοῦ πατρὸς ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ιησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.] ἰδοὺ κατὰ πρόγνωσιν θεοῦ καὶ πατρὸς ἀπόστολον ἑαυτὸν ὠνόμασε τοῦ Χριστοῦ· καὶ τῆς ἀποστολῆς τὸν τρόπον ἡμῖν ἐξηγούμενος, ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος, εἰς ὑπακοὴν καὶ ῥαντισμὸν αἵματος Ιησοῦ Χριστοῦ πεπρᾶχθαί φησιν αὐτήν. ὅτε τοίνυν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, ἁγιαζόμεθα παρὰ τοῦ πνεύματος, ῥαντίζει δὲ ἡμᾶς καὶ τῷ αἵματι αὐτοῦ πρὸς ἀποκάθαρσιν· πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο θεὸς, ὁ ἁγιάζων μὲν ἰδίῳ πνεύματι, καθαρίζων δὲ καὶ τῷ αἵματι τοὺς πιστεύοντας; θεὸς γὰρ ἦν ἐν σαρκί.

1. Petr. c. 1. v. 3. *Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cælis.* Si Deus nos genuit in spem viuam & stabilem, effecitque hoc ipsum

Εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ὁ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα * ζωῆς δι' ἀναστάσεως Ιησοῦ Χριστοῦ ἐκ νεκρῶν, εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον, καὶ ἀμίαντον, καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς.] εἰ θεὸς ἡμᾶς ἐγέννησεν εἰς ἐλπίδα ζῶσαν καὶ μένουσαν, πέπραχε δὲ

* ζῶσαν

ANNO CHRISTI 431.

δὲ τοῦτο διὰ τῆς ἰδίας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ὁ Χριστὸς, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεός;

Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, φησὶ, καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος προφητεύσαντες ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ.] ἰδοὺ δὴ πάλιν ἐν τούτοις Χριστοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται πνεῦμα, καίτοι * θεοῦ ὄν. θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, ὡς ἴδιον ἔχων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

* θεῖον

Ex τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς β'.

ΕΓΕΝΟΝΤΟ δὲ καὶ ψευδοπροφῆται, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι. ἠγοράσμεθα γὰρ τιμῆς, οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.] ἐσμὲν οὖν ἄρα τοῦ πριαμένου, καίτοι θεῷ δουλεύοντες ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. εἶτα πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, ὃν καὶ δεσπότην ἐπεγραψάμεθα, ζῶντά τε οἴδαμεν καὶ ἀληθινόν;

Ex τῆς Ιωάννου ἐπιστολῆς πρώτης.

ΚΑΙ οἴδαμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν θεόν. καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ιησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος.] Ιησοῦς Χριστὸς, οὐ γυμνὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν καὶ ἔξω σαρκὸς, ὁ ἐκ τοῦ θεοῦ πατρὸς νοεῖται λόγος· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ὠνόμασται Χριστὸς Ιησοῦς. ὅτε τοίνυν αὐτός ἐστιν ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος, τίς τῶν ἕτερα φρονούντων ἀνέξεται;

Iesus Christus per suam ex mortuis resurrectionem; qui fieri queat, vt Deus non sit?

De qua (inquit) *salute exquisiuerunt & scrutati sunt prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt; scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi.* En hic rursum Spiritus sanctus qui Dei est, dicitur Christi esse. Deus igitur est, vt qui proprium habeat Spiritum sanctum. 1. Petr. c. 1. v. 10.

Ex posteriori epistola Petri.

FVERVNT *autem & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant. Haud enim aliquo corruptibili precio, auro vel argento redempti sumus, sed precioso Christi sanguine.* Quare sumus eius qui redemit nos, & quidem Deo viuo & vero seruientes. Cum Christo igitur Domini titulum assignemus, ipsumque viuum & verum Dominum esse non ignoremus, cur Deum esse inficias ibimus? 2. Petr. c. 2. v. 1. 1. Petr. c. 1. v. 19.

Ex epistola prima Ioannis.

ET *scimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Dei Patris Verbum, prout secundum se nude, & extra carnem consideratur, non appellatur Iesus Christus: Christi autem Iesu nomen tunc demum sortitum est, cum homo factum est. Cum ipse igitur verus sit Deus, & vita æterna, quis secus sentientes ferre queat? 1. Ioan. c. 5. v. 20.

ANNO CHRISTI 431.

Ex epistola Iudæ.

Iudæ v. 3.

OMNEM *solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Cum incarnationis doctrinam vniuerse admittamus, quomodo qui semel crediderunt, Dominum nostrum Iesum Christum negare dicuntur? Sane si alium Filium Dei Patris Verbum esse dixerimus, alium rursus eum, qui natus est ex muliere; vnum Dominum diserte inficiamur. Vnus enim Dominus Iesus Christus, carne eius secundum dispensatoriam cum Dei Patris Verbo vnionem, ad deitatis gloriam euecta. Vnus proinde est Christus, & Filius: ita enim erit huius vniuersi Dominus.

Εκ τῆς Ιούδα ἐπιστολῆς.

ΠΑΣΑΝ σπουδὴν ποιούμενος τοῦ γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς ὑμῶν σωτηρίας, ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι, οἱ καὶ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.] κατὰ τίνα τρόπον ἀρνήσεταί τις τῶν ἅπαξ πεπιστευκότων τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστόν; καίτοι παρεδεξάμεθα τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον. ἀλλ' εἰ φαμὲν, ὅτι ἕτερος μέν ἐστιν υἱὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἕτερος δὲ κατ' ἰδίαν ὁ ἐκ γυναικὸς, ἠρνησάμεθα τὸν μόνον δεσπότην. εἷς γὰρ κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν, τὴν πρός γέ φημι τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, εἰς τὴν τῆς θεότητος δόξαν ἀναφοιτώσης αὐτοῦ τῆς σαρκός. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς καὶ υἱός· ἔσται γὰρ οὕτω τῶν ὅλων δεσπότης.

Ex euangelio secundum Matthæum.

Quod Christus sit Deus.

Matth. c. 1. v. 20.

HÆC *autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* Duo simul hoc loco ponit, quæ in diuinam tantum naturam

Εκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.

Ὁτι θεὸς ὁ Χριστός.

ΤΑΥΤΑ δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ιωσὴφ υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.] δύο κατὰ ταὐτὸ τίθησι τὰ

ANNO CHRISTI 431.

θεοπρεπῆ, κ᾽ οὐκ ἀνθρωπείᾳ πρέποντα φύσει. τὸ γὰρ τεχθέντος ἐκ τῆς Μαρίας ἴδιον ἔφη λαὸν τοῦτον δι᾽ αὐτοῦ σεσωσμένους· κ᾽ μόνῳ, ὅτι κ᾽ ἁμαρτιῶν αὐτοῦτον αὐτὸς ἀπαλλάξει. θεοῦ δὲ τὰ πάντα, ⁊ πρέποι ἂν αὐτῷ κ᾽ μόνῳ τὸ ἀπαλλάττειν ἁμαρτιῶν δυνάσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας. θεὸς οὖν ἄρα ὅτιν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγωνημένος, οὗ κ᾽ ἴδιός ἐσμεν λαός. κ᾽ ἁμαρτιῶν δὲ ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ὡς ἔχων κ᾽ τούτου πλὴν ἐξουσίαν.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γωνηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.] ἐν Βηθλεὲμ γεγώνηται τῆς Ἰουδαίας, ἐκ ῥίζης Ἰεσσαί. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ δι᾽ ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ θεὸς καὶ πατήρ· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, μὴ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. πῶς οὖν ὁ γεγωνημένος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἀπ᾽ ἀρχῆς αἰώνων τὰς ἐξόδους ἔχειν λέγεται, τουτέστι τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχήν, καὶ ὅτι γωνηθεὶς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς; θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, καὶ πρέπει αὐτῷ τὸ τοῦ θεοῦ λόγου πρεσβύτατον· θεὸς γὰρ ὢν δι᾽ ἡμᾶς σαρκικὴν ὑπομείνας γώνησιν πλὴν ἐκ γυναικός.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς ἐν ὕδατι βαπτίζω, φησὶν, εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ὅτιν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, κ᾽ διακαθαριεῖ πλὼ ἅλωνα αὐτοῦ.] οὐκ ἀνθρωπότητος ἔργον εἶναι φαμὲν τὸ βαπτίζειν ἐν ἁγίῳ πνεύματι· ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦ ἅλωνα τὸν νοητὸν,

quadrant, non etiam in humanã. Asserit namque eius, qui ex Maria ortus est, eos omnes, qui salutem per ipsum consequuntur, populum esse peculiarem; tum ipsis eisdem illum peccata dimissurum. Atqui Dei sunt vniuersa; ipsiusque solius est, peccatorum laqueis irretitos expedire. Is igitur, qui ex sacra Virgine natus est, Deus est, cuius nos peculiaris populus sumus, quique e peccatorum vinculis pro sua potestate nos exemit, ac liberauit.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudææ. In Bethlehem Iudææ natus est, ex Iessæa radice. Vnde Deus & Pater per quemdam e sacris vatibus ita ait: *Et tu Bethlehem domus Ephrata, nequaquam minima es, vt sis in millibus Iuda. Ex te enim egredietur mihi qui regat populum meum in Israel: & egressus eius ab initio a diebus æternitatis.* Quomodo Bethlehemita ille ab initio sæculi egressus, hoc est substantiæ principium sortitus dicitur, cum tamen in nouissimis sæculi temporibus natum ipsum esse constet? Deus igitur est Christus, ipsiusque diuini Verbi antiquitas in illum conuenit. Nam Deus erat propter nos ex muliere homo nasci dignatus. *Matth. c. 2. v. 1.* *Mich. c. 5. v. 2.*

Ego quidem, inquit, baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam. Haudquaquam humanæ naturæ opus est in Spiritu sancto baptizare: sed neque spiritalem quoque aream, hoc est *Matth. c. 3. v. 11.*

homines ætatem in terra agentes, hominis propriam esse concesserimus: nam omnia solius Dei sunt; ipsique soli congruit illos, qui credunt, in Spiritu sancto posse baptizare. Atqui Christus, qui secundum carnem post Ioannem veniebat, potenter isthæc præstabat, idemque suam quoque aream permundat. Verus itaque Deus est Christus.

Matth. c. 8. v. 2. *Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius.* Opus diuinum moliri, non est virium humanarum. Conuenit id autem in principem omnium naturam, hoc est diuinam. Atqui Christus eiusmodi opera molitur; non est ergo nudus homo, quemadmodũ nos, sed Deus humanam naturam indutus. Quod de leproso mundato hic dicitur, hoc de socru Petri, de ventis item & mari, deque vndis quas increpauit, dictum accipiatur. Quare diuini quoque illius discipuli animaduertentes illi & mare & ventos obedire, admirabundi aiebant: *Ecqualis nam hic est?* Intelligebant enim, eiusmodi opera patrare posse, rem esse, quæ nudi hominis facultatem superaret. Christus itaque & Deus & homo simul erat.

Matth. c. 8. v. 28.

Matth. c. 8. v. 31. *Dæmones rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis; Ite.* Omnibus prouidere, cunctaque conseruare, ad quem obsecro spectat, nisi ad eum solum, qui secundum naturam Deus est? Hinc & Saluator quoque: *Nonne*, inquit, *duo passeres asse veneunt, & vnus ex il-*

Matth. c. 10. v. 29.

ANNO CHRISTI 431.

τουτέστι τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, ἰδίαν εἶναί φαμεν ἀνθρώπου. θεοῦ γὰρ τὰ πάντά ἐστι, καὶ αὐτῷ καὶ μόνῳ πρέπει τὸ ἐν ἁγίῳ πνεύματι βαπτίζειν δύνασθαι τοὺς πιστεύοντας. ἐνήργηκε δὲ τοῦτο Χριστὸς ὁ μετὰ Ἰωάννην ἐρχόμενος κατὰ σάρκα, ἤτοι τῶν τῆς σαρκὸς χρόνων. αὐτὸς δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἅλωνα καθαρίζει. θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ἀληθής.

Καὶ ἰδοὺ λεπρὸς προσελθὼν, προσεκύνει, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, λέγων· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.] τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι θεοπρεπῶς, οὐκ ἴδιον ἀνθρώπου, αὐτῇ δὲ μᾶλλον ἐποιεῖτο ἂν καὶ μόνῃ τῇ πάντων ἐπέκεινα φύσει. ἐνεργεῖ δὲ οὕτω Χριστός· οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, θεὸς δὲ μᾶλλον ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ. οὕτω νοήσεις καὶ ἐπὶ τῆς Πέτρου πενθερᾶς, κἂν τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμῶν ὁρῷτο, θαλάσσῃ τε καὶ ὕδασιν. ὅθεν καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ καὶ θάλασσαν καὶ ἀνέμους ὑποκειμένους ὁρῶντες, τεθαυμάκασι λέγοντες· ποταπός ἐστιν οὗτος; οὐ γὰρ ἦν ἀνθρώπου ψιλοῦ τὰ τοιαῦτα δύνασθαι δρᾷν. θεὸς οὖν ἄρα κατὰ ταὐτὸν καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστός.

Οἱ δὲ δαίμονες, φησὶ, παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες· εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, * ἀπόστειλον ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε.] τὸ προνοεῖν τῶν ὅλων, καὶ σώζειν αὐτὰ, τίνος ἂν εἴη, πλὴν ὅτι μόνου τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος θεοῦ; οὕτω καὶ ὁ σωτὴρ ἔφασκεν· οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλοῦνται, καὶ ἓν ἐξ

* ἀπόστειλον ἡμῖν ἀπολθεῖν

ANNO CHRISTI 431.

ἀπῶν οὐ πεσεῖται ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν.] ἰδοὺ τοιγαροῦν τοσούτου τοῦ ὄντων φροντίσαι ἐποιεῖτο Χριστὸς, ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσι μηδὲ χοίρων ἀγέλης ἔχειν τινὰ ἐξουσίαν. παρακληθεὶς οὖν ἐπέτρεψε μόλις, οὐκ ἐκείνοις πλησῶν τινὰ αἴτησιν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἀναπείσῃ φρονεῖν, ὅτι προνοεῖται τοῦ ὅλων ὡς θεός. εἶτα πῶς οὐ θεὸς, ὁ θεοπρεπῆ τινὰ ἐξουσίαν, καὶ τὸ κῦρ παντῶν κράτος * ἀνημμένῳ, καὶ σώζων ὡς ἴδια τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενα;

* ἀνημμένος.

Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε αὐτὰ ἐκβάλλειν, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.] οἶδεν ὄντα τοῦ θερισμοῦ κύριον τὸν τοῦ ὅλων θεόν. αὐτὸς γὰρ ἢ ἄλως ἡ νοητὴ, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπότης· αὐτὸς καὶ ὁ θερισμός. ἀλλ' ἰδοὺ, δεηθῆναι προστάξας τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἐαυτὸν δείξας ὄντα τοῦτον, ἐκβαλὼν τοὺς ἐργάτας, τουτέστι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· οἷς καὶ ἔδωκεν ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων ὡς θεός. οὐ γὰρ ἔστι τοῦ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρου τὸ δίδοναι τισὶ τὸ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐνέργειαν· ἔδωκε δὲ Χριστός· εἶτα πῶς οὐ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἔστι θεὸς, εἰ μὴ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος;

lis non cadet super terram sine Patre vestro, qui in cælis est? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. En tantam rerum prouidentiam habebat Christus, vt absque illius permissu ne in porcorum quidem gregem potestatem exercere immundis spiritibus integrum esset. At rogatus vix permisit, non vt illorum libidini morem gereret, sed vt nobis, se omnibus tamquam Deum prouidere persuaderet. Et quomodo tandem ille Deus non est, qui potestatem habet, quam in solum Deum cadere certum est; quique in omnia imperium exercet, & conseruat quæ per ipsum condita sunt, tamquam propria?

Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt emittat operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Norat vniuersorum Deum messis esse Dominum. eius namque vtrumque est, & ipsa spiritalis area, hoc est humanum genus; & ipsa rursum messis. Sed aduerte, cum messis Dominum obsecrandum esse monuisset, mox seipsũ eiusmodi Dominum esse euidenti argumento declarans, emisit operarios, hoc est sanctos apostolos, quibus vt Deus potestatem contra immundos spiritus est impertitus. Neque enim humanæ naturæ facultatis est, Spiritus sancti vim aut operationem alicui impertiri. Cum eam ergo Dei Verbum, tametsi caro factum, hoc est Christus impertiatur, quomodo Deus non est natura & veritate?

Matth. c. 9. v. 37.

Matth. c. 10. v. 1.

Matt. c. 10. v. 32.

Omnis ergo, qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego illum coram Patre meo, qui in cælis est. Non pauci sanctorum ad martyrii gloriam euocati, Christumque intrepide confessi, tormentis & morte consummati sunt. Quęro autem, num ob id martyricam coronam adepti sint, quod Christum communem hominem esse constanter affirmarent? an ob id verius, quod sua eum confessione tamquam Deum venerarentur? Res est clara: constat enim a martyrii gloria excidisse, Christumque in die iudicii illos vicissim abnegare comperturos esse, qui illum inficiati sunt. Iam quomodo Deus is censendus non est, qui martyrii gloria eos afficit, qui ipsum Deum esse vere confitentur?

Matt. c. 11. v. 28.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. Si Emmanuel verus Deus non est, cum Deo seruiant omnia, cur suum ille iugum nobis imponit? Iugum autem & ipsa quoque lex appellata est. Verum Christus proprium nobis iugum imponit, nosque obnoxios sibi reddit, tametsi Patri submittat omnia. Deus igitur est. Vnde vt omnia illi subiecta sint, par est.

Matt. c. 12. v. 5.

An non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia maior templo hic est. Si sacerdotes qui sabbatum profanant, ob id culpa vacant, quod diuino cultui incumbant;

Πᾶς οὖν, ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] πολλοὶ κέκληνται τῶν ἁγίων πρὸς τὴν τοῦ μαρτυρίου δόξαν, καὶ τετελείωνται διὰ παθημάτων καὶ θανάτου, Χριστὸν ὡμολογηκότες. ἆρ' οὖν ἐστεφάνωνται, διαβεβαιούμενοι καὶ λέγοντες ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν αὐτὸν, ἢ μᾶλλον ὡς θεὸν ταῖς ὁμολογίαις τετιμηκότες; ἀλλ' ἔστι δῆλον. οἱ γὰρ τοῦτον ἀρνησάμενοι, καὶ τῆς τοῦ μαρτυρίου δόξης ἀπώλισθον, καὶ αὐτὸν εὑρήσουσιν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀρνούμενον αὐτοῦ τοῦ Χριστόν. εἶτα πῶς οὐ θεὸς, ὁ τῇ τοῦ μαρτυρίου δόξῃ στεφανῶν τοῦ, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, ὁμολογοῦντας αὐτόν;

Δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τοῦ ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς.] εἰ μὴ θεός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Εμμανουὴλ, τίνα τρόπον τοῦ ἑαυτοῦ ζυγὸν ἡμῖν ἐπιτίθησι; θεοῦ γὰρ δοῦλα τὰ πάντα. εἴρηται δὲ ζυγὸς καὶ ὁ νόμος. ἀλλὰ ἐπιτίθησιν ἡμῖν ὁ Χριστὸς τοῦ ἴδιον ζυγὸν, ἑαυτῷ τε ὑποτάττει, καίτοι τὰ πάντα ὑποφέρων τῷ πατρί. θεὸς ἄρα ἐστίν. ὅθεν αὐτῷ καὶ ὑποκεῖσθαι τὰ πάντα πρέπει.

Η οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι ἐν τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε.] εἰ βεβηλοῦντες τὸ σάββατον οἱ ἱερεῖς ἀναίτιοί εἰσιν, ὡς θεῷ προσάγοντες τὰς θεραπείας·

Anno Christi 431.

Anno Christi 431.

πῶς τῶν ἐν τῷ ἱερῷ δρωμένων νοεῖται μείζων ἡ Χριστοῦ θεραπεία; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι οἱ μὲν ἐν νόμῳ καὶ σκιᾷ καὶ ὑποδείγματι τῶν ἐπουρανίων λατρεύκασιν· οἱ δὲ θεσπέσιοι μαθηταὶ θεοσεβοῦντές τε καὶ λειτουργοῦντες τῷ Χριστῷ, μείζονα καὶ τιμὴν δόξαν ἔσχον. καὶ εἰ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας ἐν ἀμείνοσι τὸ λειτουργεῖν τῷ Χριστῷ, πῶς ἂν οὐκ οἴοιτο θεὸς ἀληθής;

quomodo cultus qui Christo impenditur, ministerio quod sacerdotes in templo obibant, præstantior censetur? atqui apertum est eos, qui sub lege viuebant, in vmbra & figura supercælestium Deo ministrasse. Sed diuini illi discipuli Christi sectatores, ipsique ministrantes, ampliori honore & gloria potiti sunt. Quod si ministerium quod Christo exhibetur, legali cultui multum antecellit, quomodo in sobrii cuiusquam cogitationem cadere potest, Christum non esse verum Deum?

Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, φησὶν, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ κριταὶ ἔσονται ὑμῶν.] εἰ ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ πεθεραπεύκασι τοὺς δαιμονῶντας οἱ μαθηταί· ἐπεφώνουν γὰρ ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου· πῶς ἂν οὐκ οἴοιτο θεὸς ἀληθής; οὐ γὰρ ἂν ἐξήρκεσεν ἀνθρώπου δόξα καὶ δυνάμις εἰς τὸ καταγῶσαι τὸν σατανᾶ.

Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filii vestri in quo eiiciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt. Si in Christi nomine a dæmonio vexatos discipuli curabant; (inuocabant enim nomen Iesu Nazareni) quomodo de vera illius diuinitate ambigere fas est? Neque enim vlla omnino gloria aut potentia humana sat fuerit ad debellandum satanam. *Matt. c. 12. v. 27.*

Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ καίεται· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος. ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκανδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν· καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός.] Θεὸν θεοῦ λέγεσθαι· εὐλογεῖτε τὸν κύριον πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἀγγέλου ἀγγέλου ἐστὶ, θεοῦ δὲ μᾶλλον τὰ πάντα. πῶς οὖν φησι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ; θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν, ὡς καὶ ἰδίους ἔχων τοὺς ἀγγέλους, καὶ διὰ τοῦ ἄνω πνεύματος ὑπηρετούμενος.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur; sic erit in consummatione sæculi. Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. De Deo legimus: *Benedicite Domino omnes angeli eius.* Neque enim angelus angeli est, sed Dei sunt omnia. Cum ergo de Filio hominis dicatur, quod missurus sit angelos suos; angelosque & spiritus illos supremos tamquam proprios ministros possideat; euidens fit, illum esse Deum. *Matt. c. 13. v. 40.* *Psalm. 102. v. 20.*

Ἠρώτησεν ὁ Χριστός· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; οἱ δὲ εἶπον· οἱ μὲν, Ἰωάννην τὸν βαπτι-

Interrogabat discipulos suos: Quem me dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Ioannem Baptistam; alii autem E- *Matt. c. 16. v. 13.*

liam, alii vero Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dixit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis. Si Christus communis vulgarisve tantum homo est, cur Petrus ob suam confessionē admirabilis declaratus & laudatus est? Quomodo diuinitus perhibetur edoctus? Aut quanam superna opus erat illi illuminatione, vt illud Christi mysterium caperet? Verum quia Deum esse agnouit, viuentisque Dei Filium esse prædicauit; ideo mirabilis & egregius habitus est. Neque tamen duos confessus est filios, sed vnum dumtaxat. Impium itaq; est Christum in duos diuidere filios. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis.* En iterum cælestes spiritus suos angelos vocat, etiamsi hominis filius dicatur.

Matt. c. 16. v. 27.

Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? ait: Etiam. & cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum, a filiis suis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filii. Quomodo liberum, hoc est a legis vinculo tributique pensione immunem, necnon verum Filium se prædicat, si carnis & sanguinis secundum hypostaticam vnionem particeps effectus, non est Deus? At dependit nihilominus didrachma tamquam legi obno-

Matt. c. 17. v. 23.

ςήν· ἄλλοι δὲ, Ηλίαν· ἄλλοι δὲ, Ιερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ, φησὶν, ὁ Πέτρος, εἶπε· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ιησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ιωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, διὰ τί τεθαύμασται Πέτρος ὁμολογῶν αὐτόν; πῶς δέ ἐστι καὶ θεοδίδακτος, ἢ ποίας ἐδεήθη φωταγωγίας ἄνωθεν, ἵνα μάθῃ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον; ἀλλ' ἔγνω θεὸν ὄντα, καὶ υἱὸν θεοῦ ζῶντος διωμολόγησεν αὐτόν· ταύτῃ τοι τεθαύμασται. πλὴν ἕνα υἱὸν, καὶ οὐχὶ δύο υἱοὺς φησι. δυσσεβὲς οὖν ἄρα τὸ διορίζειν εἰς δύο. Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. ἰδοὺ πάλιν ἀγγέλους αὐτοῦ φησι τὰ ἄνω πνεύματα, καίτοι λεγομένου υἱοῦ ἀνθρώπου.

Ελθόντων * δὴ οὖν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες, τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; καὶ λέγει, ναί. καὶ εἰσελθόντα εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ιησοῦς, λέγων· τί σοι δοκεῖ Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; εἶπε δὲ αὐτῷ· ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ιησοῦς· ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.] πῶς ἐλεύθερον ἑαυτὸν εἶναί φησι, καὶ ἔξω νόμου, καὶ ἀσυντελῆ, καὶ υἱὸν ἀληθῶς, εἰ μὴ θεός ἐστιν, ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινωνηκώς; συντετέλεκε δὲ τὸ δίδραχμον, ὡς γεγονὼς ὑπὸ νόμον

Anno Christi 431.

* δὲ αὐτοῦ

Anno Christi 431.

νόμον, ὁ ὑπὲρ νόμον ὑός. ἀνθρωπος δὲ ὤν, οὐχ ὑπὲρ νόμον νοεῖται. πῶς γαρ; οὐδὲ ἂν ἔλθοι κατὰ φύσιν τὸ ἐλεύθερον, εἰ μὴ νοεῖται θεὸς ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ.

Ἀναβαίνοντος ἐν Ἱεροσολύμοις τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, παῖδες προεβάδιζον, εὐφημοῦντές τε καὶ λέγοντες· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ. θεοπρεπὴς δὲ πάντως ἦν ἡ δοξολογία. ἠγανάκτησαν οἱ Φαρισαῖοι, καὶ δὴ καὶ προσῆλθον, λέγοντες· ἀκούεις, τί οὗτοι λέγουσιν; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ναί. οὐδέποτε ἀνέγνωτε, ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;] ἀναλκαῖον ἐν τούτοις διαμνημονεῦσαι τὸ μακαρίου Δαυὶδ λέγοντος· κύριε, ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. ἡμῶν γὰρ παῖδες εὐφημοῦντες ἔλεγον· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ. καταδέχεται δὲ τὴν δοξολογίαν εὐφημουμένου. ὁ δὲ γε μακαρίου Δαυὶδ ἐκ ἀνθρώπῳ τινὶ διατέθεικε κοινῷ, κυρίῳ δὲ μᾶλλον, οὗ καὶ θαυμαστὸν τὸ ὄνομα ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ἐπήρθη γὰρ ἡ μεγαλοπρέπεια ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. εἶτα, πῶς οὐ θεὸς ὁ υἱὸς Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα Χριστός;

Ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ.] ἆρα ὡς ἄνθρωπος εἰς τῶν καθ' ἡμᾶς καθεδεῖται Χριστὸς, παρεστηκότων αὐτῷ πάντων

xius, cum tamen vt Filius lege maior esset. Verum si sit homo, non est supra legem. Nemo enim naturalem libertatem illi tribuet, nisi vt Deum humana forma indutum animo eumdem concipiat.

Christo omnium nostrum saluatore Hierosolymam ascendente, pueri præeuntes, laudumque præconia depromentes, *Hosanna filio Dauid, clamabant.* At hæc acclamatio in solum Deum quadrat. *Indignati autem pharisæi in medium prorumpunt: Audis,* inquiunt, *quid isti dicunt? Iesus autē dixit eis: Vtique. nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Sed beatum Dauid hoc loco audire operæ precium est; ait autem: *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Pueri namque magna exultatione acclamantes, aiebant: *Hosanna filio Dauid.* Is porro cuius elogium decantabant, eiusmodi laudem & acclamationem neutiquam repudiabat. Atqui beatus Dauid eam acclamationem non communi alicui homini tribuebat, sed omnium Domino: illius enim solius nomen vniuersa terra demiratur, eiusdemque magnificentia super omnes cælos tollitur. Quomodo ergo Christus Dauidis secundum carnem filius non est Deus?

Matt. c. 21. v. 15.

Psal. 8. v. 1.

Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo; tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Numquid Christus vt homo quispiam nostri similis pro tribunali sedebit, astantibus-

Matt. c. 25. v. 31.

que omnibus vndiquaque ipsi angelis, orbem iudicabit? Qui istuc, obsecro, rationi est consentaneũ?

Iacob. c. 4. v. 14. An non scriptum est, *Vnus est legislator, & iudex?* Deus igitur est Christus, qui pari cum Deo gloria pollens, thronumque iudiciarium obtinens, ac angelos circumquaque astantes habens, in iustitia terrarum orbem iudicabit.

Matt. c. 26. v. 63. *Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei viui. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. verumtamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Quomodo Filius hominis a dexteris virtutis Dei sedet? Planum est, Dei Verbum ita factum esse hominis filium, vt tamen Deus esse non desierit: manst enim quod erat. Hac igitur ratione generanti assidet, & in diuinitatis gloria & maiestate conspicuum cernitur, etiam si factum sit caro.

Matt. c. 27. v. 50. *Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt; & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt.* Si Christus communis erat homo, cur illo animam expirante, in ipsis elementis tanta accidit conturbatio? Sol enim retractis radiis, diei tenebras offudit: terra adhæc Dominum suum Iudæorum contumeliis indignissime affectum conspicata, disrupta est; & ipse tandem infernus sanctorum animas dimisit. Et cuiusnam nutu omnia hæc fiebant? nonne Dei? Deus enim erat in

των τῶν ἀγγέλων, οὕτω τε κρινεῖ Ⓦ κόσμον; εἶπα, ποῖον ἔχει τοῦτο λόγον; γέγραπται γάρ, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής. θεὸς οὖν ἄρα Χριστός, ὁ ἐν δόξῃ θεοῦ, καὶ θρόνον ἔχων, καὶ παρεστῶτας ἀγγέλους, καὶ κρίνων τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. ANNO CHRISTI 431.

Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς, φησὶν, εἶπεν αὐτῷ· ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. λέγει αὐτῷ· σὺ εἶπας. πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπάρτι ὄψεσθε Ⓦ υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.] πῶς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κάθηται ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι κἂν εἰ γέγονεν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, οὐ πέπαυται τοῦ εἶναι θεὸς, ἀλλ' ἔστιν ὁ ὢν. ταύτῃ τοι καὶ συνεδρεύει τῷ φύσαντι, καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασιν ἐμπρέπων ὁρᾶται, κἂν εἰ γέγονε σαρξ.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἄνωθεν ἕως κάτω· Ⓒ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν.] εἰ κοινὸς ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστὸς, πῶς τεθνεῶτος αὐτοῦ, τοσοῦτος ἦν ἐν τοῖς στοιχείοις ὁ θόρυβος; ὁ μὲν γὰρ ἥλιος τὴν ἀκτῖνα συνέστειλε, Ⓒ ἐν ἡμέρᾳ σκότος εἰργάσατο· ἡ δὲ γῆ Ⓦ ἑαυτῆς δεσποτείαν ὁρῶσα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐμπαροινούμενον, ἐσείετο· ἀφῆκε δὲ ὁ ᾅδης τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς. τίνος ταῦτα ποιοῦντος; ἆρα οὐχὶ θεοῦ; θεὸς γὰρ ἦν ἐν

ANNO CHRISTI 431.

σαρκὶ, ᾧ καὶ ἡ κτίσις ὑβριζομένῳ ζήτον τινὰ συνωργίζετο.

carne, quo tam contumelioſe tractato, ipſa quoque creatura quodammodo ira & indignatione eſferabatur.

Ἐκ τοῦ κ̄ᾱ Ἰωάννου εὐαγγελίου.

Ex euangelio ſecundum Ioannem.

Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν αὐτὸν αὐτοῖς, διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντα· καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶχεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.] πρὸς θεὸν γέγραπται· ὅτι ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. καὶ αὐτὸς δέ που φησί· μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; εἰ δὲ πάντα Χριστὸς ἐπίσταται, καὶ οἶδε τὰ ἐν ἀνθρώπου, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεὸς, ὡς καρδίας ἐτάζων καὶ νεφροὺς;

Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.] ἀκούεις, ὅτι τὴν σωτηρίαν ἐκ τῶν Ἰουδαίων εἶναι φησί; καίτοι σωτῆρα θεὸν ἐπεγραψάμεθα. σέσωκε γὰρ ἡμᾶς οὐ πρέσβις, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος, κ̄ς τὰς γραφάς. ὠνόμασται γὰρ Χριστὸς Ἰησοῦς, γεγονὼς δὲ Ἰουδαίων κ̄τ τὴν σάρκα. Ἰησοῦς γε μὴν ἑρμηνεύεται σωτηρία. αὐτὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν Ἰουδαίων σωτηρία. ὥστε κἂν εἰ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ ἐπελάβετο σπέρματος Ἀβραάμ, θεός ἐστι καὶ μετὰ σαρκός.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγων ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι. καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω.]

IESVS *autem non credebat ſemetipſum eis, eo quod ipſe noſſet omnes, & quia opus ei non erat vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.* De Deo ſcriptum extat: *Qui finxit ſigillatim corda eorum.* Et ipſe alibi ait: *Non celabitur a me omnino quidquam.* Si ergo Chriſtus omnia intelligit, & omnia quæ ſunt in homine exacte nouit, vtpote ſcrutans eorum corda & renes; quomodo non eſt Deus?

Ioan. c. 2. v. 24. Pſalm. 34. v. 15. Ierem. c. 17. v. 10.

Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: quoniam ſalus ex Iudæis eſt. Audis ſalutem ex Iudæis eſſe aſſerentem. Atqui Deum ſaluatorem nobis adſcripſimus, eique nomina dedimus. Saluauit enim nos non legatus, non angelus, ſed Dominus ipſe, ſecundum Scripturas. At Chriſtus qui ſecundum carnem ex Iudæis natus eſt, Ieſu nomenclaturam ſortitus eſt. Ieſu autem nomen interpretatum ſalutem ſonat. Ipſe itaque Chriſtus eſt ſalus illa, quæ ex Iudæis profecta eſt. Quamobrem licet Verbum caro factum ſit, & ſemen Abrahæ apprehenderit; Deus nihilominus cum aſſumpta carne permanſit.

Ioan. c. 4. v. 22. Iſai. c. 63. iuxta LXX.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego vado ad Patrem. & quodcumque petieritis in nomine meo, hoc fa-

Ioan. c. 14. v. 12.

ciam. Ad Patrem se abire denuntiat, cum tamen Deus natura Filius sit, ipseque omnia impleat. Abscedit enim secundum humanam naturam. At vero licet vt homo in cælum assumptus sit; vt Deus tamen supplicum vota se auditurum promittit, si in nomine illius supplicauerint. Iam cui quęso verius conuenit sanctorum postulatis satisfacere, eorumque votis ac desideriis respondere, quam soli vero ac natiuo Deo?

Ioan. c. 15. v. 16. *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat; vt quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* En pari se cum Deo & Patre potestate pollere, pariaque eidem præstare posse nusquam non inculcat. Dixerat enim; Quodcumque petieritis in nomine meo, faciam. nunc autem ait; Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Numquid ergo seorsum aliqua dilargitur Pater absque Filio, aut Filius rursum seorsum sigillatimq; impertitur nonnulla absque Patre, ita vt a duobus diis præstentur, quæ sancti efflagitant? Absit, absit: vnus enim est Deus Pater, & vnus item Dominus Iesus Christus. Distribuit namque Pater dona per Filium in Spiritu sancto; verumtamen postulatio in precibus fit per Iesum Christum. Porro Domini Iesu nomine accipimus & designamus Verbum hominem factum.

Ioan. c. 16. v. 23. *In illo die me non rogabitis quidquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* Hæc eamdem sententiam cum

* πορθύεται, φησὶ, πρὸς τὸν πατέρα, καίτοι φύσει θεὸς ὑπάρχων ὁ υἱὸς, καὶ αὐτὸς ὢν ὁ πάντα πληρῶν. πορθύεται γὰρ ἀνθρωπίνως· ἀνελήφθη γὰρ εἰς τὸν οὐρανόν. ἀλλ' ὡς θεὸς ἐπαγγέλλεται πληροῦν τὰ αἰτήματα τῶν προσθυχομένων, εἰ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ποιοῖντο τὰς λιτάς. εἶπε γοῦν, δι' ἃ πρέποι μᾶλλον τὸ πληροῦν εὐχὰς ἁγίων, καὶ χαρίζεσθαι τὰ αἰτήματα, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς ὄντι θεῷ;

Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε· ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς, καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε, καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μείνῃ· ἵνα ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.] ἰδοὺ πανταχοῦ δείκνυσιν ὅτι τὰ ἴσα μετ' ἐξουσίας ἐνεργεῖ * τῷ πατρί. ἔφασκε γάρ· ὅτι ὃ ἐὰν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, ποιήσω. νυνὶ δέ φησιν· ὅ, τι ἐὰν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. ἆρα οὖν ἰδίᾳ μὲν δίδωσιν ὁ πατὴρ δίχα τοῦ υἱοῦ, ἰδίᾳ δὲ καὶ ἀνὰ μέρος ὁ υἱὸς δίχα τοῦ πατρός; ἐκοῦν παρὰ δύο θεῶν τοῖς ἁγίοις τὰ ἐν εὐχαῖς αἰτήματα; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει ταῦτα, μὴ γένοιτο· εἷς γὰρ θεὸς ὁ πατὴρ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός. διανέμει γὰρ ὁ πατὴρ διὰ υἱοῦ τὰ ἀγαθὰ ἐν πνεύματι. πλὴν ἡ αἴτησις ἡ ἐν προσευχαῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ κύριος Ἰησοῦς ὁ ἐνανθρωπήσας νοεῖται καὶ ὀνομάζεται λόγος.

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἂν τι αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη.] ἐν ἴσῃ καὶ τοῦτο τοῖς

* al. τοῦ πατρί.

Anno Christi 431. * Ie. impleuit. Ioan. cap. 7. v. 37.

ANNO CHRISTI 431.

ἀνωτέρω βραχὺ διανοίᾳ κείσεται, καὶ τὸ ἑφεξῆς ὁμοίως. ἔχει δὲ οὕτως. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν τῷ ὀνόματί μου αἰτήσεσθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον.

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.] εἰ τῇ ἐπιγνώσει τοῦ μόνου καὶ ἀληθινοῦ θεοῦ συνεζεύχθαί τε καὶ συνεισβαίνειν ἀνάγκη τῇ ἐπιγνώσει Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ζωὴν τοῦτο τῇ αἰωνίῳ προξενεῖ· πῶς οὐχ ἅπασιν εὐαργὲς, ὅτι θεός ἐστιν ἀληθὴς ὁ Χριστός; γέγονε δὲ σὰρξ ὁ λόγος, καὶ μεμένηκε λόγος.

Ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας. κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν. ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί· ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν.] ἀκριβῆ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἐπισήσαντες τῇ τοῦ προκειμένου δυνάμει, θεωρήσωμεν τὰ ἐν αὐτῷ. ποίαν δόξαν εἰληφέναι φησὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ ταύτην ἡμῖν ἐπιδοῦναι; αὐτὸς δὲ ἡμᾶς τῆς ἐπὶ τούτοις ἐρεύνης ἀπαλλάξει, λέγων· ἵνα ὦσι, καθὼς ἡμεῖς, ἕν. εἰ μὴν γὰρ τῇ φυσικῇ ταυτότητι ἕν ἐστιν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, εἰ καὶ νοεῖται καθ' ὑποστάσεων ἑκάτερον ἰδικῶς. πῶς δὲ καὶ σὺν ἡμῖν γέγονε; καὶ τοῦτον ἴσον ἔχον τρόπον, οὐσιωδῶς δὴ λέγω, καὶ φυσικῶς· καὶ γὰρ θεοῦ φύσις ἀσύμβατος παντελῶς εἴη ἂν πρὸς τὴν κτίσιν, ὡς σὺν ταυτότητι

superioribus habent; ſicut illa quoque, quę mox conſequuntur. Ait namque: *In illo die, in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego a Patre exiui.* Ibid. v. 27.

Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Si cum ſolius verique Dei cognitione Ieſu Chriſti cognitionem neceſſario coniunctã conſociatamque eſſe oportet, & hoc ipſum æternam vitam conciliat; cui obſcurum eſſe poteſt, Chriſtum verum eſſe Deum? Verbum ſane caro factum eſt; ſed manſit interim Verbum. Ioan. c. 17. v. 3.

Vt credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi eis; vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me; vt ſint conſummati in vnum. Perſpicaci mentis oculo in rem propoſitam intendentes, quænam in ipſa abſtruſa lateant, diligenter exploremus. Qualem itaque gloriam Filius a Patre accepiſſe ſe narrat, quam nobis deinde communem fecerit? Sane ipſe ab hac quæſtione nos liberat dum ait: Vt vnum ſint, ſicut & nos vnum ſumus. Nam etſi Dei Patris Verbum ſecundum propriam hypoſtaſin alius a Patre eſſe dignoſcatur, naturali tamen identitate vnum plane & idem eſt cum illo. At quo pacto Verbum illud vnum quoque nobiſcum factum eſt? Ad eumdem omnino modum, puta ſecundum eſſentialem & naturalem identitatem. At cum diuina natura tanto a creatura diſtet interuallo, vt ſecundum eſſentiam cum ea coire Ibid. v. 21.

nequaquam valeat; ecquo, inquis, modo ſecundum naturam vnum ille factus eſt nobiſcum, qui omnem omnino creaturam excellit? Verbum factum eſt homo, vt quemadmodum, quod quidem ad deitatis naturam ſpectat, vnum & idem eſt cum Patre, ita ſecundum naturæ humanæ habitudinem ſit vnum quoque nobiſcum. Hac enim ratione nos quoque in vnitatem conſummati ſumus.

Ioan. c. 20. v. 19. *Cum ergo ſero eſſet die illo, vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum; venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.* Non immerito dubitauerit hic quiſpiam, ac dixerit: Si Verbum poſt reſurrectionem perinde ac ante venerandam crucem in corpore erat, quomodo concluſis foribus in medio diſcipulorum ex inſperato apparuit? Ad hoc reſpondemus, diuina virtute factum id eſſe. Par eſt autem, vt Pauli dictum hoc loco in mentem reuocemus; ait is vero: *Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem: & ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc non nouimus.* Sane poſt reſurrectionem ex mortuis, diſpenſationis myſterio, propter quod carnem ſalubriter aſſumpſerat, iam perfecto, diuina virtute & poteſtate vtebatur; vt qui iam veluti opportuno tempore per ea potius, quam per exinanitionis conditiones, agnoſci voluerit.

2. Cor. c. 5. v. 16.

Ioan. c. 20. v. 22. *Et cum hoc dixiſſet, inſufflauit, & dixit: Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Quidquid hic factum memoratur, hoc to-

λέγω τῇ κατ' οὐσίαν. πῶς οὖν ἐν ἡμῖν γέγονε φυσικῶς ὁ ὑπὲρ τὴν κτίσιν; γέγονε γὰρ ἄνθρωπος, ἵνα ὥσπερ ἐστὶν * ἐν τῇ τῆς θεότητος φύσει πρὸς τὸν πατέρα, οὕτω καὶ πρὸς ἡμᾶς ἓν γένηται σχέσει τῇ κατὰ ἀνθρωπότητα· τετελειώμεθα γὰρ οὕτω καὶ ἡμεῖς εἰς ἕν. Anno Christi 431. * ἴσ. ἐν

Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ιουδαίων, ἦλθεν ὁ Ιησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰρήνη ὑμῖν.] ἐπαπορήσαι τις ἂν κατὰ τὸ εἰκὸς, λέγων· εἰ ἐν σώματι καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἦν ὁ λόγος, καθὰ καὶ πρὸ τοῦ τιμίου σταυροῦ, πῶς κεκλεισμένων τῶν θυρῶν ἀδοκήτως εἰς μέσον ὤφθη τῶν μαθητῶν; πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι δυνάμει τῇ θεϊκῇ. μεμνῆσθαι δεῖ Παύλου λέγοντος· ὅτι ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. μετὰ γάρ τοι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, ὡς τετελεσμένης ἤδη τῆς οἰκονομίας, ἐφ' ᾗ καὶ ἡ τῆς σαρκὸς ἀνάληψις * ἐπράχθη χρειωδῶς, ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει κέχρηται τῇ θεοπρεπεῖ, διὰ τούτων μᾶλλον, ἢ διὰ τῶν τῆς κενώσεως * μέτρων ἐπιγινώσκεσθαι θέλων, ὡς ἐν καιρῷ καθήκοντι. * ἐπιείσθη * τούτων

Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, * ἀφίενται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.] ὅλον ἐστὶ θεοπρεπὲς τὸ * ἀφίονται

ANNO CHRISTI 431.

γεγενημένων, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἀνθρώπινον τὸ ἐμφυσῆσαι τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δοῦναι τὸ πνεῦμα. εἶτα μέγα, καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν, τὸ τοιαύτην ἐξουσίαν παρασχεῖν, ὥστε κρατεῖν, ὧν ἂν ἔλοιντο, τὰς ἁμαρτίας· ἀφιέναι δὲ καὶ οἷς ἂν βούλοιντο τυχόν. διὰ τί δὲ καὶ διὰ σαρκικοῦ φυσήματος τὸ πνεῦμα δίδωσιν; ὅτι μὴ ἀλλοτρία τοῦ λόγου γέγονεν αὐτοῦ ἡ σαρξ, ἀλλὰ ἰδικῶς αὐτοῦ. καὶ ἀνθρώπινον μὲν τὸ διὰ σαρκὸς ἐμφύσημα· θεϊκῆς δὲ δυνάμεως ἔργον, τὸ μετόχους ἀποφῆναι τοῦ πνεύματος τοὺς ἠξιωμένους.

tum diuinum, magnaque consideratione dignũ est. Primo namque non erat humanæ naturæ opus, per exsufflationem apostolis Spiritum sanctum infundere. Deinde maius quiddam, sublimiusque est, quam quod in creaturam cadat, tantam illis potestatem impertiri, vt quorum vellent peccata retinere, & quorum rursus visum esset relaxare, possent. At cur corporeo flatu impertit Spiritum sanctum? ideo nimirum, vt carnem a Verbo non alienam, sed propriam illius extitisse intelligamus. Adde externam illam per carnis ministerium exsufflationem humanam fuisse; sed Spiritus sancti participes dignatione sua efficere, diuinæ virtutis opus extitisse.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.

ΑΓΓΕΛΟΣ θεοῦ τῷ Ζαχαρίᾳ φησὶ περὶ τοῦ ἁγίου Βαπτιστοῦ· καὶ ἔσται χαρά σοι, καὶ ἀγαλλίασις· καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται. ἔσται γὰρ μέγας ἐνώπιον κυρίου, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν.] ὁ μακάριος Ιωάννης, ἐρομένων αὐτὸν τῶν Ιουδαίων, σὺ τίς εἶ; φησίν· ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. προφητεύων δὲ αὐτὸς ὁ Ζαχαρίας ἐπὶ τῷ ἰδίῳ παιδί, φησί· καὶ σὺ παιδίον, προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ· τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ,

Ex euangelio secundum Lucam.

ANGELVS Dei Zachariæ de sancto Baptista hæc exponit: *Et erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.* Rursum cum Iudæi ex ipso eodem Ioanne sciscitarentur: *Tu quis es?* Respondit ille: *Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius.* Tandem ipsemet Zacharias de proprio filio vaticinans, ita fatur: *Et tu puer, Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.* Ille nam-

Luc. c. 1. v. 14.

Ioan. c. 1. v. 19.

Luc. c. 1. v. 76.

, ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν. προε-

que Christum anteibat, eiusdemque factus præcursor, vt viam illi præpararent, annuntiabat: & propheticum oraculum de illo edens, ad eum, vt qui iustificare potest peccatis obnoxios vti Deus, conuertebat. Et adhuc dubitamus, fueritne Deus Christus?

Luc. c. 1. v. 32. *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Numquid hominis nostri similis imperio perpetuo citra vllam interruptionem prememur? an imperatori potius Deo in Christo & per Christum subditi erimus, non assumptum ad hoc tamquam extraneum quempiam mediatorem, sed verũ Filium, per quem & in quo Deus Pater in omnia regnum obtinet? Quod si ita res habet, Deus ergo est Christus.

Luc. c. 1. v. 34. *Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit illi: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Numquid is, qui arcana inexplicabilique Spiritus sancti operatione ex sacra Virgine formatus & natus est, sola appellatione filius erat? an verus potius naturalisque Dei Filius, & Deus creditus est? Sed hoc procul dubio verum est. Verbum proinde secundum hypostasin caro factum, hoc est, carnem per Spiritum sanctum ex sacra Virgine sumpsisse, eamque propriam sibi fecisse, intelligatur. Hac namque ratione quod verus Deus sit, deprehendetur.

Luc. c. 1. v. 41. *Et factum est, vt audiuit saluta-*

βάδιζε γὰρ τοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτοῦ γέγονε πρόδρομος, καὶ αὐτῷ τὰς ὁδοὺς προετοιμάζεσθαι διεκήρυττε, καὶ ἐπ' αὐτῷ προεφήτευε λόγον, ἐπιστρέφων ὡς ἐπὶ* θεῷ δικαιοῦν ἰσχύοντι τοὺς ἐν ἁμαρτίαις. εἶτα, πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστός;

Anno Christi 431.

* al. θεὸν δικαιοῦν ἰσχύοντα

Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ κύριος ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τοῦ οἶκον Ιακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.] ἆρ' οὖν* ἐφ' ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς κεισόμεθα, βασιλευόμενοι διηνεκῶς καὶ ἀκαταλήκτως; ἢ ὑπὸ θεῷ μᾶλλον ἐσόμεθα βασιλεύοντι ἡμῶν ἐν Χριστῷ; καὶ οὐχ ὡς ἔξωθεν μεσίτου τινὸς εἰς τοῦτο παραληφθέντος, ἀλλ' ὡς δι' υἱοῦ καὶ ἐν υἱῷ κατακρατοῦντος τῶν ὅλων τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, θεὸς ἄρα ὁ Χριστός.

* ἐφ' ἑνὶ

Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τοῦ ἄγγελον· πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος εἶπεν αὐτῇ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ. ἆρα οὖν κέκληται μόνον υἱὸς, ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου διὰ τοῦ πνεύματος ἀπορρήτως γεγεννημένος, ἤγουν ἐκτισμένος; ἢ φύσει τε καὶ ἀληθῶς υἱὸς εἶναι πεπίστευται, καὶ θεός; ἀλλ' ἔστι τοῦτο ἀληθές. νοείσθω δὴ οὖν σαρὲξ καθ' ὑπόστασιν γεγονὼς ὁ λόγος, τουτέστιν ἰδίαν ποιησάμενος σάρκα τὴν διὰ πνεύματος ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ θεὸς ἀληθῶς.

Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσε τοῦ ἀσπασμὸν

ANNO CHRISTI 431.

σμὸν τ Μαρίας ἡ Ελισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς· καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ Ελισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τ κυρίου μου πρὸς μέ;] ἐνεργήσαντος θεοῦ προφητείας χαρίν, ἔσται τις προφήτης· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον οὐδαμῶς. ὅτε τοίνυν ὁ ἁγιασμὸς τ ἁγίας παρθένου Μαρίας κυοφορούσης ἔτι Ιησοῦ, κεκίνηκεν ἐν μήτρᾳ Ιωάννου εἰς προφητείαν, πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, ὁ ἐν τῇ τῆς παρθένου νηδύϊ κινήσας θεοπρεπῶς εἰς προφητείας δωρεὰν Βαπτιστήν;

Νῦν ἀπολύεις δοῦλόν σου δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου· ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ισραήλ.] ὁ Συμεὼν Ιησοῦ εἰς ἀγκάλας λαβὼν, τὰ τοιάδε περὶ αὐτοῦ φησί. πῶς οὖν ὅστις σωτήριον; πῶς δὲ φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, εἰ μὴ θεός ἐστιν ἀληθῶς, εἷς, καὶ μόνος υἱὸς, ὁ φύσει μὲν ἐκ πατρὸς ὡς λόγος, ἐκ παρθένου δὲ ὁ αὐτὸς κατὰ σάρκα; ποία γὰρ γέγονεν ἀποκάλυψις τοῖς ἔθνεσιν; ἢ ἐπ' ἀυτῷ ἔγνωσαν ὅτι θεός ἐστι, καὶ ἀυτῷ λατρεύσαντες ἔφυγον τὰ ἐγκλήματα τῷ θεῷ λατρεύειν ἑτέρᾳ πρὸς ἕνα, καὶ φύσει, καὶ ἀληθῶς;

Επιγνοὺς δὲ ὁ Ιησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς ἀυτῶν, ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· τί διαλογίζεσθε ἐν

tionem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Interna Dei energia & vi, prophetiæ donum obtingere alicui poteſt; ſecus nequaquã. Cum igitur ſalutatio ſacræ Virginis Mariæ Ieſum per id temporis in vtero adhuc geſtantis, Ioannem maternis viſceribus adhuc incluſum ad prophetiam promouerit, quomodo Chriſtus non eſt Deus, qui intra virginea clauſtra etiamnum latitans, diuina vi ad prophetiæ gratiam Baptiſtam euexit?

Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum, in pace: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum: Quod paraſti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Simeon Ieſum inter vlnas complexus, eiuſmodi de ipſo elogia depromebat. At quomodo ſalutare eſt? aut quomodo lumen ad reuelationẽ gentium eſt, ſi vnus & ſolus verus Filius & Deus non eſt? Qui quidem natura natus eſt ex Patre, vt Verbum; ſecundum carnem autem ortus eſt ex Virgine. Quæ rurſum reuelatio facta eſt gentibus, ſi de ipſo non cognouerunt quia Deus eſt; quodque diuinum cultum illi impendentes, in ea crimina non incidant, in quæ illi incidere ſolent, qui alteri deo quam vni illi, qui natura & veritate Deus eſt, ſeruiunt? Luc. c. 1. v. 29.

Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus ve- Luc. c. 5. v. 22.

ANNO CHRISTI 431.

stris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge & ambula? Vt autem sciatis, quia Filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Si solus vniuersorum Dominus a delictis nos expiat, nec in vllum alium istuc conuenit, & Christus non absque diuina auctoritate hoc ipsum præstat; qui fieri potest, vt Deus non existat? Nam etsi Verbum, quod secundum carnem ex muliere natum est, Filii hominis appellatione designetur, nihilominus tamen Deus est.

Luc. c. 7. v. 21. *In ipsa hora autem multos curauit a languoribus & plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.* Factis diuinorum planeque admirabilium operum patratorem Christus se esse demonstrans, quæ per Prophetæ vocem quondam de se prædicta fuerant, in memoriam reducit. Dixerat enim Isaias: *Confortamini manus remissæ, & genua soluta.* Mox vero quasi digito protensaue manu Emmanuelem ostendens, ita ait: *Ecce Deus noster, ecce Dominus cum fortitudine venit, & brachium cum dominatione.* Dicit idem & alio quoque loco: *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. tunc saliet sicut cervus claudus, & expedita*

Isai. c. 53. v. 3.

Isai. c. 40. v. 10.

Isai. c. 35. v. 5.

τῆς καρδίαις ὑμῶν; τί ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἢ εἰπεῖν· ἔγειραι καὶ περιπάτει; ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐξουσίαν ἔχει ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλυτικῷ· σοὶ λέγω, ἔγειραι, καὶ ἆρας τὸ κλινάριόν σου, πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.] εἰ μόνον ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ ὁ τῶν ὅλων θεὸς πλημμελημάτων, ἑτέρου προέποντος τούτου μηδενί· χαρίζεται δὲ καὶ τοῦτο Χριστὸς μετ' ἐξουσίας θεοπρεποῦς, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεός; κέκληται γὰρ υἱὸς ἀνθρώπου, γεγονὼς ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, καίτοι θεὸς ὢν ὁ λόγος.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων, καὶ μαστίγων, καὶ πνευμάτων πονηρῶν· καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται· καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.] ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδείξας ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς τῶν θεοπρεπῶν μεγαλουργημάτων ἀποτελεσθέν, εἰς ἀνάμνησιν ἀναφέρει τῶν εἰρημένων διὰ φωνῆς προφητικῆς περὶ αὐτοῦ. ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος Ἡσαΐας· ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. εἶτα μονονουχὶ τὸ χεῖρα πρὸς χεῖρα θεὶς ἀνῶν καταδείκνυσι τὸν Ἐμμανουήλ, οὕτω λέγων· ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἰδοὺ κύριος μετ' ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρείας. ἔφη δὲ καὶ ἑτέρως, ὅτι τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὅτε κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τρανὴ

ANNO CHRISTI 431.

ἔσαι γλῶσσα μογιλάλων. καὶ πρὸς τούτοις ἐπ· ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· ἡ γὰρ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ, ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. ἔφη δὲ πάλιν ἡ ἐκ προσώπου Χριστοῦ· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ὅτε τοίνυν τῆς ἐφ' ἑαυτῷ πίστεως τὰς τῶν προφητῶν φωνὰς ποιεῖται σημεῖον, ἥκουσιν ὑποδείξων, θεὸν ἢ αὐτὸν ᾧ προφῆται κηρύττουσι, τίς ὁ τούτοις τὰ ἐναντία φαίνειν τολμῶν;

erit lingua balbutientium. Addit præterea: *Surgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt: nam ros qui a te, ipsis sanitas est.* Rursum idem in persona Christi ita ait: *Spiritus Domini super me, cuius causa vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visus apertionem.* Cum ergo prophetarum oracula fidei quæ ipsi debetur, argumentum probationemque adducat, ipsique prophetæ Deum illum esse prædicent, quis his contraria asserere audeat? *Isai. c. 26. v. 19.* *Isai. c. 61. v. 1.*

Ἐχμάζοντο, φησὶ, καὶ τὴν λίμνην οἱ μαθηταί· εἶτα προσελθόντες, διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες· ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ διεγερθεὶς, ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσατο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.] εἴρηται περὶ Χριστοῦ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαυίδ· σὺ δεσπόζεις τῆς κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. σοί εἰσιν οἱ οὐρανοὶ, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ, τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας. ὅτε τοίνυν τῷ καταπραΰνοντι τὴν θάλασσαν πρέποι ἂν καὶ τὸ δεσπόζειν τῶν ὅλων, ἔχειν δὲ ἰδίους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ θεμελιοῦν δυνάσθαι τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· πῶς ἐκ ἂν ὑπερῆν νοοῖτο θεὸς ἀληθῶς ὁ Χριστὸς, ὁ θαλάσσης καὶ πνεύμασιν ἐπιτιμῶν, καὶ τοῦτο μετ' ἐξουσίας;

Cum discipuli tempestate in stagno iactarentur, *accedentes suscitarunt eum, dicentes: Praeceptor perimus. At ille surgens increpauit ventũ & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas.* Dauidica voce eiusmodi oraculum de Christo editum erat: *Tu dominaris potestati maris, & motum fluctuum eius tu mitigas. Tui sunt cæli, & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti.* Cum in illum igitur, qui maria sedat, omnium rerum Dominum esse, proprios cælos possidere, orbem terrarum, eiusdemque plenitudinem posse fundare, proprie conueniat; quis Christum, qui cum auctoritate mari & ventis imperat, verum Deum esse ambigere queat? *Luc. c. 8. v. 24.* *Psalm. 88. v. 10.*

Εδεῖτο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ, ἀφ' οὗ ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ. ἀπέστελε δὲ αὐτὸν, λέγων· ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα σοι πεποίηκεν ὁ θεός. καὶ ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ θεός. ἐν τῇ τῶν Γεργεσηνῶν χώρᾳ πεδερά-

Rogabat illum vir, a quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecisset Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem prædicans quanta illi fecisset Iesus. In Gergesenorum *Luc. c. 8. v. 39.*

regione curauit Iesus immanissime a dæmonio vexatum, qui etiam vt vitam sibi cum eo agere deinceps liceret, obnixe efflagitabat. At vero quamuis eum sanasset, spiritusque eiecisset; iubet tamen vt domũ suam repetat, quantaque sibi fecisset Deus, enarret. Operabatur itaque Christus tamquam verus Deus. Neutiquam enim dicere fas est, prophetarum aut sanctorum apostolorum more, diuinæ gratiæ instrumentum extitisse. Ipse namque propria, hoc est diuina virtute satanam conterebat: quin & in illius quoque nomine dæmonia sanctis apostolis subiiciebantur. atque hoc ipsum ne illi ipsi quidem diffitebantur.

Luc. c. 8. v. 52. De principis synagogæ filia aiebat Christus: *Nolite flere. Non est mortua puella, sed dormit.* Numquid igitur mentitus est? absit: verum enim dixit. Modum autem huius exponit Paulus his verbis: *Non est Deus mortuorum, sed viuorum.* Siquidem quicumque victuri sunt, illi Deo viuunt: mortui proinde hominibus mortui sunt; verum naturæ illi viuificæ, hoc est, diuinæ, minime. Verax itaque est, dum vt Deus de puella, *Non est mortua, sed dormit,* enuntiat.

Rom. c. 14. v. 9. & Matt. c. 22. v. 32. & Marc. c. 12. v. 27.

Luc. c. 22. v. 27. Idem cum apostolis sermonem conferens, ita aiebat: *Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestri sum tamquam qui ministrat.* Obserua, vt quod attinet ad deitatem, Dominicæque gloriæ maiestatem, in ministrorum ordine censeri, tantum non auersetur, recusetque. Verumtamen propter humanam naturam ministerium admittit. Ait enim:

πθυκεν ὁ Χεισὸς ⓦ ἀγρίως δαιμονῶντα, ὃς κ̀ σωθῆναι αὐτῷ προσκαλει. ἀλλὰ καίτοι θεραπεύσας αὐτὸν, καὶ ἐκβεβληκὼς τὰ πνεύματα, ἐκέλευεν ἀπελθεῖν εἰς ⓦ ὄικον αὐτῦ, κ̀ κηρύσσειν ὅσα πεποίηκεν αὐτῷ ὁ θεός. ἐνήργηκεν οὖν αὐτὸς, ὡς θεὸς ὑπάρχων ἀληθινός. οὐ γὰρ που φαυλὸν, ὡς ἰατρουργὸς γέγονε θείας χάριτος καθ' ἕνα τῶν προφητῶν, ἢ χρωῖ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἀλλ' ἰδίᾳ αὐτὸς δυνάμει τῇ ἰδίᾳ καὶ θεοπρεπεῖ σωτείρων τ̀ σατανᾶν. ἐπ' ὀνόματι οὖν αὐτῦ, κ̀ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ὑπετάττοντο τὰ δαιμόνια· καὶ τῦτο διωμολόγησαν αὐτοί.

Ἐπὶ τῇ θυγατρὶ τῦ ἀρχισυναγώγου φησὶν ὁ Χεισός· μὴ κλαίετε. οὐ γὰρ ἀπέθανε τ̀ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. ἆρ' οὖν * ἐψεύσατο; μὴ γένοιτο· ἀληθεύει δὲ· καὶ κ̄τ̄ ἵνα ζητῶ, ὁ Παῦλος διερμηνεύει λέγων· ἐκ ἔστι θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. ζῶσι γὰρ τῷ θεῷ ⓐ ζήσειν μέλλοντες. ἐκοῦσι ⓐ τεθνηκότες, κ̄τ̄ μὴ ἀνθρώπους, εἰσὶ νεκροί· κ̄τ̄ δὲ τὴν ζωοποιὸν φύσιν, τουτέστι τὴν θείαν, ἐκ ἀποτεθνήκασιν. ἀληθεύει * γὰρ ὡς θεὸς, περὶ τῦ κοράσιου λέγων· ἐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

Τοῖς ἑαυτῦ μαθηταῖς διαλεγόμενος, ἔφασκε· τίς μείζων ὄστιν, ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; οὐχὶ ὁ ἀνακείμενος; ἐγὼ δὲ ἐν μέσῳ ὑμῶν εἰμι ὡς ὁ διακονῶν.] ὁρᾷς, ὅπως ὅσον μὴν ἦκεν εἰς γε τὸ τῇ θεότητι πρέπον, καὶ τῇ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, μονονουχὶ καὶ ἀποστρέφεται τὸ ἐν διακόνου ποιεῖσθαι τάξει; ἡμᾶς δὲ τῦτο διὰ τὸ ἀνθρώ-

ANNO CHRISTI 431.

* ἐβλάσφημησε;

* παίζων αὐτοῖς.

ANNO CHRISTI 431.

πινον. ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς διακονῶν. οὐκοῦν κἂν εἰ καταβέβηκεν ἐν διακόνοις, ἀλλ' οὖν γέ ἐστιν αὐτὸς ὁ ἀνακείμενος ὡς δεσπότης, καὶ παρὰ πάσης κτίσεως διακονούμενος ὡς θεός.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Χριστός· δηλονότι τοῖς ἀρχιερεῦσι τῶν Ἰουδαίων ἐρωτῶσιν· εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός; ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε· ἐὰν δὲ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτε. ἀπὸ τοῦ νῦν δὲ ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ.] εἰ κάθηται ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ ὁ τοῦ ἀνθρώπου υἱὸς, πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, τοῖς ἀνωτάτω θώκοις ἐμπρέπων, καὶ ὁμόθρονος τῷ πατρί; οὐ γὰρ συνεδρεύει τῷ κατὰ φύσιν θεῷ γενητὴ φύσις ὅλως. συνεδρεύει δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν σαρκὸς γεγονότος τοῦ ἐκ θεοῦ φυῦτος λόγου.

Ego in medio vestri sum tamquam qui ministrat. Etsi ergo inter ministeria vltro sese dimiserit, attamen vt Dominus, vniuersæque creaturæ famulatu honoratus, vt Deus, ipse est qui recumbit.

Iesus igitur ait illis: (nempe sacerdotum principibus ab illo Christusne esset sciscitantibus) *Si vobis dixero, non credetis mihi. Si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei.* Si Filius hominis sedet a dextris Dei, quomodo Christus summo illo throno decoratus, eademque cum Patre sedis auctoritate præditus, non est Deus? Neque enim cum vero naturalique Deo productitia natura considere aliquando potest. Considet autem cum eo Filius hominis; Dei nimirum Verbo secundum vnionis dispensationem incarnato. *Ibid. v. 67.*

Ὅτι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς ὁ Χριστός.

Quod Christus est vita & viuificus.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης.

Ex priori ad Corinthios.

Ὡς φρονίμοις λέγω· κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ; ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμά ἐσμεν οἱ πολλοί. οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν.] ἡ ἀνθρώπου σαρὺξ, ὅσον ἧκεν εἰς ἰδίαν φύσιν, οὐκ ἂν εἴη ζωοποιός· ἀλλ' οὐδὲ τὸ αἷμα τὸ ἀνθρώπινον, εἰ κοινὸν εἴη καὶ καθ' ἑαυτό. ζωοποιεῖ δὲ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ

VT *prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus: nam omnes de vno pane participamus.* Caro hominis, quod quidem ad propriam naturam illius spectat, nequaquam viuificat. Sed neque vulgaris quoque hominis sanguis vllam omnino per se & secundum se viuificandi vim habet. Atqui cum soli Deo conueniat vitam illi impertiri, quod vitæ spiritu destituitur; corpus autem Christi, & pre- *1. Cor. c. 10. v. 15.*

ciosus illius sanguis viuificent, cui dubium esse potest, quin Deus sit Christus? Hinc namque corpus illius habet vt sit viuificum. Quod si vt homo per se ac seorsum mente concipiatur, qui sola Christi appellatione decoratus sit, nudamque filii personam habeat, quomodo corpus illius posset esse viuificum?

1. Cor. c. 15. v. 45. *Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in Spiritum viuificantem.* rursum: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Hoc autem dico, fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptelam possidebit.* Subiungit reliqua: *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Primus homo factus est in animam viuentem. egebat enim tamquam figmentum Deo viuificante. At vero nouissimus Adam, hoc est Christus, quod vt Deus vita externa non indigeret, spiritus fuit, qui vitam in nos transfundit. Atqui viuificandi facultas propria est diuinæ naturæ possessio. Et primus quidem homo de terra erat terrenus; secundus autem licet ex muliere ortum traheret, de cælo venerat. Quamuis enim Verbum, quod de supernis, hoc est de cælo est, & ex Deo Patre natum est, homo factum sit; nihilo tamen secius de cælo est. Rursum vti, corruptionis & mortis vinculis constricti,

ANNO CHRISTI 431.

τὸ τίμιον αἷμα, πρέποντος μόνῳ θεῷ τοῦ ζωοποιεῖν δύνασθαι τὸ ζωῆς ἐπιδεές. θεὸς οὖν ἄρα Χριστός· οὕτω γὰρ ἔσται ζωοποιὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ. εἰ δὲ ἄνθρωπος ἀνὰ μέρος νοεῖται μόνῃ τῇ τοῦ Χριστοῦ κλήσει τετιμημένος, καὶ γυμνὸν υἱοῦ πρόσωπον ἔχων, πῶς ἂν εἴη ζωοποιὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ;

Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ * ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. καὶ πάλιν· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. προσεπάγει δὲ τούτοις· ὅτι σαλπίσει, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι τὴν ἀθανασίαν.] εἰς ψυχὴν ζῶσαν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος γέγονεν· ἐδεῖτο γὰρ ὡς ποίημα τοῦ ζωοποιοῦντος θεοῦ. ὁ δέ γε ἔσχατος Ἀδὰμ, τουτέστι Χριστὸς, ὅτι μὴ ἐδεῖτο ζωῆς ὡς θεὸς, πνεῦμα γέγονεν εἰς ἡμᾶς ζωοποιοῦν· ὅπερ ἐστὶ θείας φύσεως ἴδιον πλεονέκτημα. καὶ ὁ μὲν πρῶτος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος δὲ ἐξ οὐρανοῦ, καίτοι γεννηθεὶς διὰ γυναικός. ὁ γὰρ ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, κἂν εἰ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲν ἧττόν ἐστιν ἐξ οὐρανοῦ. καὶ εἰ φθορᾷ καὶ θανάτῳ κατεσχημέ-

* δεύτερος

ANNO CHRISTI 431.

νοι, τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ διὰ τοῦτο φορέσαι λεγόμεθα· τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδυσάμενοι, τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φορέσομεν. ἀφθαρσία δὲ πάλιν ἴδιον ἀγαθὸν τῆς κατὰ φύσιν θεότητος. ἀλλάσσονται γὰρ οἱ νεκροὶ, καὶ τὸ φθαρτὸν ἀμφιέννυται τὴν ἀφθαρσίαν, γεγονότος καθ' ἡμᾶς τοῦ μονογενοῦς, καὶ μεθιστάντος τὸ θνητὸν εἰς ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν ἐν ἑαυτῷ καὶ πρώτῳ μετασκευάζοντος. οὕτω γὰρ γέγονεν ὁδὸς εἰς ζωὴν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς.

terreni imaginem gestamus; ita incorruptionem iam induti, cælestis imaginem portabimus. Atqui incorruptio bonum est naturalis diuinitatis proprium. Nam mortui immutantur, corruptibileque induit incorruptionem, cum vnigenitus nostri similis natus mortalitatem transtulerit in immortalitatem, & corruptionem primum transformauerit in incorruptionē in semetipso. Hac enim ratione nobisipsis quoque via ad vitam factus est.

Εκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

ΑΛΛΑ αὐτοὶ, φησὶν, ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ ἐγείραντι τοὺς νεκροὺς.] εἰ θεῷ* τὸ κατὰ φύσιν πρεπωδέστατον εἶναι φαμεν ἐγείρειν τοὺς νεκροὺς, ὅτι ζωὴ καὶ ζωοποιός ἐστιν· ἔφη δὲ Χριστὸς, ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· φαίνεται δὲ καὶ ἐγηγερκὼς τοὺς νεκροὺς· θεὸς ἄρα ἐστὶν, ὡς ζωὴ κατὰ φύσιν.

*ἴσ. τῷ

Ex posteriore ad Corinthios.

SED *ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos.* Si mortuorū exsuscitatio in eum, qui natura Deus est, maxime conuenit, propterea quod solus vita sit & viuificus; Christus autem resurrectionem & vitam diserte sese appellat, eumdemque mortuos exsuscitasse certo constat; quis & verum Deum, & vitam secundum naturam esse ambigat? 2. Cor. c. 1. v. 9.

Εκ τῆς πρὸς Εβραίους.

ΕΠΕΙ οὖν κεκοινώνηκε τὰ παιδία αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν· ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον.] παραπλησίως ἡμῖν τοῖς ἐν τέκνοις θεοῦ τεταγμένοις κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος, ἵνα τῷ θανάτῳ τὸ ἴδιον σῶμα δοὺς, ζωοποιήσῃ πάλιν αὐτὸ, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ὡς θεός. ἐπεὶ πῶς κατήργηται τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἂν μὴ τὸ πεσὸν εἰς θάνατον ἀνεβίω σῶ-

Ex epistola ad Hebræos.

QVIA *ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit iisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum.* Æque ac nos qui inter filios Dei censemur, carnis & sanguinis Dei Verbum particeps factum est; quo nimirum proprium corpus in mortem contradens, ipsum denuo tamquam qui suapte natura vita & Deus existat, vitæ restituat. Nā quomodo mortis imperium destructum est, si corpus quod secundam naturam Hebr. c. 2. v. 14.

vitæ, hoc est Verbi Dei proprium erat, in mortem prolapsum, iterum exsuscitatum non est?

Quod vnus sit Filius & Dominus Iesus Christus.

Ex prima catholica Ioannis.

1. *Ioan. c. 1. v. 1.*

QVOD *fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ: & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* En illum qui fuit ab initio, vitaque æterna, hoc est Dei Patris Verbum, oculis se vidisse, manibusque contrectasse testatur: cum tamen Verbum quod ex Patre procedit, sua natura aspectum fugiat, tangique nequeat: siquidem quod corpore vacat, id sub tactionem non cadit. Atqui Verbum incarnatum oculis vidisse, & manibus contrectasse se ait. Quare licet Verbum caro factum est, vnus tamen est Filius, vnus Deus, vnus Dominus.

Quod fides tendat in Christum, tamquam in Deum.

Ex priori epistola Petri.

1. *Petr. c. 1. v. 21.*

VT, inquit, *fides vestra, & spes esset in Deo.* Atqui Christus per sanctos apostolos annuntiatur, imo ipsemet ita ait: *Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.* Cum ergo fides in Deum feratur, & Christus, *In me credite*, dicat; quomodo planum non est, ipsum esse Deum?

Ioan. c. 6. v. 47.

μα, ἴδιον ὂν τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, τουτέστι τοῦ ἐκ θεοῦ ὄντος λόγου; ANNO CHRISTI 431.

Ὅτι εἷς ὁ υἱὸς καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός.

Ἐκ τῆς Ἰωάννου ἀπιστολῆς πρώτης καθολικῆς.

Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν.] ἰδοὺ τὸν ὄντα ἀπ' ἀρχῆς, τουτέστι τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς λόγον, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον ἑωρακέναι φησὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μὴν καὶ χερσὶ ψηλαφῆσαι· καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν τοῦ ἐκ τοῦ πατρὸς ὄντος λόγου καὶ ὄντος ἀοράτου καὶ ἀναφοῦς. ἀναφὲς γὰρ τὸ ἀσώματον. ἀλλ' ἐν σαρκὶ γεγονότα τὸν λόγον ἑωρακέναι τε καὶ ψηλαφῆσαι φησίν. εἷς οὖν ἄρα ἐστὶν υἱὸς καὶ θεὸς καὶ κύριος, κἂν εἰ γέγονε σαρξ ὁ λόγος.

Ὅτι εἰς Χριστὸν ἡ πίστις, ὡς εἰς θεόν.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἀπιστολῆς πρώτης.

ΩΣΤΕ, φησὶ, τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς θεόν. καίτοι Χριστὸς κηρύττεται διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. καὶ αὐτὸς δέ που φησίν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.] ὅτε τοίνυν εἰς θεὸν ἡ πίστις, Χριστοῦ λέγοντος, εἰς ἐμὲ πιστεύετε· πῶς οὐκ ἂν εἴη θεὸς ἐναργῶς;

Ex

ANNO CHRISTI 431.

Ἐκ τῆς πρώτης Ἰωάννου ἐπιστολῆς.

ΚΑΙ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.] εἰ μὴ ἀνεθέλητόν ἐστι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὸ πιστεύειν ἡμᾶς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· πράττεται δὲ καὶ παρ' ἡμῶν ἡ πίστις, οὐχ ὡς εἰς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς εἰς θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινόν· θεὸς ἄρα Χριστός.

Ἐν τούτῳ γινώσκεται τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ· πᾶν πνεῦμα, ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι· καὶ πᾶν πνεῦμα, ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Ἰησοῦν, ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη.] ὁμολογοῦμεν τὸν Ἰησοῦν ἄρα ὡς ἄνθρωπον, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἕνα; ἢ μᾶλλον ὅτι θεὸς ὢν ὁ λόγος, γέγονε σαρξ, οὐκ ὀλιγωρήσας τοῦ εἶναι θεὸς, μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον ὅπερ ἦν, καὶ εἰ γέγονεν ἄνθρωπος; ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν οὐκ ἀμφίβολον. ὁ τοίνυν οὐ λέγων θεὸν εἶναι ἀληθῶς τὸν Χριστὸν, διαιρῶν δὲ καὶ κατασμικρύνων τὴν δόξαν αὐτοῦ, τὸ τοῦ ἀντιχρίστου πνεῦμα ἔχων ἁλώσεται.

Καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα, καὶ μαρτυροῦμεν ὅτι ὁ πατὴρ ἀπέσταλκε τὸν υἱὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου. ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ θεῷ.] ἀπεστάλθαι φαμὲν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸν υἱὸν, τουτέστι τὸν ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν μονογενῆ λόγον· ὠνομάσθαι δὲ αὐτὸν Ἰησοῦν, ὅτε καὶ τὴν κατὰ σάρκα γένησιν ἐκ γυναικὸς ὑπέμεινεν οἰκονομικῶς.

Ex epistola prima Ioannis.

ET *hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine Filii eius Iesu Christi.* Si a Dei Patris voluntate alienum non est, vt in nomine Filii eius Iesu Christi credamus; si fides nostra tendit in eum, non tamquam in hominem nudum, sed tamquam in Deum viuum & verum; euidens profecto euadit, Christum esse Deum. 1. Ioan. c. 3. v. 23.

In hoc cognoscitur Spiritus Dei: Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est; & hic est antichristus, de quo audiuistis quoniam venit, & nunciam in mundo est. Confitemurne ergo Christũ Iesum veluti hominem quempiam nostri similem? an potius Dei verbum factum esse carnem, non quod diuinitatem exuerit, aut repudiarit; (constanter enim mansit quod erat) sed quod humanam naturam assumpserit? At istuc extra controuersiam est. Quisquis igitur Christum, diuinitatem illius inficiatus, diuidit, eiusdemque gloriam & maiestatem diminuit, hic antichristi spiritum hausisse aperte conuincitur. 1. Ioan. c. 4. v. 2.

Et nos vidimus, & testificamur quoniam Pater misit Filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Vnigenitum Dei Filium, hoc est Verbum quod naturaliter ex Deo procedit, a Deo & Patre missum agnoscimus. Idipsum autem tum demum Iesum appellatũ fuisse asseueramus, cum dispensatorie secundum carnem ex muliere nasci dedignatũ non est. 1. Ioan. c. 4. v. 14.

Dei itaque Verbum homo factum est. Et si quis ita profitetur, is Deum in se manentem habet, & ipse vicissim in Deo manebit. Recordabitur enim illius, ac veluti societate quadã coniunctum inter familiares numerabit. At qui ipsum Dei Patris Verbum esse Iesum, & in humanam naturam se demisisse non confitetur; ille neque Deum obtinere, neque per spiritalis familiaritatis modum vlla ratione in ipso consistere poterit.

1. Ioan. c. 5. v. 1. *Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est.* Qui igitur id non credit, is inter Dei filios haberi nequit. Nam si iis omnibus, qui Filium receperunt, potestatem dedit filios Dei fieri, vt Euangelista testatur; consequens fit, si qui illum non recipiunt, eos inter Dei filios censeri non posse; vt qui eum, per quem hoc ipsum licebat, non agnouerint.

Ioan. c. 1. v. 12.

Ibid. v. 5. *Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Spiritus est veritas. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant: Spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres vnum sunt.* Mundum itaque vincit, qui credit Iesum esse Filium Dei. Porro autem quisnam Iesus ille sit, id ipse discipulus Iesu eiusmodi verbis nobis exponit: Ipse est, inquit, qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Vtrumque asserit, in sanguine nimirum venisse, & Spiritu; & tres rursum vnum esse. Verbum itaque factum est caro, quod Spiritu nos sancti-

ἐκοῦν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος γέγονεν ἄνθρωπος. κἂν εἴ τις οὕτως ὁμολογήσειεν αὐτῷ, ἔχει μένοντα ἐν ἑαυτῷ τὸν θεὸν, ἔσται δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ θεῷ· μνησθήσεται γὰρ αὐτοῦ, λογιεῖται δὲ αὐτῷ οἰκεῖον ὡς μέτοχον αὐτοῦ. ὁ δὲ μὴ ὁμολογῶν, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος Ιησοῦς ἐστι, καθεὶς ἑαυτῷ εἰς ἀνθρωπότητα, οὔτε θεὸν ἐν ἑαυτῷ πλουτήσειεν ἄν, οὔτε μὴν αὐτὸς ἐν θεῷ ἔσται, κατά γε τῆς πνευματικῆς οἰκειότητος τρόπον.

Πᾶς ὁ πιστεύων ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ θεοῦ γεγέννηται.] ἐκοῦν ὁ μὴ πιστεύων, οὐδὲ ἐν τέκνοις θεοῦ καταλογισθείη ἄν. εἰ γὰρ ὅσοι τὸν υἱὸν ἔλαβον, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, καθά φησιν ὁ εὐαγγελιστής· οἱ μὴ λαβόντες αὐτῷ, οὐδ' ἂν ἐν τέκνοις θεοῦ καταλογισθεῖεν ἄν, τῷ δι' οὗ τοῦτο ὑπάρχει μὴ ἐγνωκότες.

Τίς δέ ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος Ιησοῦς Χριστός· οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ αἵματι. καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἀλήθεια. ὅτι τρεῖς μαρτυροῦσι, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς ἕν εἰσι.] νικᾷ μὲν τὸν κόσμον ὁ πιστεύων ὅτι Ιησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Τίς δέ ἐστιν Ιησοῦς, αὐτὸς ἡμῖν ὁ Ιησοῦ μαθητὴς διατρανοῖ λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος Ιησοῦς Χριστός. ἀλλὰ καὶ ἐν αἵματί φησι, καὶ ἐν πνεύματι· καὶ τοὺς τρεῖς ἓν εἶναί φησιν. ἐκοῦν γέγονε μὲν σὰρξ ὁ λόγος, ἁγιάζει δὲ ἡμᾶς τῷ πνεύματι,

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

καὶ καθαρίζει τῷ αἵματι, καὶ ἀπολούει πάλιν ὕδατι καθαρῷ. εἷς δὲ δὴ πάντως ὁ υἱὸς, οὗ καὶ εἶναι φαμεν τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα.

Εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβανόμεν, ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μείζων ἐστίν· ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, ὅτι μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ. ὁ μὴ πιστεύων τῷ θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἐπίστευσεν εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἣν ἐμαρτύρησε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.] μεμαρτύρηκεν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ διὰ τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ φωνῆς. ὅτι γάρ ἐστιν αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν, μαρτυρήσειεν ἂν τὸ χορηγεῖν δύνασθαι τοῖς ἁγίοις τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ δυνάμεις ἐνεργεῖν. καὶ γοῦν ἔφασκεν· ὅτι ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει. μεμαρτύρηκε δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον. * ἐδόξασε γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ Ιορδάνῃ, λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. ὅσοι τοίνυν ἀποδιαιροῦντές φασιν οὐκ εἶναι υἱὸν ἀληθινὸν τὸν ἐκ γυναικὸς, ἀναφέρουσι δὲ τὸ τῆς υἱότητος ὄνομα ἐπὶ γυμνὸν καὶ μόνον τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, ψεύστην ποιοῦσι τὸν πατέρα· σαρκωθέντα γὰρ τὸν λόγον ἀπέδειξεν ἐν τῷ Ιορδάνῃ, καὶ τότε μεμαρτύρηκε τὸ πνεῦμα αὐτῷ, ὅτι καὶ θεός ἐστι, καὶ υἱὸς ἀληθῶς.

* ἔδειξεν

ficat, & ſanguine nos expiat, & aqua munda nos abluit. Vnus tamen omnino eſt Filius, cuius Spiritum & aquam & ſanguinem eſſe dicimus.

Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de Filio ſuo. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod Deus teſtificatus eſt de Filio ſuo. Et Spiritu, & voce Pater Filio teſtimonium perhibuit. Nam verum illum eius eſſe Filium, hoc ipſo teſtatum nobis fit, quod Spiritum ſanctum perficiendorumq; miraculorum vim ſanctis ipſe dilargiri potuit. Atque huc vtique tendebat, quando, *Ille me clarificabit*, aiebat. Alio quoque modo teſtimonium eidem perhibuit. Siquidem in Iordane eiuſmodi elogio illum clarificauit: *Hic*, ait, *eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quicumque igitur diuiſione inducta eum, qui ex muliere natus eſt, verum Dei Filium eſſe negant, Filii autem nomen ſoli nudoque Dei Verbo aſſignant; ii Patrem mendacem faciunt, vt qui Verbum incarnatum euidenter oſtenderit in Iordane: quo etiam tempore Spiritus & quod Deus eſſet, & quod verus Filius eſſet, diſerte teſtatus eſt.

Ibid. v. 9.

Ioan. c. 16. v. 14.

Matth. c. 3. v. 17.

Ὅτι ζωή.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.

ΕΠΙ τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου γέγραπται· ὅτι ὅτε ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ὁ Ιησοῦς

Quod Chriſtus ſit vita.

Ex euangelio ſecundum Matthæum.

DE archiſynagogi filia ſcriptum extat, quod *cum eiecta eſſet turba, intrauit Ieſus, & te-*

Matth. c. 9. v. 23.

nuit manum eius, & surrexit puella. Cur quæso, dum puellæ vitam restituit, non fuit contentus verbo, vt in Lazari exsuscitatione; sed manum præterea illius apprehendit? nempe vt ostenderet, corpus suum viuificum esse: est enim corpus vitæ. Quamobrem vnio Verbi cum carne naturalis & vera est, non secundum solam personarum coitionem, vel nudam fausti nominis attributionem, aut voluntatum concordiam, siue simplicem coniunctionem, vt quidam imperite nugantur.

ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον.] διὰ τί μὴ μᾶλλον ὡς ἐπὶ τοῦ Λαζάρου ἠρκέσθη λόγῳ πρὸς τὴν ἀνάστασιν τοῦ κορασίου, ἐκράτησε δὲ καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς; ἵνα δείξῃ ζωοποιὸν τὸ αὐτοῦ σῶμα· σῶμα γὰρ ἐστι ζωῆς. οὐκοῦν φυσικὴ μᾶλλον καὶ ἀληθὴς ἡ ἕνωσις ἡ πρὸς τὴν σάρκα τοῦ λόγου, καὶ οὐ, καθά φασιν ἐξ ἀμαθίας τινὲς, ὡς ἐν μόνοις πέπρακται προσώποις, ἢ κατὰ ψιλὴν εὐφημίαν, καὶ θέλησιν, ἤτοι συνάφειαν ἁπλῶς.

ANNO CHRISTI 431.

Ex euangelio secundum Ioannem.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

Ioan. c. 6. v. 27.

OPERAMINI *non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. hunc enim Pater signauit Deus.* Cibum nobis impertitus est Filius hominis manentem in vitam æternam, nimirum suam carnem: est enim ea viuifica. Iam quomodo is Deus non est, qui per propriam quoque carnem viuificare potest, quique Deo & Patri per omnia æqualis est? Hoc enim insinuat, dum a Deo obsignatum se pronuntiat. Etenim obsignationis vocabulum expressam similitudinem indicat. Quemadmodum enim si quis aureum, aut alterius cuiusuis materię sigillum ceræ impresserit, totam omnino sigilli illius effigiem inducit: ita Deus Pater quoque expressam, conspicuam, essentialemque naturæ suæ figuram in Filio habet. Atque istud est, quod se a Patre obsignatum affirmet.

ΕΡΓΑΖΕΣΘΕ, φησὶ, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει. τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ θεός.] βρῶσιν ἡμῖν δέδωκεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, δηλονότι τὴν σάρκα αὐτοῦ· καὶ γάρ ἐστι ζωοποιός. εἶτα πῶς οὐ θεὸς ὁ ζωοποιεῖν δυνάμενος καὶ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐοικώς τε κατὰ πάντα τῷ θεῷ καὶ πατρί; τοῦτο γὰρ οἶδα δηλοῦν τὸ ἐσφραγῖσθαι λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἐσφραγῖσθαι σημαίνοντος τὸ ἀκριβῶς ἐμφερές. ὥσπερ γὰρ εἰ κηρῷ τις ἐμπήξει σφραγῖδα χρυσῆν, ἢ γοῦν ἐξ ἑτέρας ὕλης πεποιημένην, ὅλην ἐξ ὅλου τὴν ἑαυτῆς ἐμφέρειαν ἐνσημαίνει· οὕτω καὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦτο τῆς ἑαυτοῦ φύσεως χαρακτῆρας οὐσιωδῶς ἐμπρέποντας ἔχει τῷ υἱῷ. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐσφραγῖσθαι λέγειν αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρός.

Ex euangelio secundum Lucam.

Ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.

Ioan. c. 11. v. 43.

EXSVSCITAVIT Christus Lazarum, tum archisynago-

ΗΓΕΙΡΕ τὸν Λάζαρον ὁ Χριστὸς, τὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου

Anno Christi 431.

θυγάτειον, ⸋ τῆς χ̣ῖρας ὑόν. ἔπα, πῶς οὐ ζωὴ κ̣ῦ φύσιν ὄ̣σ̣τ̣ιν ὁ μὴ μόνῳ λόγῳ καταπτοεῖν τ̣ὸ θάνατον δυνάμενο⸋, ἀλλὰ καὶ ἢ τῇ τῆς χ̣ῖρὸς ἁφῇ; καὶ γὰρ ἓν ὦ ἀκόλουθόν τε καὶ ἀναγκαῖον, ζωοποιὸν εἶ̣ναι τὸ σῶμα τῆς κ̣ῦ φύσιν ζωῆς.

gi quoque filiam, & viduę filium. Quis ergo neget, quin vita secundum naturam existat, vt qui non tantum verbo, sed suæ quoque manus contactu mortẽ perterrefaciat? Erat enim consentaneum, imo vero omnino necessarium, vt corpus illius esset viuificum, qui vita erat secundum naturam. *Luc. c. 8. v. 54. & c. 7. v. 14.*

Οτι ἱλαστήριον διὰ πίστεως.

Quod Christus per fidem sit propitiatio.

Ἐκ τῆς πρὸς Ρωμαίους.

Ex epistola ad Romanos.

ΠΕΡΙ Χριστοῦ φησιν· ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριο⸋ διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐ̣τ̣ῦ̣ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τ̣ῆ̣ς δικαιοσύνης αὐ̣τ̣ῦ̣, διὰ τ̣ὴ̣ν πάρεσιν τ̣ῶ̣ν προγεγονότων ἁμαρτημάτων· ἐν τῇ ἀνοχῇ τ̣ῦ̣ θεοῦ, πρὸς τ̣ὴ̣ν ἔνδειξιν τ̣ῆ̣ς δικαιοσύνης αὐ̣τ̣ῦ̣, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶ̣ναι αὐ̣τ̣ὸν δίκαιον, κ̣ὴ̣ δικαιοῦντα τ̣ὸν ἐκ πίστεως Ιησοῦ.] εἰ ἐκ ἰῶ ἑτέρως ἱλαστήριον γ̣ίνεσθαι Χριστὸν τοῖς ἐν ἁμαρτίᾳ καὶ ὀφ̣ᾶ̣ κ̣ὴ̣ θανάτου δίκῃ, πλὴν ὅτι δι' αἵματος διὰ πίστ⸋ τ̣ὴ̣ν πάρεσιν τ̣ῶ̣ν προγεγονότων ἁμ̣ρτημάτων ἐκχεῖσθαι μέλλοντος· πῶς ἐκ ἀναγκαῖον σαρκὰ γ̣ίνεσθαι ⸋ λόγον, ἵνα κ̣ὴ̣ αἵματι τῷ ἰδίῳ, δῆλον ἦ̣ ὅτι τῷ τ̣ῆ̣ς ἑαυτ̣ῦ̣ σαρκὸς, δικαιώσῃ πάντας τοὺ̣ς εἰς αὐ̣τ̣ὸ⸋ πιστεύοντας;

QVEM (de Christo sermo est) *proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore; vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.* Si alia ratione illos expiare non poterat Christus, qui peccato & maledictioni & mortis supplicio obnoxii tenebantur, nisi sanguinem suum in præcedentium peccatorum remissionem profunderet; quomodo vt Verbum caro fieret, necessarium non erat? nempe quo proprio, hoc est suæ ipsius carnis sanguine omnes, qui in ipsum crediturі erant, iustificaret. *Rom. c. 3. v. 25.*

Οτι λελυτρώμεθα, κ̣ὴ̣ πρὸ̣ καταλλαγῆ̣ναι πρὸς θεὸν ἐφήκαμεν διὰ τ̣ῦ̣ αἵματο⸋ αὐ̣τ̣ῦ̣.

Quod per Christi sanguinem redempti, Deoque reconciliati sumus.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης.

Ex priori ad Corinthios.

ἘΞ αὐ̣τ̣ῦ̣ δ' ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ιησοῦ, ὃς * ἐγενήθη σοφία ἡμῖν ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε, κ̣ὴ̣ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις· ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.]

* ἐγενήθη

EX *ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt (quemadmodum scriptum est) qui gloriatur, in Domino glorietur.* In Christo *1. Cor. c. 1. v. 30.* *Ierem. c. 9. v. 22.*

itaque redempti, & ſanctificati, & ſapientes facti ſumus. *Omne autem datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum*, hoc eſt Deo. Cum ergo Chriſtus ſapientiam, & ſanctificationem, & redemptionē nobis largiatur, quomodo non eſt Deus?

Iacob. c. 1. v. 17.

λελυτρώμεθα τοίνυν ἐν Χριστῷ, καὶ ἡγιάσμεθα, καὶ σοφοὶ γεγόναμεν. πᾶσα δὲ δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, τουτέστι θεοῦ. εἶτα πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, ὁ σοφίαν τε καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν ἡμῖν δωρησάμενος;

Quod per Chriſti ſanguinem redempti ſumus.

Ex epiſtola prima Petri.

1. Pet. c. 1. v. 18.

SCIENTES *quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.* Redempti enim ſumus, Chriſto proprium pro nobis corpus impendente. At ſi vt homo vulgaris habeatur, quomodo illius ſanguis vitæ omnium æſtimationem ad dignitatem exæquat? Si autem Deus erat in carne, qui vndiquaque digniſſimus eſt; ſane cumulatiſſimum per illius ſanguinem precium pro totius mundi ſalute impenſum eſt, & ſatis decenter.

Ὅτι λελυτρώμεθα διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς πρώτης.

ΕΙΔΟΤΕΣ ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ.] λελυτρώμεθα γὰρ, τὸ ἴδιον σῶμα δεδωκότος ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἄνθρωπος νοεῖται κοινὸς, πῶς ἀντάξιον τῆς ἁπάντων ζωῆς τὸ αἷμα αὐτοῦ; εἰ δὲ θεὸς ἦν ἐν σαρκὶ ὁ πάντων ἀξιώτερος, ἀξιόχρεως ἡ λύτρωσις τοῦ κόσμου παντὸς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἴη ἄν, καὶ μάλα εἰκότως.

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit.

Ex epiſtola ad Romanos.

Rom. c. 5. v. 8.

COMMENDAT *autem caritatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum.* Rurſum: *Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii eius; multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.* Si mundus ali-

Ὅτι ὁ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος.

Ἐκ τῆς πρὸς Ρωμαίους.

ΣΥΝΙΣΤΗΣΙ δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. καὶ πάλιν· εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.] οὐκοῦν εἰ

ANNO CHRISTI 431.

μὴ ἑτέρως ἦν σώζεσθαι τὸν κόσμον, εἰ μὴ ἐν αἵματι καὶ θανάτῳ χρησίμως παραληφθέντι, καὶ οἰκονομικῶς, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ· σεσώσμεθα δὲ διὰ Χριστοῦ· πῶς οὐκ ἀναγκαῖος τῷ ἐκ θεοῦ φυῦτι λόγῳ ὁ τῆς σαρκώσεως τρόπος, ἵνα δικαιώσῃ μὲν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καταλλάξῃ δὲ τῷ πατρὶ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ ἰδίου σώματος, ἵνα καὶ συζήσωμεν αὐτῷ;

Η ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ιησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.] εἰ πᾶσά πως ἀνάγκη τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς συνθάπτεσθαι Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, ἵνα ὥσπερ αὐτὸς ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται, καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν, ὡς συντεθαμμένοι καὶ συνεγηγερμένοι τῷ δι' ἡμᾶς ἀποθανόντι καὶ ἐγηγερμένῳ· χρειωδέστατά τε καὶ ἀναγκαίως τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πέπρακται μυστήριον, σαρκός τε καὶ αἵματος μετέσχεν ὁ λόγος, ἵνα καὶ ἀποθανεῖν λεγομένῳ σαρκικῶς, καὶ μὴν καὶ ἐγηγερμένῳ, συναποθάνωμεν καὶ συνεγερθῶμεν.

Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.] κατὰ τὸν ἴσον τῷ πρώτῳ τρόπον νοήσεις καὶ τοῦτο· ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν.

ter quam per Christi sanguinem & mortem diuina dispensatione salutariter susceptam propter præcedentium delictorum condonationem, quæ Deus tolerauerat, saluari nequibat; per Christum autem salutem sumus consecuti; quomodo incarnationis modus Dei Patris Verbo necessarius non erat, quo illos nimirum, qui in ipsum crederent, per sanguinem suum iustificaret, Patrique per corporis sui mortem reconciliaret; atque ita simul cum ipso vitam adipisceremur?

An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si eos qui in terris degunt, Christo per baptismum in mortem ipsius cõsepeliri omnino necessum est; vt quemadmodum ille ex mortuis resurrexit, ita & nos quoque in nouitate vitæ ambulemus, tamquam simul cum eo, qui nostri causa mortuus est, & a mortuis rursum excitatus est, mortui & excitati: profecto non absque summa vtilitate ac necessitate incarnationis mysterium patratum est, carnique & sanguini communicauit Verbum; quo videlicet simul cum illo, qui secundum carnem mortuus & resuscitatus est, & nos quoque moriamur & resurgamus. Rom. c. 6. v. 3.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. In eumdem sensum & istuc quoque exponas: *Quoniam quidem per hominẽ mors, & per hominem resurrectio mortuo-* Ibid. v. 3. 1. Cor. c. 15. v. 21.

rum. & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Christus secundus Adam appellatus est. Vt autem primus Adam nos deiecit in corruptionem, ita secundus Adam nos prouexit ad vitam; non vt homo communis nostri causa mortem perpessus, ne in illo mortui maneamus, sed vt Deus incarnatus. Per carnem namque passus est vt homo; vt dum proprium templum diuina virtute exsuscitat, & nos simul quoque cum illo exsuscitemur.

ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.] δεύτερος Ἀδὰμ κεχρημάτικεν ὁ Χριστός. καὶ ὥσπερ ὁ πρῶτος Ἀδὰμ ἡμᾶς κατεβίβασεν εἰς φθορὰν, οὕτως ὁ δεύτερος ἀνεκόμισεν εἰς ζωήν· οὐχ ὡς ἄνθρωπος ψιλὸς ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μὴ καὶ ἐν αὐτῷ μείνωμεν νεκροί· ἀλλ' ὡς θεὸς ἐν σαρκὶ, καὶ αὐτῇ πεπονθὼς ἀνθρωπίνως, ἵνα θεϊκῶς ἀναστήσαντι τὸν ἴδιον ναὸν συνεγερθῶμεν ἡμεῖς.

Anno Christi 432.

Ex epistola ad Galatas.

Galat. c. 3. v. 13.

Deut. c. 21. v. 25.

CHRISTVS *nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio fieret Abrahæ in Christo Iesu; vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.* Hinc etiam perspicias licet, Christi mortem mundo salutarem extitisse. Nam maledictum nostri causa factus est, dum crucem sustinuit, necnon ex ligno pependit, quo mundo a peccatis expiato, Abrahæ benedictio in Christo Iesu fieret in gentibus, hoc est, vt gentes, iuxta promissionem Abrahę factam, per fidem iustificarentur, nosque per fidem spiritũ promissum obtineremus. Cum igitur Christi mors legis maledictionem e medio sustulerit, & gentibus rursum Abrahæ benedictionem, hoc est, gratiam per fidem pepererit, & tandem Spiritus sancti participes nos reddiderit; neutiquam existimare debemus, mortem illius vulgaris cuiuspiam hominis mortem extitisse: quin id potius statuere nos decet, nempe Verbum incarna-

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

ΧΡΙΣΤΟΣ ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ· ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.] ἄθρει δή μοι κἀντεῦθεν, ὅτι γέγονε τῷ κόσμῳ σωτήριος ὁ Χριστοῦ θάνατος. γέγονε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, σταυρὸν ὑπομείνας, καὶ κρεμασθεὶς ἐπὶ ξύλου, ἵνα λύσῃ τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τουτέστιν, ἵνα δικαιωθῇ τὰ ἔθνη διὰ πίστεως, κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἐπαγγελίαν τῷ Ἀβραὰμ, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. ὅτε τοίνυν καὶ τὴν ἐν νόμῳ λέλυκεν ἀρὰν ὁ Χριστοῦ θάνατος, καὶ προὐξένησε τοῖς ἔθνεσι τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἀβραὰμ, τουτέστι τὴν διὰ πίστεως χάριν, μετόχους δὲ ἡμᾶς ἀπέφηνε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὐκ ἀνθρώπου κοινοῦ νοοῖτ' ἂν ὁ θάνατος αὐτοῦ· περινοεῖν δὲ προσήκει μᾶλλον, ὅτι

σαρξ

ANNO CHRISTI 451.

σαρξ γεγονώς ὁ λόγος, σαρκὶ πέπονθεν ὑπὲρ τοῦ κόσμου, καὶ γέγονεν ἱκανὸν τὸ αὐτοῦ πάθος εἰς τὴν τοῦ κόσμου λύτρωσιν.

tum mortem in carne pro mundo pertulisse, eiusque passionem ad omnem hominum redemptionem abunde sat fuisse.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

ΝΥΝΙ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμον ἐν δόγμασι καταργήσας.] εἰ γὰρ τοῦτο ὄντας μακρὰν διὰ τὸ πλανᾶσθαι καὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν ἀθεότητι διατελεῖν, ἐγγὺς πεποίηκε τὸ αἷμα Χριστοῦ, πῶς ἐκ ἀναγκαία τοῖς ὑπὸ τῆς γῆς ἡ τοῦ λόγου σαρκώσις, συλλέγουσα τὰ διερημένα, καὶ προσοικειοῦσα μὲν τῷ θεῷ τοῦτο μακρὰν, κτίζουσα δὲ τοῦτο δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον διὰ τοῦ αὐτοῦ σαρκός; δέδοται γὰρ εἰς λύτρωσιν τῶν ἀμαρτιῶν, καὶ δι' αὐτῆς τὰ πάντα κατεκτήσατο τῷ θεῷ καὶ πατρί. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ ὁ πάλαι κατήργηται νόμος, ὡς ὑπὲρ αὐτὸν οὖσης τῆς πίστεως, δῆλον ὅτι τοῦ ἐν Χριστῷ. καὶ εἰ ἔτι ἐστὶν ἀληθὲς, πῶς ὑπὲρ νόμον ἡ πίστις, εἰ μὴ ὡς θεῷ πεπιστεύκαμεν τῷ Χριστῷ;

Ex epistola ad Ephesios.

NVNC *autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis euacuans.* Quod si eos qui procul aberant, ob id nimirum quod per mundum errabundi diuagarentur, ætatemque in impietate agerent, sanguis Christi prope adduxit; quomodo Verbi incarnatio, quæ & dispersa in vnum collegit, & longe aberrantes Deo reconciliauit, & duos populos in vnum nouum hominem per carnem illius redegit, generi humano non erat necessaria? Exhibita est enim hæc caro in eorum liberationem, qui peccatis obstricti tenebantur, omniaque per ipsam Deo & Patri lucrifacta sunt. Lex præterea vetus, quod fides in Christum multo illa sit excellentior, per eamdem quoque abolita est. At quomodo lex fidei cedit, si in Christum tamquam in verum Deum non credimus? *Ephes. c. 2. v. 13.*

Ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους.

ΔΙΟ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ * ἐζήτησας. τότε εἶπον· ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περὶ ἐμοῦ· τοῦ ποιῆσαι ὁ θεός τὸ θέλημά σου.] γέγονε σωτήριον τῷ κόσμῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος. πάλιν ἀναγκαῖον ἰδεῖν

Ex epistola ad Hebræos.

IDEO *ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: holocautomata, & propeccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me: vt faciam Deus voluntatē tuam.* Christi passio mundo salutem peperit. Verum operę precium est cogno- *Hebr. c. 10. v. 5.*

* περὶ ἁμαρτίας.

ſcere, ecquiſnam ille ſit, qui in mundum ingreditur: quandoquidem modis omnibus is extra mundum erat. Quomodo ergo, qui extra mundum erat, ingreſſus eſt in ipſum? Sane Vnigenitus ſuapte natura vniuerſum mundum excedens vt Deus, in mundum ingreſſus eſt pars illius factus, id eſt homo. Ita enim ſacrificio pro nobis oblato, ſponteque ſemetipſo contradito, ab interitu terrarum orbem vindicauit.

Hebr. c. 13. v. 12.

Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Quo pacto, quæſo, promiſcui hominis ſanguis ſanctos nos efficeret? At Chriſti ſanguis ſanctificauit nos. Diuinus eſt itaque, non ſimpliciter humanus: Deus enim erat in carne, proprio nos ſanguine emundans.

τὶς ὁ εἰς τοῦ κόσμου εἰσερχόμενος· ἦν γὰρ ἔξω τοῦ κόσμου πάντῃ τε καὶ πάντως. ἐπεὶ πῶς εἰσβέβηκεν εἰς αὐτὸν * ἔξω κόσμου; τοιγαροῦν κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὑπὲρ πάντα τοῦ κόσμου, ὡς θεὸς μονογενὴς, εἰσβέβηκεν εἰς αὐτὸν μέρος αὐτοῦ γεγονὼς, τουτέστιν ἄνθρωπος. οὕτω τε τὴν ὑπὲρ ἡμῶν προσκομίσας θυσίαν, καὶ ἑαυτὸν ἀναθεὶς, σέσωκε τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Διὸ καὶ Ιησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν.] αἷμα ἀνθρώπου κοινοῦ τίνα τρόπον ἁγίους ἡμᾶς ἀποφήνῃ; ἀλλὰ μὴν ἡγίασε τὸ αἷμα Χριστοῦ· θεῖον οὖν ἄρα καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀνθρώπινον· θεὸς γὰρ ἦν ἐν σαρκὶ, τῷ ἰδίῳ αἵματι καθαρίζων ἡμᾶς.

Anno Christi 431.

* ἔξω

Ex epiſtola ad Timotheum.

1. Tim. c. 2 v. 5.

VNVS *enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui redemptionem dedit ſeipſum pro omnibus.* Salutaris citra controuerſiam Chriſti mors vniuerſo mundo extitit. Attamen ſi Chriſtus Deus non eſt, quomodo ipſe ſolus toti mundo liberando ſat eſſe potuit? At quia ſuper omnes eſt, omnium cauſa mortem perpeſſus, ſolus pro omnibus ſatisfecit. Deus itaque eſt, qui propria carnis morte mortem a mundo profligauit.

Ἐκ τῆς πρὸς Τιμόθεον.

ΕΙΣ γὰρ θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ιησοῦς, ὁ δοὺς ἀντίλυτρον ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων.] σωτήριος ὁμολογουμένως ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ παντί. πλὴν εἰ μή ἐστι θεὸς, πῶς ἂν ἀρκέσειεν εἰς τὸ γενέσθαι πάντων ἀντίλυτρον αὐτός τε καὶ μόνος; ἀλλὰ ἤρκεσε μόνος ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν, ὅτι καὶ ὑπὲρ πάντας ἐστί. θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀποστήσας τοῦ κόσμου τὸν θάνατον.

EX CATHOLICIS.

Ex epiſtola Petri.

Quod Chriſti mors mundo ſalutaris extiterit.

1. Petr. c. 3. v. 18.

QVIA *Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, mortifi-*

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΘΟΛΙΚΩΝ.

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς.

Ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριος.

ΟΤΙ ὁ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἀπέθανε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ,

ANNO CHRISTI 431.

θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπιστήσασί ποτε.] πολλοὶ μὲν ἁγίων ἀνῃρέθησαν προφητῶν· ἀλλ' οὐδεὶς ἐκείνων ὑποθανεῖν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν εἵρηται, οὔτε μὴν προσαγαγεῖν ἡμᾶς τῷ θεῷ διὰ τοῦ ἰδίου θανάτου· ἀλλ' οὐδὲ ἐκήρυξέ τις τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι. πέπονθε δὲ τοῦτο Χριστὸς, καὶ δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ λελυτρώμεθα, καὶ τὸ αὐτοῦ πάθος ἐῶν τῷ κόσμῳ σωτήριον. ἀπέθανε τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐχ ὡς ἄνθρωπος εἷς ὑπάρχων ἡμῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς θεὸς ἐν σαρκὶ, τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὸ ἴδιον σῶμα δοὺς.

Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί.] ὡς γὰρ ὑπαρχοντος θεοῦ τοῦ Χριστοῦ, σοφῶς καὶ ἐμφρόνως ὁ μαθητὴς σαρκὶ πεπονθέναι φησὶν αὐτὸν, ὡς ἐξαγων αὐτὸν παθεῖν τινὰ ἀπόρρητον φύσιν, ἧς ἀλλότριον τὸ παθεῖν. ἰδίᾳ τοίνυν πέπονθε σαρκὶ, καίτοι γε παθεῖν ἀμοιρεῖν εἰθισμένος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος. θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, εἰκὼς μὲν ἀπαθὴς, παθητὸς δὲ κατὰ τὴν σάρκα.

catus quidem carne, viuificatus autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Multi ex sanctis prophetis interempti sunt; at nemo illorum, aut peccatorum causa oppetiisse, aut sua nos morte Deo obtulisse, aut spiritibus, qui in carcere detinebantur, prædicasse dictus est: præstitit hoc autem Christus. Per ipsum enim & in ipso redempti sumus, ipsiusque mors terrarum orbi salutem attulit. Mortem itaque pro nobis subiit, non vt homo quispiam nostri similis, sed vt Deus in carne, qui corpus suum pro mortalium omnium vita obtulit.

Christo igitur passo in carne. Cum Christus sit verus Deus, recte sapienterque discipulus carne illum passum affirmat. Hac enim ratione naturam illam immensam, in quam nulla perpessio cadit, ab omni perpessione eximit. Sua igitur carne passus est, quamquam Dei Verbum secundum se nullius perpessionis capax est. Christus proinde Deus est, impassibilis quidem secundum diuinam naturam, secundum humanam autem passibilis. 1. Petr. c. 4. v. 1.

Οτι ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τῷ κόσμῳ σωτήριον.

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

Quod Christi mors mundo salutaris.

Ex euangelio secundum Ioannem.

ΤΑΥΤΑ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον· ἀλλ' ὅτε ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. καὶ πάλιν· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκρίνεται αὐτοῖς λέγων· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν,

HÆC *non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc fuerant scripta de eo.* & infra: *Iesus autem respondet eis, dicens: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis. Amen amen dico* Ioan. c. 12. v. 16.

vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Nulli dubium est, vniuersum mundum, Emmanuele mortem illius causa sustinente, seruatum esse. At iure interim quęri potest, quomodo gloriam per mortem consecutus fuerit, cum ea res apertæ cuiusdam infirmitatis esse videatur: vnde etiam contempta ignominia ad mortem vsq; obediens fuisse legitur. Dices forsan illum per resurrectionem glorificatum esse. Recte inquam: Vera enim est hæc doctrina. sed diuinane virtute reuixit, an humana? Arbitror equidem, diuina. Cum ipsum ergo Dei Verbum carne passum dicitur, nullo pudore suffundamur. Gloriam enim, eamque Deo conuenientissimam rei exitus sortitur.

Hebr. c. 12. v. 2. Philipp. c. 2. v. 8.

ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, καρπὸν πλείονα φέρει.] ἔστι δὲ οὐκ * ἀμφίλογον, ὅτι σέσωσται πᾶς ὁ κόσμος, ἀποθανόντος ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Εμμανουήλ. πλὴν ἐκεῖνο λέγομεν· πῶς ἀποθανὼν ἐδοξάσθη; καίτοι μᾶλλον μῶμον ἀσθενείας ἔχει τὸ χρῆμα· ὅθεν καὶ αἰσχύνης καταφρονῆσαι λέγεται, γεγονὼς ὑπήκοος μέχρι θανάτου. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς δεδοξάσθαι διὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτόν. ὀρθῶς ἔχει, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος. ἆρ' οὖν ἀνεβίω θεϊκῶς μᾶλλον, ἢ ἀνθρωπίνως; ἀλλ' οἶμαι θεϊκῶς. ὅταν οὖν αὐτὸς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος σαρκὶ λέγηται παθεῖν, μὴ αἰσχυνώμεθα τὸ πάθος· δόξαν γὰρ ἔχει τὸ τέλος, καὶ τοῦτο θεοπρεπῆ.

ANNO CHRISTI 431.

* ἀμφίλογον.

Quod vnus sit Dei Filius & Dominus Iesus Christus.

Ex epistola ad Romanos.

Rom. c. 7. v. 25. & c. 8. v. 1.

IGITVR *ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.* Depugnant namque aperto inter se marte caro & spiritus, hoc est sensus carnis, insitarumque

Ὅτι εἷς υἱὸς ὁ τοῦ θεοῦ καὶ κύριος Ιησοῦς Χριστός.

Εκ τῆς πρὸς Ρωμαίους.

ΑΡ' οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοὶ δουλεύω νόμῳ θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας. οὐδὲν ἄρα κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ιησοῦ. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.] μάχονται μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἀλλήλοις ἡ σὰρξ καὶ τὸ πνεῦμα, τουτέστι τὸ φρόνημα τὸ σαρκικὸν καὶ

ANNO CHRISTI 431.

τῆς ἐμφύτων ἡμῖν ἡδονῶν τὸ κίνημα, καὶ τῆς κτ τὸ πνεῦμα ζωῆς ἡ δυναμις. κἂν ὁ θεῖος ἡμᾶς ὀπτοφέρῃ νόμος εἰς γε τὸ δεῖν ἐλέσθαι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἡ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμία καταβιάζεται πρὸς τὸ ἐναντίον. λέλυται δὲ νῦν ἐν Χριστῷ τὸ αἰτιατοῦν· καὶ ἠτόνησε μὲν τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, κεκράτηκε δὲ ὁ τῆς πνεύματος. διὰ ποίαν αἰτίαν; πέπομφε γὰρ ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, ἵνα κατακρίνῃ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. εἶτα, πῶς οὐ χρειωδεστάτη λίαν ἡ τοῦ λόγου σαρκωσις; κατακέκριται γὰρ οὕτω καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἡμῶν ἡ ἁμαρτία. εἰ δὲ οὐ γέγονε σαρξ ὁ λόγος, ἀπομεμένηκεν ἀδιόρθωτα τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ δουλεύομεν τῇ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας, οὐδενὸς ἐν ἡμῖν αὐτῷ καταρήσαντος. ἀκουῶ ἀναγκαίαν εἶναι φαμὲν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καὶ οὐχὶ δὴ μόνην τὴν ἐν προσώποις, καὶ κτ θέλησιν, ἤτοι συναφειαν ἁπλῆν, καθά φασι τινές.

nobis illecebrarum motus, & ſpiritalis vitæ facultas. Nam etſi diuina lex ad boni cupiditatem nos inuitet, carnis tamen concupiſcentia ad contrarium vrget. At hæc rixa per Chriſtum nunc demum dirempta eſt: quandoquidem peccati lege per illum labefactata, lex ſpiritus regnum obtinet. Qua iſtuc autem de cauſa? *Miſit enim Deus Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, vt peccatum condemnet in carne.* Qui ergo fieri poteſt, vt Verbi incarnatio non fuerit ſumme neceſſaria? Per hanc namque peccatum in carne etiam noſtra condemnatum eſt. Quod ſi Verbum caro factum non eſt, res noſtræ omnino proſtratæ, inemendatæque manſerunt; atque adeo per carnem legi peccati ſeruimus, nullo in nobis impetum illius retundente, aut refrenante. Neceſſariam proinde extitiſſe dicimus hypoſtaticam carnis cum Verbo vnionem; non perſonarum inter ſe copulam, aut ſolam voluntatum concordiam & ſimplicem coniunctionem, quam quidam ſtatuunt.

Rom. c. 8. v. 3.

Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;] εἰ μὲν ἴδιον υἱόν, δῆλον ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ θεὸς καὶ πατήρ· πέπονθε δὲ κτ σάρκα, καὶ οὐ φύσει θεότητος· ἴδιον ἄρα ἦν αὐτοῦ τὸ πεπονθὸς σῶμα, ἵνα καὶ αὐτὸς νοῆται παθὼν οἰκονομικῶς, ὁ παθεῖν ἐκ εἰδώς. τὸ τοίνυν ἀπομερίζειν εἰς δύο μὲν ἕνα,

Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? Si Deus Pater proprium Filium, illum ipſum nimirum qui ex illius ſubſtantia ortus eſt, pro nobis donauit; ergo corpus quod mortem ſuſtinuit, proprium illius erat, qui ſecundum carnem paſſus eſt. (nam ſecundum diuinitatis naturã pati non poterat) ita enim qui ſecundum ſe pati nequit, diſpenſatorie mortem perpeſſus eſt. Proinde qui vnum in duos diſpertiunt, aperto

Rom. c. 8. v. 31.

impietatis crimine seſe constringunt: quandoquidem si est homo per se & secundum se diuisim, & non ipsummet Dei Verbum carne indutum; Pater proprium pro nobis Filiũ dedisse non inuenitur.

Ibidem. *Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Si Christus per fidem iustificat, solus autem Deus est qui iustitiæ donum præstat; consequens fit Christum esse verum Deum. Rursum si ad dexteram Patris sedet, eademque cum illo gloria & maiestate pollet, & quidem mortuus & resuscitatus; corpus itaque assumptũ Verbi proprium est. Nam etsi factum est caro, haud secus tamen in suscepta carne cum Patre regni solium obtinet, vt verus naturalisque Filius.

Rom. c. 10. v. 6. *Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis*

Deut. c. 30. v. 14. *reuocare. Sed quid dicit? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem fit confessio ad salutem.* Si secundum quorumdam opinationem Christus est homo deifer, sola personarum copula Dei Verbo coniunctus; qui fieri potest, vt in illum tamquam in Dominum credentes, eiusdemque ex mortuis resurrectionem profitentes, eiusmodi fide iustificemur? Fides

ANNO CHRISTI 431.

δυσεβές. ἐκ ἔπ ἰδιον γὰρ ὑὸν θεέσκεται δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ὁ πατὴρ, εἴπερ ὄστιν ἄνθεσπος διηρημθρώς, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὡς ἐν σεσλήφει σαρκὸς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος.

Τίς ἐγκαλέσει κ͞τ ἐκλεκτοὺς θεοῦ; θεὸς ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρίνων; Χεισὸς Ιησοῦς ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ ἐγερθεὶς, ὅς ὄστιν ἐν δεξιᾷ τῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν.] εἰ δικαιοῖ τῇ πίσει Χεισὸς, θεὸς δέ ὄστιν ὁ δικαιῶν· θεὸς ἄρα ἀληθὴς ὁ Χεισός. καὶ εἴπερ ὄστιν ἐν δεξιᾷ τῦ θεοῦ, καίτοι τεθνεὼς καὶ ἐγηγερμθρος, συγκάθηται δὲ τῷ πατεί· ἴδιον ἄρα τῦ λόγου τὸ σῶμά ὄστι. σωεδρθει γὰρ οὕτω τῷ πατεὶ μὴ τῆς ἀναλη-φθείσης σαρκὸς, ὡς ὑὸς κ͞τ φύσιν, καὶ εἰ γέγονε σαρξ ὁ λόγος.

Η δὲ ἐκ πίσεως δικαιοσύη οὕτω λέγει· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται εἰς ⟨Ϟ⟩ οὐρανόν; τουτέστι Χεισὸν καταγαγεῖν. ἢ τίς καταβήσεται εἰς τ̀ ἄβυσσον; τουτέστι Χεισὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ὄστιν ἐν τῷ σόματί σου ⟨Ϟ⟩ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίσεως, ὃ κηρύσσομεν. ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ σόματί σου κύριον Ιησοῦν, καὶ πιςεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ γὰρ πιςεύεται εἰς δικαιοσύην, σόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηείαν.] εἰ, καθά γε τίσι δοκοῦ, ἄνθεσπος θεοφόρος νοεῖται Χρισὸς, ⟨Ϟ⟩ μόνῳ ἔχων τ̀ ἐν σεσώποις ἕνωσιν σεὸς ⟨Ϟ⟩ ἐκ θεοῦ λόγον, ἵνος ἕνεκα πιςεύοντες εἰς αὐτὸν ὡς εἰς κύριον, ὁμολογοῦντες ⟨Ϟ⟩ κ͞τ ἐκ νεκρῶν ἀνάσασιν ἀυ͞ῦ, δικαιούμθα τῇ πίσει

ANNO CHRISTI 431.

τῇ εἰς αὐτόν ; προσάπτεται δὲ ἡ πίστις ὡς εἰς θεὸν δηλονότι. ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις ἡ θεοῦ λόγου πρὸς τὰ ἀνθρώπινα. ἕνα γὰρ οὕτω Χριστὸν ὡς κύριον καὶ φύσιν ὁμολογήσομεν, καὶ τῆς αὐτοῦ σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν ἐπιγινώσκοντες, ὡς εἰς θεὸν πιστεύοντες, δικαιούμεθα.

Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει. ἐάν τε οὖν ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. ἐάν τε ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ θεοῦ ἐσμέν. εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.] προσαναφώνημά που τοῖς ἐξ ἐθνῶν ὁ μακάριος Παῦλος· νυνὶ δὲ γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; λελυτρώμεθα τοίνυν διὰ τῆς πίστεως τοῦ εἰς Χριστὸν ἐκ τῆς τῶν στοιχείων δουλείας, καὶ ὑπεχθήμεν εἰς τὸ δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. εἰ δὲ ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ, καὶ αὐτῷ ζῶμεν ὡς θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ· πῶς ἐκ ἀναγκαία τῷ λόγῳ ἡ πρὸς σαρκα γέγονεν ἕνωσις ἀληθής ; ἐν αὐτῇ γὰρ ἀποθανὼν, νεκυείθυκε καὶ ζώντων καὶ νεκρῶν.

enim in eum tamquam in Deum fertur. Necessarium est ergo, vt Dei Verbum secundum hypostasin humanæ naturæ vnitum profiteamur. Ad hunc enim modum vnum Christum tamquam naturalem Dominum confitentes, & carnis eius resurrectionem agnoscentes, ac veluti in Deum credentes, iustificationis beneficium consequimur.

Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. siue enim viuimus, Domino viuimus; siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, vt viuorum simul & mortuorum dominetur. Rom. c. 14. v. 7. Idem apostolus alibi illos qui ex gentibus conuersi fuerant, ita alloquitur: *Nunc autem cum cognoueritis Deum, imo cogniti sitis a Deo; quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa mundi, quibus denuo seruire vultis?* Galat. c. 4. v. 9. Per fidem ergo in Christum ab elementorum seruitute liberati, in Dei viui & veri seruitium translati sumus. Quod si Christus mortuus est, vt viuorum & mortuorum ex æquo dominetur; ipsique tamquam viuo & vero Deo viuimus; quomodo necessarium non erat, vt Verbum cum carne vere vniretur? In ipsa namque mortem perpessum, cum in viuos, tum in mortuos quoque imperium obtinuit.

Ex τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης.

Ex priori ad Corinthios.

ΕΠΙΝΟΝ γὰρ, φησὶν, ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.] τὸ Χριστὸς ὄνομα τέθειται τῷ Ἐμμανουὴλ, ὅτε γεγέννηται διὰ τῆς ἁγίας παρθένου. πῶς

BIBEBANT *enim de spiritali, consequente eos, petra: petra autem erat Christus.* 1. Cor. c. 10. v. 4. Nomen Christi tunc demum inditum est Emmanueli, quando ex sacra Virgine originem duxit. Quomodo

ergo petra esse poterat, quę populum Israeliticum in deserto potarat? Scripturam sacram vnum dumtaxat Filium, vnumq; Christum agnoscere, extra quæstionem est. Verbum itaque posteaquam carnem suscepit, spiritalis etiam petra est, propter dispensationis nouitatem, propriæ naturæ antiquitatem non abiiciens.

Ex posteriori ad Corinthios.

2. Cor. c. 5. v. 16. ITAQVE *nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem: & si secundum carnem cognouimus Christum; sed nunc iam non nouimus.* Quid est, obsecro, quod Paulus hic ait? Numquid Christum post resurrectionem inficiatur? Nonne illum secundum carnem resuscitatum, cumque eadem illa carne in cælum profectum norat? Ecquis istuc dicere audeat? Talem namque in cælum ascendisse, ac olim inde rursum venturum sciebat, qualem cælestia petiisse, neutiquam ignorabat. Quomodo igitur Filium secundum carnem se nosse negat? Quoniam simulatque ex mortuis reuixit, satius est ex diuina eminentia illum & nosse & profiteri, quam ex carnis mensura. Etenim dispensationis mysterio necdum expleto, secundum carnem prædicabatur, quo nimirum Vnigenitus caro factus crederetur. At vero sacramento hoc iam consummato, præstat ex diuinitate illum agnoscere & profiteri, quam ex carnis humilitate & exinanitione. Vnus itaque est Christus & Filius & Dominus.

2. Cor. c. 8. v. 9. *Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.* Si Christus est tantum homo, non

καθ'

οὖν αὐτὸς ἦν ἡ πέτρα ἡ ποτίζουσα τῷ Ἰσραήλ; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὅτι Χριστὸν καὶ υἱὸν οἶδεν ἕνα τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. γεγονὼς γὰρ ὁ λόγος σαρξ, πάλιν αὐτός ἐστιν ἡ πνευματικὴ πέτρα, τῆς οἰκείας φύσεως τὸ πρεσβύτατον οὐκ ἀποβαλὼν διὰ τὸ νέον τῆς οἰκονομίας. Anno Christi 451.

Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους δευτέρας.

ΩΣΤΕ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν.] τί δὴ ἄρα φησὶν ὁ Παῦλος; ἆρα Χριστὸν ἀρνεῖται μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὐκ οἶδεν αὐτὸν ἐγηγερμένον ἐν σαρκὶ, καὶ ἀναληφθέντα μετ' αὐτῆς εἰς τὸν οὐρανόν; καὶ τίς ὁ φάναι τοῦτο τολμῶν; οὕτω γὰρ οἶδε καὶ ἀναληφθέντα καὶ ἥξοντα κατὰ καιροὺς, ὃν τρόπον ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν. πῶς οὖν οὐκ εἰδέναι φησὶ κατὰ σάρκα υἱόν; ὅτι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, οὐκ ἐκ τῶν τῆς σαρκὸς ἔτι μέτρων, ἀλλ' ὡς ἐκ θείας ὑπεροχῆς ἄμεινον αὐτὸν εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν. οὔπω γὰρ πληροθείσης τῆς οἰκονομίας, ἐκηρύττετο κατὰ σάρκα, ἵνα πιστεύηται γεγονὼς ἄνθρωπος ὁ μονογενής. ἐπεὶ δὲ τετέλεσται τὸ μυστήριον, ἀφ' ὧν ἐστι θεὸς ἄμεινον αὐτὸν ὁμολογεῖν, ἢ ἀπό γε τοῦ κεκενῶσθαι διὰ τὴν σάρκα. εἷς οὖν Χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος.

Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε.] εἰ μόνον ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ

ANNO CHRISTI 431.

καθ' ἕνωσιν ἀληθῆ τὴν πρὸς τῷ θεὸν λόγον πλούσιος, ὡς θεὸς, πῶς ἐπτώχευσε; τίς γὰρ ὅλως ὁ τῆς ἀνθρωπότητος πλοῦτος; εἴρηται γὰρ ἀνθρώπῳ παντί· τί γὰρ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες; ἀλλ' ἐπτώχευσε, πλούσιος ὢν ὡς θεός· ἐπτώχευσε γὰρ, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μικροπρεπὲς οἰκειωσάμενος οἰκονομικῶς, ὁ πλούσιος ἀληθῶς ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος. εἷς ἄρα Χριστὸς καὶ υἱός· καὶ πλούσιος μὲν, ὡς θεός· πτωχὸς δὲ, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα πλούσιοι δι' αὐτόν.

secundum veram autem cum Dei Verbo vnionem opulentus, vt Deus; quomodo factus est egenus? Quales tandem sunt opes naturæ humanæ? An non omni homini dicitur: *Quid habes quod non accepisti?* Verum hic cum diues esset, vtpote Deus, factus est egenus: siquidem Verbum paternum, quod vere diues erat, humanæ naturæ humilitatē dispensatorie suam faciens, factum est inops. Vnus ergo est Christus & Filius, qui quidem diues est vt Deus; pauper vero est, quia vt nos per se locupletaret, homo factus est.

1. Cor. c. 4. v. 7.

Ἐκ τῆς πρὸς Γαλάτας.

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ, καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.] ἆρ' οὖν οὐχὶ θεὸν ἐνηνθρωπηκότα, καὶ ἕνα τῷ ἐξ ἀμφοῖν ἀποφαίνει διὰ τούτων ἡμῖν υἱὸν καὶ κύριον ὁ μυσταγωγός; ἔφη μὲν γὰρ ἀπεστάλθαι, οὔτε ἀπ' ἀνθρώπων, οὔτε δι' ἀνθρώπου· προστέθεικε δὲ, ὅτι ἀλλὰ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ. καίτοι πῶς οὐκ οἶδεν ἄνθρωπον ὄντα Ιησοῦν Χριστὸν, ὁ οὕτω τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν * οἰκουμένην κηρύξας αὐτόν; ἀλλ' οἶδεν ὄντα οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἐνηνθρωπηκότα δὲ μᾶλλον τῷ ἐκ θεοῦ λόγον· καὶ οὐ θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ νοούμενον, ἀλλ' ὡς αὐτόχρημα γενόμενον ἄνθρωπον μετὰ τοῦ εἶναι θεόν. ὅταν οὖν λέγῃ παρὰ ἀνθρώπου μὴ ἀπεστάλθαι, ἀλλὰ διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ, πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι καὶ θεὸν αὐτὸν οἶδεν ἀληθινὸν μετὰ τὸ καὶ ἐν σαρκὶ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς; σημαίνει τοίνυν αὐτῷ οὐκ ἀπό γε τῶν τῆς κενώσεως μέτρων, ἀλλὰ ἐκ

* ὑπ' οὐρανὸν

Ex epistola ad Galatas.

PAVLVS *apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitauit eum a mortuis.* An non Deum incarnatum, vnumque ex vtrisque Filium, & Dominum, diuinorum mysteriorum interpres per hæc nobis insinuat? dicit enim se non ab homine, neque per hominem, sed per Iesum Christū missum esse. Quid ergo? Numquid illum, quem vniuerso orbi talem annuntiarat, hominem esse ignorabat? Nequaquam. norat vtique hominem esse: at non hominem solum, sed Dei Verbum hominem factum. Neque Deum rursum in homine intelligendum, sed salua per omnia deitate hominem reipsa effectum. Cum ergo se non ab homine, sed per Iesum Christum missum dicat; quis dubitet, quin Christum Iesum verum Deum agnoscat etiam vbi ille perinde ac nos carni communicauit? At maluit interim illum per diuinam illius super omnes excellentiam,

Galat. c. 1. v. 1.

quam per exinanitionis menſuram, exprimere.

Galat. c. 4. v. 3. *Cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quem, quæſo, Deus Pater ex muliere ortum, & ſub lege factum miſit? An non congrue reſpondetur, digneque cogitatur, eum miſiſſe, qui neque ex muliere ortus, nec legi factus eſſet obnoxius, niſi id eſſe non deſineret, quod ante carnem & ſanguinem ſuſceptum, erat? Res plana eſt: etenim Dei Patris Verbum ſecundum carnem natum eſt ex muliere; ille rurſum qui vt Deus, legis erat Dominus, factus eſt legi ſubiectus, quo illorum fratrem ſe declararet, qui legis vinculo tenebantur adſtricti: hac vna namque ratione in filios cooptati ſumus. Certũ eſt enim, ſi is legi obnoxius factus non eſſet, aut ortum ex muliere non traxiſſet, nos illius fratres euadere non potuiſſe, qui ſecundum naturam Deus & Dominus eſt: quia vero vtrumque effectus eſt, nos quoque per ipſum hac tanta re potiti ſumus. Atq; huius euidentem demonſtrationem habent, quæ beatus Apoſtolus ſtatim ibi

Ibid. v. 6. adiungit. ait enim: *Quoniam autem eſtis filii, miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra, clamantem, Abba, Pater.* Iam quomodo illius Spiritus, qui ex muliere natus eſt, & ſub lege factus eſt, ſanctus Spiritus eſt, per quem etiam clamamus, Abba, Pater; ſi Chriſtus Deus, & vnus, & Filius non eſt?

τῆς θείας αὐτοῦ καὶ κῦ πάντων ὑπεροχῆς. ANNO CHRISTI 431.

Ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου δεδουλωμένοι ἦμεν. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς Ⓜ τὸν αὐτοῦ γενόμενον Ⓦ ἐκ γυναικὸς, γενόμενον Ⓦ ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.] Ἵνα πέμψεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, ὃς γέγονεν ἐκ γυναικὸς, γέγονε δὲ καὶ ὑπὸ νόμον; ἆρα οὐχὶ φανὰν πρέπει, καὶ νοεῖν ἄξιον, ὅτι πέμψεν ἐκεῖνον, ὃς ἐκ ἂν γέγονεν ἐκ γυναικὸς, οὐδ' ἂν ἔπαθεν ὑπὸ νόμον, εἰ μὴ μεμένηκεν ὅπερ ἦν, ἔξω δηλονότι σαρκὸς καὶ αἵματος; ἀλλ' ἔστι σαφὴς ὁ λόγος· ὁ γὰρ ἐκ θεοῦ παῖς λόγος γέγονεν ἐκ γυναικὸς κῦ σάρκα· ὁ τοῦ νόμου κύριος ὡς θεὸς, γέγονεν ὑπὸ νόμον, ἵνα γένηται καὶ ἀδελφὸς τοῖς ὑπὸ νόμον· οὕτω γὰρ ἀπελάβομεν ἡμεῖς τὴν υἱοθεσίαν. ὥστε εἰ μὴ γέγονεν ὑπὸ νόμον καὶ ἐκ γυναικὸς, οὐδ' ἂν ἦμεν ἀδελφοὶ τῷ κῦ φύσιν κυρίῳ * τῷ θεῷ. ὑπὲρ δὲ γέγονε, δι' αὐτοῦ τὸ χρῆμα πεπλουτήκαμεν. ἀποδεῖξιν δὲ ποιεῖται σαφῆ τοῦ ῥήματος ὁ ἀπόστολος Παῦλος, προσενεγκὼν λόγους· ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον, ἀββᾶ, ὁ πατήρ. πῶς οὖν πνεῦμα τοῦ ἐκ γυναικὸς καὶ ὑπὸ νόμον, τὸ ἅγιόν ἐστι πνεῦμα, δι' οὗ καὶ κράζομεν, ἀββᾶ, ὁ πατήρ, εἰ μὴ θεὸς ὁ Χριστὸς, εἷς ὢν, καὶ υἱός;

ANNO CHRISTI 431.

Ex τῆς πρὸς Ἐφεσίους.

ΕΙΣ κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν. ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. διὸ λέγει· ἀναβὰς εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη εἰς τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς; ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.] ἄφρει δή μοι πάλιν, ὅσον ἐν τούτῳ λόγος σαφέστατά τε καὶ ἐναργῶς ἀποφαίνει, εἰδὼς καὶ δυνάμενος, ὅτι Χριστὸς κύριος εἷς, καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν συνενεχθέντος ἀλλήλοις λόγου πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν υἱὸς ἀληθής. ἐπεὶ πῶς εἷς κύριος; πῶς δὲ μία πίστις; ἢ πῶς ἓν ἐστὶ τὸ βάπτισμα; εἰ γὰρ υἱοὶ δύο, δύο πάντως καὶ κύριοι, διττὴ καὶ ἡ πίστις, καὶ οὐχ ἓν ἐστὶ τὸ βάπτισμα. εἰς ἵνα γὰρ πεπιστεύκαμεν; ἢ εἰς τίνος ὄνομα βεβαπτίσμεθα; ἀλλὰ μὴν εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. πρόδηλον οὖν ἄρα ὅτι καὶ εἷς υἱός, κἂν εἰ νοοῖτο καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ὁ μονογενής. τίς δὲ ὅλως ὁ ἀναβὰς εἰς ὕψος; ἢ τίς ὁ κατελθὼν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; ἀκουέτω αὐτὸς κατέβη μὲν ἀνθρωπίνως· καθῆκε γὰρ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ταπείνωσιν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου· ἀνέβη δὲ μὴ σαρκὸς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

Ex epistola ad Ephesios.

VNVS *Dominus, vna fides, vnum baptisma: vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum ad inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia.* En quanta rursum claritate & euidentia apostolicus sermo hoc loco ostendat, Verbo per dispensatoriam vnionem cum humana natura coeunte, vnum tantum esse Christum, vnum esse Dominum; atque adeo vnum ex vtroque esse solum, verum naturalemque Filium. Nam quomodo vnus Dominus, aut vna fides, aut vnum baptisma? Si enim duo sunt filii, duo necessario erunt Domini, & duplex rursum fides, & duplex tandem baptisma. In quem enim credidimus, aut in cuius nomine baptizati sumus? Atqui vnus tantum est Dominus, vna fides, vnum baptisma. Perspicuum fit ergo, vnum solum esse Filium, etiam si Vnigenitus humanam originem perinde ac nos expertus sit. Rursum ecquisnam ille est, qui vel in altum ascendit, vel ad inferiores terræ partes descendit? Hic ipse igitur secundum humanam naturam descendit, seseque ad exinanitionem demisit, ac humiliauit, factus obediens vsque ad mortem. Ascendit autem carne indutus super omnes cælos, vt impleat omnia.

Ephes. c. 4. v. 5.

ANNO CHRISTI 431.

Ex epistola ad Philippenses.

Ἐκ τῆς πρὸς Φιλιππησίους.

Philip. c. 2. v. 5.

HOC *enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, & terrestriũ, & infernorum; & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Audis hic quomodo Verbum, quod in Dei forma existebat, & Deus erat, neutiquam rapinam arbitratum dicat esse se æquale Deo? Siquidẽ naturalẽ cum Deo Patre æqualitatem obtinens, serui forma, hoc est, hominis natura susceptа, semetipsum exinaniuit, specieque nostra ac similitudine accepta, seipsum humiliauit. Posteaquam vero crucem sustinuit, exaltatum dicit, datumque illi nomen, quod est super omne nomen; ita vt omne genu ipsi iam incuruetur, omnisque lingua eumdem confiteatur. Sed qua, quæso, ratione, qui in forma & æqualitate Dei existebat, ad exinanitionem se demisisse, & postea exaltatus perhibetur? An non euidentissimum hoc Christi sacramentum est? Enimuero cum secundũ naturam Deus esset, factus homo, in humilitatem abiectionemque descendit. Factus autem nostri similis, etiam cum carne suam obtinet gloriam. Et ipsa exaltatio non conuenit in

ΕΚΑΣΤΟΣ τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός.] σωσὲς ὅπως (W) ἐν μορφῇ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπαρχοντα θεὸν λόγον οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαί φησι τὸ εἶναι ἴσα θεῷ; ἔχων γὰρ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν ἐν ἰσότητι τοῦ πατρὸς, ἐκένωσεν ἑαυτὸν, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, τουτέστιν ἀνθρωπος γενόμενος, καὶ οἷον ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς εὑρεθεὶς, ταπεινώσει ἑαυτὸν εἰς κένωσιν. ὑπὲρ δὲ καὶ αὐτὸν ὑπομεμένηκε (W) σταυρὸν, ὑψῶσθαί φησιν αὐτὸν, δεδόσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ὥστε καὶ πᾶν γόνυ κάμψαι, καὶ πᾶσαν αὐτῷ γλῶτταν ἐξομολογήσασθαι. πῶς οὖν ὁ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ θεοῦ καθῆκε μὴ ἑαυτὸν (W) εἰς κένωσιν, ὑψῶσθαι ὃ μὴ τοῦτο λέγεται; ἆρ' οὐχὶ πρόδηλόταπον τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον (W); θεὸς γὰρ ὢν φύσει, γέγονεν ἄνθρωπος ἐν ταπεινώσει καὶ σμικροπρεπείᾳ· γεγονὼς δὲ καθ' ἡμᾶς, εἰς τὸ ἑαυτῷ δόξαν ἀναφοιτᾷ καὶ μὴ σαρκός. (C) πρέποι ἂν τὸ ὑψοῦ-

ANNO CHRISTI 431.

σαι τῇ οἰκονομίᾳ, καὶ οὐ δὴ μᾶλλον αὐτῇ τῇ φύσει τοῦ λόγου. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς θεὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπάρχων ὁ ἐν αὐτῷ.

Verbi naturam, sed in ipsam carnis dispensationem. Vnus est itaque Christus Deus in natura humana, & cum natura humana, id ipsum quod ante erat, vsque permanens.

Ἐκ τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς.

Ex epistola ad Colossenses.

Εὐχαριστοῦντες, φησὶ, τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε· καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν· ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν· εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] ἰδοὺ δὴ πάλιν εἰκόνα μὲν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου φησὶν αὐτόν· ἐκτίσθαι δὲ αὐτῷ θρόνους καὶ ἀρχὰς καὶ κυριότητας διαβεβαιοῦσθαι σαφῶς· καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, καὶ ἐν αὐτῷ συνεστάναι λέγει· καὶ αὐτὸν εἶναι τὴν κεφαλὴν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, καὶ πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν. τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ἡ εἰκὼν τοῦ θεοῦ, ὁ κτίσης τῶν ὅλων, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς; ὃς καὶ γέγονε πρωτότοκος

GRATIAS *agentes*, inquit, *Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa, in cælis, & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis; vt sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum: pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt.* Ecce hic illum rursus inaspectabilis Dei imaginẽ appellat; thronosque, principatus & dominationes condidisse, omniaque in ipso & per ipsum constare, aperte affirmat: tum corporis quoque ecclesiæ caput, primogenitumque ex mortuis eumdem prædicat. Ecquis amabo, imago Dei, vniuersorumque conditor est, nisi ipsemet vnigenitus Dei Filius? qui etiam factus est mortuorum

Coloss. c. 1. v. 12.

primogenitus; quippe qui in ſua ipſius, & non in alterius cuiuſpiam carne mortem oppetiit. Quare vnus eſt Chriſtus & Filius, Deus ſimul & homo.

ANNO CHRISTI 431.

ἐκ νεκρῶν, ὡς ἀποθανὼν τῇ σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τῇ ἑνὸς ἑτέρου. εἷς οὖν Χριστὸς καὶ υἱός, θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος.

Ex epiſtola ad Hebræos.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους.

Hebr. c. 1. v. 1. MVLTIFARIAM *multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit heredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula.* Vnigenitum Dei Verbum vna cum Deo Patre naturalis rerum omnium dominus eſſe creditur: at quia caro factum eſt, heredis quoque appellationem ſortitum eſt. Dictum eſt namque ad illud, tamquam ad hominem noſtri cauſa noſtri ſimilem effectum: *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Verumtamen per ipſum tamquam per Deum, propter humanam naturam heredis vocabulo appellatum, ipſa quoque ſæcula condita aſſerit: tribuitur enim id ſummæ Verbi antiquitati. Vnus itaque eſt Chriſtus & Filius, idem Deus ſimul & homo.

Pſal. 2. v. 8.

Hebr. c. 1. v. 3. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, & purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius nomen præ illis hereditauit.* Qua, quæſo, ratione ſplendor ille gloriæ, paternæque ſubſtantiæ character, hoc eſt vnigenitus Dei Filius, qui naturaliter ex illo procedit, peccatorum purgationem faciens (dubium autem nullum eſt ὁ ὢν αὐτοῦ καὶ φύσιν υἱὸς μονογενὴς, ἵνα ζῶπον καθαρισμὸν τῶν ἁμαρ-

ΠΟΛΥΜΕΡΩΣ καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν.] φύσει τῶν ὅλων κύριος μετὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος εἶναι πεπίστευται· πέφυκε δὲ κληρονόμος, ὅπερ γέγονε σαρξ. εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν, ὡς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπον * γεγονότα δι' ἡμᾶς· αἴτησαι παρ' * περὶ ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τὸ κληρονόμου διὰ τὸ ἀνθρωπον καὶ αὐτοῦ πεποιῆσθαι τοὺς αἰῶνας φησιν, εἰς τὸ τοῦ λόγου πρεσβύτατον τοῦ πράγματος ἔχοντος τὴν ἀναφοράν. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς καὶ υἱὸς, ὁ αὐτός τε ὁμοῦ θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

Ος ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς· τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκε.] τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, πυ-

ANNO CHRISTI 431.

τιῶν ἡμῶν ποιησάμενος· δῆλον δὲ ὅτι διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ· κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ κρείττων γενέσθαι λέγεται τῶν ἀγγέλων; καίτοι κατὰ φύσιν καὶ τῇ τῆς θεότητος ὑπεροχῇ τὰ πάντα νικῶν. οὐκοῦν καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, πεπλεονέκτηκεν, ὡς θεὸς, τὴν ἀόρατον κτίσιν· ὁ αὐτὸς ὢν ἀπαύγασμα καὶ χαρακτὴρ, καὶ ἐργασάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν καθαρισμὸν αἵματι τῷ ἰδίῳ. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς, καὶ υἱὸς, καὶ κύριος.

Ο, τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι, ἐξ ἑνὸς πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν, λέγων· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου.] τὸ κατὰ φύσιν ἅγιον οὐχ ἁγιάζεται, ὅτι μή ἐστι προσδεὲς ἁγιασμοῦ· τό γε μὴν ὡς μεθέξει τῇ παρ' ἑτέρου γεγονὸς ἅγιον, ἁγιάζειν ἑτέροις οὐ δύναται. πῶς οὖν ὁ αὐτὸς ἁγιάζει καὶ ἁγιάζεται, ζητητέον. ἁγιάζει τοίνυν, ὡς θεὸς, ἰδίωμα φύσεως τῆς ἑαυτοῦ τὸ ἁγιάζειν δύνασθαι λαχών· ἁγιάζεται δὲ μεθ' ἡμῶν, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος· ἁγιάζων μὲν θεϊκῶς, ἁγιαζόμενος δὲ μεθ' ἡμῶν ἀνθρωπίνως.

*ἀγομένοις·

Κεφάλαιον δὲ τοῖς * λεγομένοις· τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.] εἰ πᾶς ἱερεὺς, καθά φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας παραλαμβάνεται, οὐχ ἑαυτοῖς τελοῦσι τὰς λατρείας οἱ καλούμενοι πρὸς ἱε-

lum est, quin per proprium sanguinem) ad Patris dexteram considere, ipsisque angelis excellentior factus prædicatur? An non secundum naturam, diuinitatisque eminentiam longe excellit omnia? Sane idem omnino vt Deus, paternæque substantiæ figura & splendor, inaspectabilem illam creaturam longe excellit etiam homo factus, & sanguine suo peccata nostra emundans. Vnus itaque est Filius & Dominus.

Qui sanctificat, & qui sanctificātur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis. Quod suapte natura sanctum est, id non sanctificatur; quandoquidem sanctificatione nulla indiget. Quod autem participatione quadam ab alio sanctificationem consecutum est, id alios sanctificare non potest. Quæritur ergo, quomodo idem sanctificet, vicissimque sanctificetur. Haud dubie Verbum incarnatum, vt Deus, sanctificat, vt quod sanctificandi vim suæ naturæ proprietatem obtineat: at vero secundum humanam naturam, nobiscum sanctificatur. Vnus igitur est Christus & Dominus & Filius, sanctificans quidem vt Deus, sanctificationem autem accipiens humano more nobiscum.

Hebr. c. 2. v. 11.

Psalm. 21. v. 23.

Capitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. Si iuxta beati Pauli doctrinam omnis sacerdos ad offerendum dona & sacrificia assumitur; nō sibi litant qui ad sacerdotii functionem se-

Hebr. c. 8. v. 1.

liguntur, sed Deo, cui ab vniuersa creatura cultus veneratioque debetur: at qui Deo ministrant, non eiusdem cum Deo ordinis erunt, neque gloriam eamdem, quæ in ipsum solum conuenit, sortientur. Ecquo ergo modo Christus, noster pontifex effectus, dextera Dei assidet, thronumque maiestatis in cælis obtinet, sanctorumque ac superni & veri illius tabernaculi sacerdos constitutus est, & Patri, & sibiipsi quoque omnium preces offerens? Vnus igitur est Christus & Filius, qui quidem vt Deus, in diuinitatis suæ throno considet; vt vero diuina dispensatione humanæ naturæ particeps effectus, ministri pontificisque locum nomenque sortitus est.

Hebr. c. 12. v. 1. *Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum Christum, qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.* Si Christus est tantum homo, & non Deus nostra carne vere indutus; quodnam gaudium ipsi propositum dicit? aut quomodo ad diuinæ maiestatis dexteram consedit? Atqui gaudium erat illi propositum: siquidem suprema illa natura in perpetuis deliciis vsque versatur: & corpore, quod crucifigi poterat, assumpto, crucem sustinuit, crucisque supplicium perpessus, Deo & Patri dextera assedit. Vnus proinde est Dominus Iesus Christus, crucifixus quidem vt homo, cum Patre vero regnans vt Deus.

ροσύνην, θεῷ δὲ μᾶλλον, ᾧ τὸ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως ὀφείλεται σέβας· ὁ δὲ θεῷ λειτουργῶν, οὐκ ἐν ἴσῳ μέτρῳ κείσεται θεοῦ, οὔτε μὴν τὴν αὐτῷ καὶ μόνῳ πρέπουσαν φορέσει δόξαν. εἶτα πῶς ἀρχιερεὺς ἡμῶν γεγονὼς ὁ Χριστὸς, ἐν δεξιᾷ κάθηται τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν θρόνον ἔχει τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τῶν ἁγίων ἐστὶ λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἄνω καὶ ἀληθινῆς, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ προσκομίζων τὰς παρὰ πάντων λατρείας; εἷς ἄρα ἐστὶ Χριστὸς καὶ υἱὸς, καθήμενος μὲν θεϊκῶς ἐν τῷ τῆς ἰδίας θεότητος θρόνῳ, κεχρηματικὼς δὲ ἱερεὺς καὶ λειτουργὸς οἰκονομικῶς διὰ τὸ ἀνθρώπινον.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὴν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὴν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν Χριστόν· ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ κεκάθικεν.] εἰ κοινὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ θεὸς ἀληθῶς, ἐν σαρκί τε καὶ καθ' ἡμᾶς, ποίαν αὐτῷ προκεῖσθαι φησι τὴν χαρὰν; ἢ πῶς κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ; ἀλλὰ μὴν προὔκειτό τε αὐτῷ χαρά. καὶ γάρ ἐστιν ἐν ἀκαταλήκτοις θυμηδίαις ἡ ἀνωτάτω φύσις. ὑπέμεινε δὲ σταυρὸν, τὸ σταυροθῆναι δυνάμενον ἴδιον ποιησάμενος σῶμα· καὶ αὐτὸς ὁ ἐσταυρωμένος κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. εἷς ἄρα κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, σταυροθεὶς μὲν ἀνθρωπίνως, συνεδρεύων δὲ θεϊκῶς τῷ πατρί.

Ὅτι

ANNO CHRISTI 431.

Οὐ εἷς υἱὸς καὶ κύριος.

Ex τῷ κ̄ῳ Ματθαίῳ.

Quod vnus Filius & Dominus.

Ex euangelio secundum Matthæum.

ΠΑΝΤΑ μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τις γινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.] οὐδενὸς γινώσκοντος τὸν υἱὸν, εἰ μὴ μόνου τοῦ πατρὸς, πῶς ἀθετοῦσί τινες τὴν τοῦ πατρὸς μαρτυρίαν; ὑπεδήξε γοῦν τὸν ἴδιον υἱὸν ἐν τῷ Ιορδάνῃ, λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. ἀλλ' οὐ γυμνὸν ἡμῖν παρέδειξε τὸν ἴδιον λόγον, ἀλλ' ἐνωθέντα σαρκί. καὶ οὐκ εἴρηκεν, ὅτι ἐν τούτῳ ἐστὶν ὁ υἱός μου· ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ μετὰ σαρκός. εἷς ἄρα καὶ κύριος καὶ υἱός.

OMNIA *mihi tradita sunt a Patre meo: & nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Si nemo Filium nouit, nisi solus Pater; quomodo sunt qui Patris testimonium veluti infirmum repudiant? Ostendit is autem Filium suum in Iordane hac oratione: *Hic,* inquit, *est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Atqui non nudum Verbum ob oculos nobis posuit, sed incarnatum. Neque dixit: In hoc est Filius meus dilectus; sed: Hic, quem coram cernitis in carne, est Filius meus. Vnus itaque est Dominus & Filius. *Matth. c. 11. v. 27.* *Matth. c. 3. v. 17. & Luc. c. 9. v. 35.*

Ex τῷ κ̄ῳ Ιωάννου εὐαγγελίου.

Ex euangelio secundum Ioannem.

ΗΝ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.] θεολογήσας ὀρθοτόμως, καὶ διὰ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ πεφωτίσθαι πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον εἰπών, καὶ μὴν καὶ δι' αὐτοῦ αὐτὸν πεποιῆσθαι τὸν κόσμον, εἰς τὰ ἴδια φησιν αὐτὸν ἐλθεῖν. ἦλθε δὲ γεγονὼς ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς ὡς πρὸς ἰδίους, καὶ πρό γε πάντων ἄλλων τοὺς ἐξ αἵματος Ισραήλ. ὅτε τοίνυν αὐτός ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα·

ERAT *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt.* Ecce accurate de diuinis disserens, & per lucem veram illuminari omnem hominem venientem in hunc mundum affirmans, ipsumque esse, per quem mundus est conditus; hunc eumdem in propria venisse prædicat. Venit autem Vnigenitus factus homo tamquam ad suos, & præcipue ad Israelitici sanguinis homines. Cum ergo ipse sit lux illa vera, per quem omnia sunt con- *Ioan. c. 1. v. 9.*

dita; cumque ille sit, qui carne indutus venit in propria; quomodo consequens non est, vt vnum Christum & Filium confiteamur?

Ibid. v. 14. *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre) plenum gratiæ & veritatis.* Si Verbum factum est caro, carnique & sanguini æque ac nos communicauit, ac semen Abrahæ apprehendit, quo nimirum per omnia fratribus suis assimilaretur; quis dubitet, quin id plane permanserit quod erat, etiam si caro factum sit? Siquidem nulla in Verbi naturam cadere potest mutatio. Et si frater noster est, quomodo Vnigeniti gloriam habet? Sane licet factum sit caro, Deus tamen esse non desiit. Vnigenitus proinde est vt Deus; primogenitus vero propter crucem humanitus susceptam.

Hebr. c. 2.

Ioan. c. 1. v. 15. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens; *Hic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ioannes de Christo ait: *Qui post me venit,* hoc est, post me manifestatus, quem scilicet ipse prædicauit; is prior me est, hoc est, dignitate & gloria me præstat: nam & ipsa quoque existendi ratione, vt Deus, prior erat. Quomodo ergo idem Ioanne prior, & posterior secundum tempus extitit? Quia Verbum Deus erat, & factum est caro. Prius proinde erat vt Verbum, posterius vero vt homo. Et si omnes sancti de illius plenitudine hauserunt; sola porro diuinitas, iuxta Isaiæ vocem, absolute plena est; ipsi soli conuenit, vt

Isa. c. 6. v. 3.

καὶ αὐτός ἐστιν ὁ μὴ σαρκὸς ἐλθὼν εἰς τὰ ἴδια· πῶς οὐκ ἀναίσχυντον ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν ὁμολογεῖν; ANNO CHRISTI 431.

Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας.] εἰ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, τουτέστι παρὰ πλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, ἵνα κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ· πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις ὅτι μεμένηκε λόγος, καὶ σὰρξ γεγονώς; ἄτρεπτος γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις. καὶ εἰ κεχρημάτικεν ἡμῶν ἀδελφὸς, πῶς μονογενοῦς ἔχει δόξαν; ἀκουσάτω κἂν εἰ γέγονε σὰρξ, οὐδὲν ἧττόν ἐστι θεός· καὶ μονογενὴς μὲν ὡς θεὸς, πρωτότοκος δὲ διὰ τὸν ἀνθρώπινον σταυρόν.

Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε λέγων· οὗτος ἦν, ὃν εἶπον· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν· ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν.] Ἰωάννης φησὶ περὶ Χριστοῦ· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, τουτέστιν ὁ μετ' ἐμὲ φανερούμενος· ὃν αὐτὸς ἐκήρυξε δηλονότι· ἔμπροσθέν μου γέγονε, τουτέστι πρωτεύων κατὰ τὴν δόξαν· καὶ γὰρ ἦν καὶ ἐν ὑπάρξει πρῶτος ὡς θεός. πῶς οὖν ὁ μετ' αὐτὸν περὶ αὐτοῦ καὶ γέγονεν; ὅτι θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ γέγονε σὰρξ· ἔχων μὲν τὸ πρωτεύειν, καθὸ λόγος ἐστί· δευτερεύων δὲ κατὰ τὴν σάρκα. εἰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες μεμετέσχηκασιν οἱ ἅγιοι· πλήρης δὲ μόνου ἐστὶ τὸ θεῖον, καθά φησι διὰ τοῦ Ἡσαΐου φωνῆς· πρέπει αὐτῷ τε μόνῳ τῷ,

ANNO CHRISTI 431.

ὡς ἐξ ἰδίου πληρώματος, ἑαυτοῦ μετόχοις * ἀποπληροῦν ἑτέροις. πέπραχε δὲ τοῦτο Χριστός. εἷς ἄρα ἐστὶν υἱὸς καὶ κύριος ὁ ἐκ θεοῦ λόγος γενόμενος σαρξ, αὐτὸς θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. ἔχοι δ' ἂν τὴν διάνοιαν τὸ ἐφεξῆς ῥητόν· οὗτός ἐστι, περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν.] ἰδοὺ γὰρ ἄνδρα λέγων αὐτὸν, καὶ ἐρχόμενον ὀπίσω, πρῶτον εἶναί φησιν ὡς θεόν· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.

* ἀποπλεῖν

Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, plenus ſapientia; & gratia Dei erat in illo. & infra: *Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.* Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnum omnino eſſe affirmantes, humanaque ac diuina ex æquo eidem tribuentes, exinanitioni quidem vere conuenire aſſerimus cum corporei incrementi ſuſceptionem, tum corpulentarũ quoque partium ſucceſſiuam conſolidationem & confirmationem; tum hoc ipſum denique, quod ſapientia impleri videretur: quandoquidem vna cum incremento corporis per congruentes veluti progreſſus, ſapientia illius quotidie magis magiſque foris ſeſe prodebat. Et hæc quidem, vt dixi, carnis diſpenſationi, & humiliationis conditioni competebant. At vero perpetuam conſtantemque perfectionem obtinere, necnon ſapientiam eſſe, id in ipſius

Luc. c. 2. v. 40.

Ibid. v. 52.

ιε'.

Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ. καὶ πάλιν· Ἰησοῦς προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις.] ἕνα λέγοντες κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ αὖπω προσνέμοντες τά τε ἀνθρώπινα καὶ θεοπρεπῆ, τοῖς μὲν τῆς κενώσεως μέτροις πρέπειν ἀληθῶς διαβεβαιούμεθα τό, τε τῇ σωματικῇ αὔξησιν ὑπαδέχεσθαι, καὶ μὴν καὶ τὸ κραταιοῦσθαι, τῇ τοῦ σώματος ἀθρωμένων μορίων καὶ βεβαιώσει· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ δοκεῖν πληροῦσθαι σοφίας, διά γε τὸ οἱονεὶ προϊὸν ὑπόδοσιν τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ πρεπωδεστάτην τῆς ἐνούσης αὖπω σοφίας δυαφοιτᾶν τῇ ἐκφάνσει. καὶ ταυτὶ μὲν, ὡς ἔφην, τῇ μὲν σαρκὸς οἰκονομίᾳ πρέποι ἄν, καὶ τοῖς τῆς ὑφέσεως μέτροις. τῇ δέ γε φύσει τοῦ

ANNO CHRISTI 431.

λόγου πρέποι αὖ πάλιν τὸ ἀεὶ τελέως ἔχειν, καὶ εἶναι σοφίαν. αὖξει τοιγαροῦν ἀνθρωπίνως τὸ ὡς ἐν κενώσει τυχὸν ὑφειμένῳ· αὖξει δὲ ὁμοίως τὰ θεοπρεπῆ θείκῶς. ὁ γὰρ δι' τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας ζόφος τε καὶ λόγῳ οἶδεν ὄντα αὐτὸν καθ' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς· ὑπερέχοντα μὲν τῆς κτίσεως μέτρων ὡς θεόν· ἑαυτὸν δέ πως μονονουχὶ καὶ ἡττώμενον, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος. ποῦ γὰρ ἡ ταπείνωσις, ἣν ὑπεμείνεν ἑκών, εἰ παραιτοῖτο τὰ ἀνθρώπινα; πλὴν ἐκ τῶν αὐτοῖς ἢ τῆς λόγου νοεῖται φύσις, οἰκειοῦται δὲ μᾶλλον αὐτὰ μὲν τῆς ἰδίας σαρκός· καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ πεινᾶν καὶ διψᾶν, κἀ τὸ λέγεσθαι καμεῖν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. ὅταν οὖν ἀκούῃς· τὸ δὲ παιδίονηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας· δέχου πρὸς ἀπολογίαν τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστικόν. ὅτι γὰρ ἦν θεὸς ἐν σαρκὶ, πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ μακάριος εὐαγγελιστής· ὅτι χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ. οὐ γὰρ ὡς χάριν ἔχων παρ' ἑτέρου θεοῦ, χάριν ἔχειν λέγεται θεοῦ, ἀλλ' ὅτι χάριν εἶχε τὸ παιδίον, ἥπερ αὖ πρέπει θεῷ. καὶ γὰρ ἦν τε καὶ ἔστι θεὸς ὁ λόγος, καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, τουτέστιν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς. εἰ δὲ δὴ λέγοιτο χάριν ἔχειν, ἤγουν προκόπτειν ἐν χάριτι παρά τε θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ ἀπεικὸς οὐδέν· εἰ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπεδέχετο τὴν οἰκονομίαν, καὶ αὖ δὲ τὸν υἱὸν οἰκειούμενον τὰ σαρκικὰ, διὰ τὸ τῷ μυστικῷ πρέπον τε ὁμοῦ καὶ τὸ χρήσιμον.

Verbi naturam quadrat. Tam ea igitur illius sunt quæ ad exinanitionem pertinent, quam ea rursum quæ ad diuinæ naturæ excellentiam spectant. Etenim ratio moduſq; dispensationis cum carne eumdem & nobis similem, & nobis rursum superiorem agnoscit. Quemadmodum enim omnis creaturæ conditionem multis partibus excellit vt Deus; ita vt homo semetipso quodammodo minor existit. Quorsum enim humiliatio, in quam vltro se demisit, si quæ humanæ naturæ sunt propria non agnoscit? Non tamen in ipsis agnoscitur Verbi natura; sed potius vna cum propria carne ea omnia sibi adsciuit, cuiusmodi sunt, esurire, sitire, & itineris labore frangi. Cum igitur audis: *Puer autẽ crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientia;* dispensationis cum carne mysterium in causæ patrocinium assume. Quod autem Deus erat in carne, id euangelista hac ratione confirmat: Quoniam, inquit, gratia Dei erat in illo. Nec enim Dei gratiam habere dicitur, quasi ab alio Deo illam mutuatus fuerit; sed quod, cum puer esset, eiusmodi gratia ornatus erat, qua Deum decebat: quandoquidem Deus Verbum erat, & est, etiam si in carne apparuerit, nobisque similis effectus sit. Nihil proinde absurdi, aut a ratione alienum asseritur, si etiam gratiam habere, hoc est gratia apud Deum & homines proficere dicatur. nam ipse Pater tam ipsam carnis dispensationem, quam ipsum etiam Filium quæ carnis sunt propria, propter vtilitatem mysteriique conuenientiam sibi adsciscentem, accepta habebat.

Luc. c. 2. v. 40.

XVII.

Matth. 24. v. 36. Marc. 13. v. 31.

De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, neque Filius, nisi solus Pater. Si Christum vnum (obiiciunt illi) hoc est Dei Verbum incarnatum, id est hominem factum esse certo statuitis, quomodo is consummationis diem ignorauit? Respondemus, diuinorum secretorum ignorationem neq; probrosam esse creaturæ, neque eidem quoque inusitatam. Scriptum est enim: *Quis nouit mentem Domini?* Si ergo Filius, quatenus homo factus est, *paululum ab angelis minoratus* dicitur, (nam vt Deus, vniuersæ creaturæ præstat) quid mirum est, si æque atque angeli, Dei secreta ignorare perhibetur; licet is Dei Patris sapientia & virtus sit? Dei vero Patris sapientia non potest ea nescire, quæ in ipso abdita latent. Si enim Spiritus omnia, etiam profunda Dei scrutatur, & ille Christi Spiritus est, quomodo id nesciret, quod illius Spiritus exacte callet? Quare licet vt homo aliquid nesciuisse dicatur, vt Deus tamen omnia norat. Etsi ergo vt homo ignorationem præ se ferret, dum de Lazaro, *Vbi posuistis eum?* percunctaretur; mox tamē, dum potenti virtute ex mortuis illum exsuscitat, Deum se esse aperte declarat. Tribuentes igitur incarnationis dispensationi ea quæ hominis sunt, seruemus etiam, qua decet pietate, illi qui instar nostri factus est homo, ex Deo genito Verbo, quæ ipsi vt Deo conueniunt.

Is. 40. v. 13.

Hebr. 2. v. 7.

1. Cor. 1. v. 24.

1. Cor. 2. v. 10.

Ioan. c. 11. v. 34.

XVIII.

Matth. 27. v. 42.

Clamauit Iesus voce magna, dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Numquid ipsum quoque Verbum, quod ex

ιζ'.

Anno Christi 431.

Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ.] εἰ Χριστὸν ἕνα, φασὶν, ὁμολογεῖν ἐγνώκατε τὸν θεοῦ λόγον σεσαρκωμένον, ἤγουν ἐνηνθρωπηκότα, πῶς ἠγνόησε τὴν τῆς συντελείας ἡμέραν; φαμὲν οὖν, ὅτι τὸ ἀγνοῆσαι τυχὸν τὰ ἐν θεῷ μυστήρια, οὔτε ἀσύνηθες, οὔτε μὴν ἑτέρως ἀπρεπὲς ἂν εἴη τῇ κτίσει. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου κατὰ τὸ γεγραμμένον; καὶ εἰ λέγεται βραχὺ παρ' ἀγγέλους ἠλαττῶσθαι ὁ υἱὸς, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος δηλονότι, καίτοι κτίσεως ἁπάσης ὢν ἐπέκεινα θεϊκῶς· τί τὸ θαῦμα, κἂν ὁμοῦ τοῖς ἀγγέλοις ἀγνοεῖν λέγηται τὸ ἐν θεῷ μυστήριον, καίτοι σοφία καὶ δύναμις ὑπάρχων αὐτοῦ; εἶτα πῶς ἂν ἠγνόησεν ἡ σοφία τοῦ πατρὸς τὰ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένα; καὶ εἰ τὸ πνεῦμα λέγεται πάντα ἐρευνᾷν, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, πνεῦμα δέ ἐστι τοῦ * Χριστοῦ, πῶς ἂν αὐτὸς ἠγνόησεν, ἅπερ οἶδεν ἀκριβῶς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ; οὐκοῦν κἂν ἀγνοεῖν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλ' οἶδε θεϊκῶς. καὶ γοῦν, ποῦ τέθειται Λάζαρος, ἐρωτῶν, ὡς ἐξὸν αὐτῷ μὴ εἰδέναι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐνήργηκε θεϊκῶς, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. ἀπονέμοντες τοίνυν τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ τὰ ἀνθρώπινα, τηρήσωμεν εὐσεβῶς καὶ καθ' ἡμᾶς γεγονότι τῷ ἐκ θεοῦ φυῦτι λόγῳ τὰ θεοπρεπῆ.

ιη'.

Εβόησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ιησοῦς· θεέ μου, θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;] ἆρα οὖν καὶ αὐτὸ ἐπικουρίας τῆς ἀνω-

ANNO CHRISTI 431.

ἄνωθέν φαμεν δεδεῆσθαι τῶν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον; καίτοι πῶς τοῦτό ἐστιν οὐκ εὔηθες κομιδῇ; συγκατάρχει γὰρ τῶν ὅλων τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ στερεοῖ μὲν οὐρανοὺς τῷ ἰδίῳ πνεύματι, κύριος δὲ τῶν δυνάμεων ὀνομάζεται καὶ ἔστι κατὰ ἀλήθειαν. ἀλλ' ἠτόνησεν ἄρα πρὸς τὰς τῶν Ιουδαίων ἐπιβουλὰς, καὶ ἄμαχος ἦν αὐτῷ τῶν σταυροῦντων ἡ χείρ. καίτοι φησὶν ὁ προφήτης Ησαΐας· εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς σίελος λογισθήσονται· τίνι ὡμοιώσατε τῶν κύριον; καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; ἰστέον δὲ, ὅτι παρῆσαν μὲν οἱ τῆς Ιουδαίων συναγωγῆς ὑπηρέται, τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔχοντες σπεῖραν, ἡγούμενον δὲ τῶν προδότην. ἐπεὶ δὲ ἐζήτουν αὐτὸν συλλαβέσθαι, ἀπήντα λέγων· τίνα ζητεῖτε; οἱ δὲ πρὸς τοῦτο ἔφασαν· Ιησοῦν τὸν Ναζωραῖον. εἶτα πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτήρ· ἐγώ εἰμι. καὶ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαί. εἶτα πῶς ἂν ἠτόνησεν ὁ καὶ μόνῃ τῇ φωνῇ τὴν τῶν ἐπιβουλευόντων ἐλέγξας ἀσθένειαν; τί οὖν ἄρα βούλεται λέγων· θεέ μου, θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες; φαμὲν τοίνυν, ὅτι τοῦ προπάτορος Αδὰμ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ πατήσαντος ἐντολὴν, καὶ τοῦ θείου ἀλογήσαντος νόμου, ἐγκαταλέλειπταί πως ἡ ἀνθρώπου φύσις παρὰ τοῦ θεοῦ· γέγονε δὲ ἐπάρατος διὰ τοῦτο, καὶ θανάτῳ κάτοχος. ἐπεὶ δὲ τὸ * πεπονθὸς ἀναστοιχειώσων εἰς ἀφθαρσίαν ἐπεδήμησεν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ἐπελάβετό τε σπέρματος Αβραὰμ, καὶ ὡμοιώθη τοῖς ἀδελφοῖς, ἔδει μετὰ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης

* πεπονθὸς

Deo Patre natum est, diuino auxilio indiguisse dicemus? At quid eo dici potest stultius? An non vna cum Deo Patre vniuersorum Dominus est, suoque Spiritu cælum firmat, ac virtutum Dominus appellatur, & est hoc ipsum vere? Numquid ergo aduersus Iudæorum insidias elanguit? numquid crucifigentium manus debellare non potuit? Atqui Isaias propheta sic ait: *Si omnes gentes quasi stilla de situla, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt, & quasi saliua reputabuntur: cui ergo similem fecistis Deum? aut cui imagini comparastis eum?* Meminisse hoc loco oportet, Iudaicæ synagogæ administros cum militum cohorte, duce proditore, irruisse in Iesum: quibus vt eum comprehenderent, quærentibus, occurrit ille, dicens: *Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Et abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Iam quomodo infirmus dici potest, qui vel sola voce insultantium infirmitatem ostendit? Ecquid ergo sibi vult, quod ait: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Dicimus igitur, cum primus parens noster Adam mandatum quod acceperat, proculcasset, diuinamque legem neglectui habuisset, humanam naturam fuisse quodammodo derelictam, execrabilemque & morti obnoxiam effectam. at simulatq; vnigenitus Dei, id quod prolapsum erat, in incorruptionem instauraturus aduenit, semineque Abrahæ apprehenso, fratribus suis assimilatus fuit; tunc vna cum antiquo illo maledicto, inducta-

Ps. 32. v. 6.
Ps. 23. v. 10.
Is. 40. v. 15.
Ioan. 18. v. 5.
Gen. 3.
Hebr. 2.

que corruptione, desertionem quam humana natura in suo principio perpessa fuerat, conquiescere oportuit. Itaque quasi derelictorum vnus existens, quatenus & ipse similiter nobiscum particeps fuit carnis & sanguinis, dixit: Vt quid dereliquisti me? Quæ sane vox erat euertentis illam, quæ nobis acciderat, derelictionem, Patremque ob loquentis dignitatem in se flectentis, necnon ad beneuolentiam erga nos tamquam erga seipsum & primum prouocantis: quandoquidē Christus omnium bonorum largitor & auctor nobis extitit. Vnde etiam si quidpiam vt homo a Patre accepisse dicitur, hoc ipsum totum in nostram naturam erogauit; cum ipse vt Deus plenus, nullius omnino boni indigeat.

ἀρᾶς καὶ τῆς ἐπεισάκτου φθορᾶς καταλῆξαι τὴν ἐγκατάλειψιν, ἣν ὑπέμεινεν ἐν ἀρχαῖς ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. ὡς οὖν εἷς ὑπάρχων τῶν ἐγκαταλελειμμένων, καθὸ καὶ αὐτὸς παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, τὸ, ἱνατί με ἐγκατέλιπες; φησίν· ὅπερ ἦν λύοντος ἐναργῶς τὴν συμβᾶσαν ἡμῖν ἐγκατάλειψιν, καὶ οἷον ἐκδυσωποῦντος ἐφ' ἑαυτῷ τὸν πατέρα, καὶ καλοῦντος εἰς εὐμένειαν τὴν ἐφ' ἡμῖν ὡς ἐφ' ἑαυτῷ καὶ πρότῳ. παντὸς γὰρ ἡμῖν γέγονεν ὁ Χριστὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀρχὴ καὶ πρόξενος. ὥστε κἂν εἴ τι λέγοιτο λαβεῖν ἀνθρωπίνως παρὰ τοῦ πατρὸς, τοῦτο τῇ ἡμετέρᾳ προὐξένησε φύσει, πλήρης ὑπάρχων ὁ αὐτὸς, καὶ οὐδενὸς τοπαράπαν ἐνδεὴς, ὡς θεός.

Anno Christi 451.

XIX.

Philip. c. 2. v. 5.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. En dilucide hoc loco exponitur, Deum Verbum, quod in forma & æqualitate Dei Patris erat, non rapinam arbitratum æquiparare se Deo; sed seruili forma suscepta, vltro se exinani-

ιθ'.

Τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ιησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ιησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ιησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός.] ἰδοὺ δὴ σαφῶς τὸν ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς θεὸν λόγον οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσασθαί φησι τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· κεκενῶσθαι δὲ μᾶλλον

ANNO CHRISTI 431.

ἐθελοντὴν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. προσεπάγει δὲ, ὅτι τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. εἴπερ οὖν διαιρετέον εἰς δύο Χριστοὺς καὶ υἱοὺς τὸν ἕνα καὶ μόνον Χριστὸν καὶ κύριον, καὶ κατά γε τὸ τισι δοκοῦν, τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον τετίμηκε μὲν ἰσότητι τῶν ἰδίων ἀξιωμάτων ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ συνῆψεν ἑαυτῷ κατὰ τὸν τῆς αὐθεντίας τρόπον, καὶ κατὰ τὴν τῆς υἱότητος ὁμωνυμίαν, ὡς ἕτερος ὢν ἰδικῶς παρ' αὐτὸν υἱός· τίς ἄρα ἐστὶν ὁ κενώσας ἑαυτόν; ἢ τίνα κεκένωται τρόπον; εἰ μὲν γὰρ, ὡς αὐτοί φασιν, ὁ ἐκ γυναικὸς ἰδικῶς νοούμενος ἄνθρωπος τοῦτο λέγεται παθεῖν, πῶς ἢ τίνα κεκένωται τρόπον; κατέβη δὲ ὅπως εἰς ταπείνωσιν ὁ ἐν ἰσότητι γεγονὼς τῇ πρὸς θεὸν λόγον κατά γε τὸν τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας τρόπον, καὶ ταύτην ἔχων πρὸς αὐτὸν τὴν συνάφειαν; εἰ δὲ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λόγου νοουμένου πάλιν ἰδικῶς καὶ ἀνὰ μέρος υἱοῦ τὸ κεκενῶσθαι λέγοιτο, πῶς κεκένωται τιμήσας ἕτερον, καθά φασιν ἐκεῖνοι, καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτὸν ἀξιώμασι περιβαλών; τεταπείνωται δὲ τίνα τρόπον ὁ τῆς αὐτοῦ δόξης τὸ ὕψος τῷ συναφθέντι διδούς; εἰ γὰρ δὴ φαῖεν, ὅτι δοξάζων ἕτερον αὐτὸς ὑπομένει τὴν ταπείνωσιν, ἤγουν τὴν κένωσιν, οὐδὲν, ὡς ἔοικε, τῶν ἀτόπων ἐννοεῖν ὅτι καὶ ὑβρίζων ὑψοῦται. ἀναγκαίου τοιγαροῦν ἡμᾶς, καὶ μέν τοι καὶ ἀληθοῦς μονονουχὶ συνωθοῦντος λόγου πρός γε τὸ οἴεσθαι δεῖν ὅτι κενοῦται τὸ πλῆρες, καὶ ἐν δούλου μορφῇ γένοιτ' ἂν, οὐ τὸ τῇ φύσει δοῦλον, ἀλλὰ τὸ τῶν τῆς δουλείας

uisse, hominumque similitudinem subiisse. Addit præterea seipsum humiliasse, obedientiamque ad mortem vsque præstitisse, mortem autem crucis. Si vnum ergo & solum Christum & Dominum in duos Christos & filios, vt quibusdam placet, diuelli oportet; atque Dei Verbum hominem ex muliere ortũ propriæ maiestatis æqualitate decorauit, & iuxta auctoritatis rationem, filiationisque communionem, sibi quasi alterum, hoc est a se diuersum, Filius adiunxit; quis ille ergo est, qui semetipsum exinaniuit? aut qua tandem ratione exinanitionẽ subiit? Nam si, vt illi statuunt, homo purus qui ex muliere prodiisse intelligitur, istud perpessus est; quomodo, aut qua ratione in exinanitionem deiectus est? Nam quomodo is in humilitatem descendit, qui tanta cum Dei Verbo societate & affinitate coniunctus est, vt paris cum illo dignitatis & auctoritatis esse censeatur? Quod si exinanitio illa de Dei Verbo vt seorsum & per se intellecto filio prædicetur, quomodo is exinanitus est, qui alterum, vt illi aiunt, honore affecit, propriisque titulis & dignitatibus exornauit? Quomodo ille humiliatus dici potest, qui propriæ suæ gloriæ fastigium alteri sibi associato impertitus est? Nam si eum humiliari vel exinaniri statuant, quod alterum gloria afficit, profecto absurdum non erit etiam intelligere iniuriam inferentem exaltari. Quamobrem vera & necessaria ratio suadet, & tantum non compellit, vt ipsam plenitudinẽ exinanitionem passam, illud rursum non quod suapte natura seruum est, imo vero omni seruitutis

conditione ſuperius, ſeruili forma ſe veſtiiſſe; & in ſimilitudinem hominum illum factum, qui natura talis non erat, priuſquam homo fieret; ipſam denique altitudinem ſe humiliaſſe exiſtimemus & prædicemus. Ipſum itaque Dei Verbum ſecundum naturam humanam ſponte ad iſthæc propter nos ſeſe demiſiſſe, & in propriæ nihilominus excellentiæ culmine ſecundum diuinam naturam permanſiſſe credimus. Hac ratione & ſuperexaltatus eſſe dicitur, & accepiſſe nomen quod eſt ſuper omne nomen, & ab omnibus adorari, atque in Dei Patris gloriam Dominus nominari. Nam etſi in Patris eminentia & inexplicabili maieſtate conſtitutus eſſet; vbi tamen ad exinanitionem ſe demiſit, ſeruilique forma ſe humiliatus induit; & rurſus naturæ ſibi vnitæ, hoc eſt humanæ, paupertatem tranſcendens, ad proprias diuitias aſcendit; hac ratione ſecundum naturam humanam id accepiſſe dicitur, quod perpetuo conſtanterque in ſeipſo poſſidet, nempe Deum & vniuerſorum Dominum eſſe. Denique ſi Patri honorificum eſt Filium habere qui in omnes & omnia dominium obtineat; cui dubium eſſe poteſt, quin illi etiam poſt ſerui formam acceptam, libertas, ſupernaturaliſque poteſtatis & dominationis in omnes dignitas integra ſit aſſeruata?

ἐπέκεινα μέτρων. γίνεται δὲ καὶ σὺ ὁμοιώματι ἀνθρώπων, τὸ μὴ οὕτως ἔχων κατὰ φύσιν, πρὶν γένηται. καὶ ὅτι ταπεινοῦται τὸ ὑψηλὸν, αὐτῷ πιστούμεθα τοῦ θεοῦ λόγον ἀνθρωπίνως σὺν τούτοις γενέσθαι κατ' ἰδίαν θέλησιν ὑπὲρ ἡμῶν· μεμνημένοι ὀθείκως σὺν τοῖς τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς ὑψώμασι. ταύτῃ τοι καὶ ὑπερυψῶσθαι λέγεται, καὶ λαβεῖν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, προσκυνεῖσθαί τε ὑπὸ πάντων, καὶ εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς * ὀνομάζεσθαι κύριον. καίτοι γὲ ὑπάρχων ἐν τῇ τοῦ πατρὸς ὑπεροχῇ, καὶ σὺν ἀῤῥήτοις ὑψώμασιν· ἐπειδὴ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ τεταπεινῶσθαι λέγεται, μορφὴν δούλου λαβών· αὖ ἐδη δὲ πάλιν εἰς τὸν ἴδιον πλοῦτον, τὰ ἐνωθείσης αὐτῷ φύσεως, δῆλον ὡς ὅτι τῆς ἀνθρωπίνης, τῷ πλουσίαν ὑπερβαλλόν, ταύτῃ τοι λαβεῖν ἀνθρωπίνως λέγεται τὸ ἀεί τε καὶ ἀναποβλήτως ἐνυπάρχον αὐτῷ, τουτέστι τὸ εἶναι θεὸς καὶ τῶν ὅλων κύριος. καὶ εἴπερ ὅστιν οὐκλεὲς τῷ πατρὶ τὸ κύριον ἔχειν τῶν ὅλων ἴδιον υἱόν, πῶς οὐκ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι τετήρηται πάλιν αὐτῷ, καὶ τοῦ δούλου λαβόντι μορφὴν, τὸ ἐλεύθερον καὶ τῆς καὶ πάντων κυριότητός τε καὶ ἐξουσίας τὸ ὑπερφερὲς ἀξίωμα;

Anno Christi 431.

XX.

Coloſſ. c. 1. v. 12.

Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filii dilectionis ſuæ; in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum: qui eſt imago

κ'.

Εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων σὺν τῷ φωτί· ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὸν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, σὺν ᾧ ἔ-

χομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ὅστιν εἰκὼν τοῦ

ANNO CHRISTI 431.

θεοῦ τῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχή, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν· εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] εἰκόνα φησὶ τοῦ ἀοράτου θεοῦ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον κατὰ φύσιν υἱόν, τουτέστι τὸν θεὸν λόγον. καὶ μετὰ ὅτι δι' αὐτοῦ τὰ πάντα προσῆκται πρὸς γένεσιν, εἴτε τὰ ὁρατὰ, εἴτε τὰ ἀόρατα, ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὅτι πρὸ πάντων ἐστὶν αὐτός· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τῶν αἰώνων δημιουργός, καὶ χρόνου παντὸς πρεσβυτέραν ἔχων τὴν ὑπαρξιν. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχοντα κατὰ φύσιν ἰδίαν δεδόσθαι φησὶ παρὰ τοῦ παντὸς κεφαλὴν τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, αὐτόν τε εἶναι τὸν πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν. εἶτα πῶς ὑπάρχων ἀεὶ θεὸς λόγος, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε, πρωτότοκος τῶν νεκρῶν γενέσθαι λέγεται, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, εἰ μὴ ἔστιν αὐτοῦ καὶ ἀληθῶς ἴδιον σῶμα τὸ ἀπ' αὐτοῦ ληφθέν· οὗ πεπονθότος τὸν θάνατον, αὐτὸς ἂν νοοῖτο παθεῖν; ἐκ ἀπαθανον ἔχοντος λόγον ἐν ἑαυτῷ τοῦ συμβεβηκότος· πέπονθε γὰρ τὸ ἴδιον αὐτοῦ. οὕτω νοεῖται πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καίτοι κατὰ φύσιν ἀθάνατος

Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates; omnia per ipsum & in ipso creata sunt; & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis; vt sit ipse in omnibus primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare; & per eum omnia reconciliare in ipsum: pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Docetur hic, Dei Verbum, hoc est, Filium naturaliter ex illo natum, inuisibilis Dei imaginem esse. Adhæc omnia visibilia & inuisibilia, siue in cælis, siue in terris, per ipsum condita esse: ipsum præterea omnia antecedere, (In principio enim erat *Ioan. 1.* Verbum) sæculorumque conditorem esse: existentiam postremo omni tempore antiquiorē habere. Eiusmodi autē bonis secūdum propriam naturam cumulatum, primogenitum ex mortuis, & caput corporis ecclesiæ a Deo Patre datum esse affirmat. Iam quomodo qui Dei Patris Verbum est, semperque fuit, per quem omnia constant, primogenitus ex mortuis, dormientiumque primitiæ appellatur, si corpus quod assumpsit, vere illius proprium non erat, quo nimirum illo mortem subeunte, ipse mortem subiisse intelligatur? Neque enim citra iustā causam id illi accidisse dicitur, quod corpori, quod passum est, & illius proprium erat, accidisse nouimus. Ad hunc itaq; modum etiam si secundum naturam immortalis, & vita per essentiam

existat, mortuorum primogenitus esse cognoscitur. Quando igitur datus est caput corporis ecclesiæ, semetipso ad exinanitionem demisso, nostri causa mortem secundum naturam humanam oppetiisse dicitur, qui vt Deus mortis omnino ignarus erat.

XXI.

Ceterum quod beatus Paulus omnem plenitudinem in ipso inhabitasse asserat, non deerunt fortassis qui hic ita obiiciant: En hominem ex muliere ortum, Christum alterum per se & secundum se extitisse indicat, in quo Verbũ, hoc est Spiritus, diuinitatisque plenitudo, tamquam alter quidam Christus seorsum ab altero illo, corporaliter inhabitarit. Ad hæc sane respondemus, Paulum Dei spiritu afflatum nequaquam duos agnouisse Christos, sed vnũ annuntiasse; sicut & vnum quoque Patrem: *Nobis* (inquit ille) *vnus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Sed agedum verborum hic propositorum vim ad æquam trutinam expendamus. Filium æternum, in quo omnia, & per quem omnia, inuisibilis Dei imaginem, vniuersorumque conditorem, ac primogenitum inter mortuos, ecclesiæ caput datum prædicat. Quia ergo Dei Verbum suapte natura mortis expers est, non possumus illud vera perfectaque vnione cum humana natura coniunctum fuisse non asserere; adeoque vnum Christum, qui idem Deus simul sit & homo, nobis non proponere. At in quo igitur omnis diuinitatis plenitudo inhabitauit corporaliter? Sane arbitrari in Verbi seorsum per

2. Cor. 8. v. 6.

Coloss. 2. v. 9.

ὢν, καὶ αὐτὸς χρηματίζων ζωή. ὅτε τοίνυν δέδοται κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, τότε λέγεται καὶ ἀποθανεῖν ἀνθρωπίνως ὑπὲρ ἡμῶν, ὁ παθεῖν οὐκ εἰδὼς τὸν θάνατον ὡς θεός.

Anno Christi 431.

κά.

Λέγοντος δὲ τοῦ μακαρίου Παύλου, ὅτι ἐν αὐτῷ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα, φαῖεν ἂν ἴσως τινές· ἰδοὺ Χριστὸν ἕτερον οἶδεν ἰδικῶς τὸν ἐκ γυναικὸς ἄνθρωπον, ἐν ᾧ κατῴκησεν ὡς ἕτερος παρ' αὐτὸν Χριστὸς, καὶ ἰδικῶς ὁ λόγος, ἤτοι πνεῦμα τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. πρὸς δὴ τὰ τοιάδε φαμὲν, ὅτι δύο Χριστοὺς ὁ πνευματοφόρος οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἕνα κηρύττει, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἕνα πατέρα. ἡμῖν γὰρ, φησὶν, εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. ἐπεὶ φέρε διασκεψώμεθα παρατιθέντες εἰς βάσανον τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν. τὴν εἰκόνα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, τὸν δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τὸν προαιώνιον υἱὸν, τὸν τῶν ὅλων σύστασιν, δεδόσθαι φησὶ τῇ ἐκκλησίᾳ κεφαλὴν, καὶ μὴν ὅτι γένοιτο πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν. ἐπεὶ δὲ ἐστὶ τὴν φύσιν ἀθάνατος, πᾶσά πως ἀνάγκη πρὸς ἕνωσιν οἰκονομικὴν τε καὶ ἀληθῆ τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι συνενεχθῆναι λέγειν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε οὕτως ἡμῖν ἀναδειχθῆναι Χριστὸν, τὸν αὐτὸν ὁμοῦ θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον. ἐν τίνι δὴ οὖν κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς; ἰδικῶς μὲν οὖν καὶ

ANNO CHRISTI 431.

κατὰ μόνας ἐν τῇ τοῦ λόγου φύσει τοῦτο πεπρᾶχθαι νομίζειν, εὔηθες κομιδῇ· ἴσον γὰρ εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ κατῴκησεν ὁ μονογενής. πιστεύοντας δὲ ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, οὐ κατὰ μετάστασιν ἢ τροπὴν, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ναὸν ἴδιον ἐποιήσατο τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ κατὰ ἀλήθειαν σῶμα, ψυχὴν ἔχον τὴν λογικὴν, εὐσεβὲς εἰπεῖν, ὅτι τὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ τοῦ λόγου κατοίκησιν, ἤγουν ἕνωσιν ἀληθῆ κατασημαίνων ἡμῖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐν αὐτῷ φησι κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, οὐ μεθεκτῶς μᾶλλον, ἢ χρεικῶς, ἤγουν ὡς ἐν δόσει χάριτος, ἀλλὰ σωματικῶς, ὅ ἐστιν οὐσιωδῶς· ὡς ἂν εἰ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ λέγοιτο κατοικεῖν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, οὐχ ἕτερον ὂν παρ' αὐτόν. ἐφ' ἑνὸς δὲ προσώπου πολλάκις διπρόσωπον ἡμῖν εἰσφέρεται λόγου σχῆμα, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν. οἷον φέρε εἰπεῖν, ὡς εἰ λέγοιτο περὶ θεοῦ παρὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς· ὁ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ. καίτοι πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὡς οὐκ ἂν νοοῖτο * περὶ τοῦ ἀνθρώπου ἕτερον ἐν ἑαυτῷ πλαττόμενον αὐτοῦ πνεῦμα; φησὶ δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαυίδ· νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας ἠδολέσχουν, καὶ ἤσχαλλε τὸ πνεῦμά μου. εἶτα τίς ἦν ὁ μετὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀδολεσχῶν, καὶ τὸ ἴδιον πνεῦμα ἀσχάλλον ἔχων; χρὴ τοίνυν τὰ μὲν τῶν λόγων σχήματα μὴ σφόδρα φιλοκρινεῖν, ἀφορᾷν δὲ μᾶλλον εἰς αὐτὰς τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, καὶ ἐξ αὐτῶν δὴ μᾶλλον ποδηγουμένοις ἐπ' αὐτὴν ἰέναι τὴν ἀλήθειαν.

se considerati naturam hoc accidisse, omnino perabsurdum fuerit: perinde namque istud esset, ac si Vnigenitum in semetipso habitasse diceremus. Credentes itaque Verbum carnem non per aliquam sui transmutationem aut versionem, sed per veram templi proprii, hoc est, corporis anima humana perfecti vnionem, in nobis habitasse, pie recteque asseueramus, dum magnus ille Paulus omnem diuinitatis plenitudinem in ipso inhabitasse scribit, nõ quidem per participationem, aut habitudinem, aut gratiæ communicationem, sed corporaliter, hoc est essentialiter, per inhabitationem illam aliud nihil insinuare voluisse, quam veram naturalemque Verbi cum sacra carne vnionem. Quemadmodum licet hominis spiritus in ipso habitare dicatur, non alius tamen aut diuersus ab illo iudicatur. Fit enim, vt orationis schemate de vna persona duplicis quandoque personæ ratio nobis offeratur, neque ob id tamen veritas vlla ex parte læditur: vt cum, exempli causa, diuina scriptura de Deo prædicat: *Qui fingit spiritum hominis in ipso.* atqui spiritum hominis in ipso formatum, ab ipso homine aliud non esse, omnibus perspicuum est. Huc & illud quoque beati Dauid tendit: *Nocte cum corde meo exercitabar, & mœrebat spiritus meus.* Ecquis, quæso, erat, qui cum suo corde exercebatur, propriumq; spiritum mœrentem habebat? Oportet itaque locutionum formulas non vsqueadeo anxie excutere, sed ipsas rerum naturas potius contemplari, earumque ductu ad ipsam veritatem contendere.

Zach. 12.

Ps. 76. v. 7.

De Christi obedientia.

Περὶ τῆς ὑπακοῆς τῦ Χριστοῦ.

ANNO CHRISTI 431.

Rom. c. 5. v. 18. IGITVR *ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi; ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.* Cum humana natura ob protoplaſti inobedientiam maledicto mortiſque ſententiæ obſtricta hæreret, oportuit ad antiquum ſtatum illam denuo reduci per inculpatam obedientiæ demonſtrationem. Atqui iſtud humanæ naturæ facultates multis partibus excedebat: neque enim vllus a peccato immunis erat. Nã cum ea ſemel in noxam erroremque incidiſſet, inteſtiniſque infirmitatibus victa proſtrataque iaceret, & intra propriam carnem nequitiæ radicem haberet, ac infrenem peccati legem intra ſua viſcera perpetuo geſtaret, quomodo omnem omnino lapſum e-

Rom. 8. v. 7. uaderet? *Nam ſapientia carnis*, inquit, *omnino inimicitia eſt in Deũ: legi enim Dei non eſt ſubiecta; nec enim poteſt.* Itaque Deus Pater mira quadam dexteritate omnia per Chriſtum inſtauraturus, humanæque naturæ regreſſum, hoc eſt redintegrationem ad id quod aliquando fuerat, maxima benigni-

Gal. 4. v. 4. tate conciliaturus, *miſit Filium ſuum factum ex muliere;* quo nimirum corpus noſtro ſimile, ſibique proprium factum aſſumens, tamquam homo in terris appareret qui eſt omnis peccati ignarus; atque ita Deo Patri per omnia obſecutus, humanam naturam in ſe-

Ἀρ' οὖν ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα· οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς * δικαίωμα ζωῆς. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθημεν ⟨ὁ⟩ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δίκαιοι * κατασταθήσονται ⟨ὁ⟩ πολλοί.] τῆς ἀνθρώπου φύσεως ἀρχὴ καὶ δίκη θανάτου καταδεδικασμένης διὰ τὸ τοῦ πρωτοπλάστου παρακοὴ, ἔδει πάλιν ἀνασφῆλαι τοὺς ἐν ἀρχαῖς αὐτὸν, ἀνεπίπληκτον κομιδῇ τῆς ὑπακοῆς ποιουμένῳ τὴν ἔνδειξιν. ἀλλ' ἦδη τοῦτο πολὺ καὶ λίαν ἐπέκεινα τοῦ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων· καθαρὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ ἁμαρτίας. παθοῦσα δὲ ἅπαξ τὸ πλημμελὲς, καὶ πᾶς οἰκοθεν ἀσθενείας κεκρατημένη, καὶ ἐν ἰδίᾳ σαρκὶ τὸν τῆς φαυλότητος νοσοῦσα * γένεσιν, ἀχειμάνοντά τε ⟨τὸν⟩ τῆς ἁμαρτίας ὠδίνουσα νόμον, πῶς ἂν διέδρα παντελῶς; τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς παντελῶς ἔχθρα, φησὶν, εἰς θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. δυμηχάνως ποιεῖται οὖν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἀνακεφαλαιούμενος τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἡμερότητος τὴν ἀνθρώπου προσλαμβανόμενος φύσιν τῷ εἰς ὅπερ ἦν ἐπανόδον, ἤγουν ἀνακομιδὴν, ἐξαπέστειλε ⟨τὸν⟩ υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, ἵνα τὸ ὅμοιον ἡμῖν σῶμα λαβὼν, καὶ ἴδιον αὐτῷ ποιησάμενος, ὡς ἀνθρωπος ἐπὶ γῆς εὑρεθῇ ὁμοίως τῷ

εἰδὼς ἁμαρτίαν· οὕτω τε εἰς ἅπαν κατήκοος γεγονὼς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, δικαιώσει τῷ

ANNO CHRISTI 431.

τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐν ἑαυτῷ, καὶ τοῦ τοῦ θανάτου δεσμῶν ἐξέληται, * φύλλοις ἀναμαρτησίας * στεφανούμενος παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀτόπων, κληρονόμους μὲν ἡμᾶς τῆς τοῦ πρώτου γενέσθαι δίκης, ἐνιέντος τῇ φθορᾷ διὰ τῆς παρακοῆς· τῆς δὲ τοῦ δευτέρου δικαιοσύνης μὴ μεταλαχεῖν, ἀνακομίζοντος εἰς ζωὴν διὰ τῆς εἰς ἅπαν ὑπακοῆς. ὅταν οὖν λέγῃ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν, δι' ὑπακοῆς ἑνὸς δεδικαιῶσθαι πολλοὺς, οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς ἕνα τοῦ καθ' ἡμᾶς εἰς τοῦτο παραληφθῆναί φαμεν, ἐνηνθρωπηκότα δὲ μᾶλλον τὸν μονογενῆ, καὶ ὑπήκοον ὑπὲρ ἡμῶν γεγονότα τῷ πατρί· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται.

* ἄθλοις
* στολαῖς
* στεφανουμένων

κγ'.

Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τοῦ πατέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεόν.] Ιουδαίων εἶναι τὰς ἐπαγγελίας τὰς τοῖς πατράσι δεδωρημένας ὁ θεσπέσιος ἔφη Παῦλος. προανεκεκράγεισι δὲ καὶ οἱ μακάριοι προφῆται περὶ Χριστοῦ, ὅτι αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. οὐκοῦν ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς τοῖς τοῦ πατρὸς νεύμασι συναινῶν, γέγονε μὲν τῇ περιτομῇ, τουτέστι τοῖς Ιουδαίοις διάκονος, εἰς βεβαίωσιν τῶν ἐν τοῖς πατράσιν ἐπηγγελμένων· εἴρητο γὰρ, ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· τοῖς γε μὴν ἐξ ἐθνῶν εὐλογία πνευματικὴ καὶ ζωοποιὸς, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἠλεημένους διὰ τῆς πίστεως, δοξολογῆσαι θεόν. ἀλλ' εἰ καὶ γέγονε διάκονος ἀνθρωπίνως, ἀλλ' οὖν ὡς θεὸς κηρύττεται τοῖς τε ἐκ

metipso iustificaret, mortisque vinculis eximeret, innocentiæ stola a Deo Patre coronandam. Etenim perabsurdum fuerit, per inobedientiam prioris Adæ ad mortem & corruptionem præcipitantis, damnationis heredes cōstitutos nos esse; iustitiæ vero posterioris per consummatam illam obedientiam in vitam reducentis, exortes nos manere. Cum itaque diuina scriptura multos per vnius obeditionem iustificatos asserit, non simplicem aliquem, nostræque conditionis hominem ad hoc assumptum cogitare debemus; sed ipsummet Vnigenitum hominem factum, qui obedientiam Patri pro omnibus præstitit. Is enim est, qui attestante Scriptura, *peccatum non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius.* 1. Petr. 2. v. 22.

XXIII.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum. Rom. 15. v. 8. Promissiones patribus factas, ad Iudæos pertinere prædicat diuinus Paulus. At prophetæ Christū gentium expectationem fore, iam dudum ante prædixerant. Genes. 49. v. 11. Itaque Dominus noster Iesus Christus Patris nutui sese conformans, circumcisionis, hoc est, Iudæorum minister factus est, ad promissionum quæ patribus factæ fuerant, corroborationem. Dictum enim fuerat: *Iustus ex fide viuet:* Gentibus autem viuifica & spiritalis benedictio, vt & ipsæ quoque per fidem vocatæ, ac misericordiam consecutæ, Deum glorificent. Hab. 2. v. 4. Verum enimuero licet secundum humanam naturam factus sit minister; attamen tam iis qui ex cir-

cumcisione sunt, quam ceteris quoque qui ex gentibus, annuntiatur vt Deus. Vtrique enim in Christum non tamquã in purum, nostræque sortis hominem, sed tamquam in Deum credentes; neq; Dei Verbum extra carnem, hoc est humanam naturam, positum profitentes, sed incarnatum, vereque hominem factum adorantes, vocati sunt ad vitam.

περιτομῆς, καὶ μέντοι τοῖς ἐξ ἐθνῶν· κέκληνται γὰρ εἰς ζωὴν, οὐχ ὡς εἰς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς εἰς θεὸν, πιστεύσαντες εἰς Χριστόν· καὶ οὐκ ἔξω σαρκὸς, ἤγουν ἀνθρωπότητος τοῦ ἐκ θεοῦ λόγον ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν, σεσαρκωμένον δὲ καὶ ἐνανθρωπήσαντα προσκυνοῦντες αὐτόν. Anno Christi 431.

XXIV.

Rom. c. 10. v. 8.

Verbum autem fidei, quod prædicamus (inquiebat Apostolus) *hoc est: Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris.* Iam cum Deus suapte natura sit immortalis, si incarnationis doctrinam nõ admittimus, corpusque quod mori posset, sibi proprium fecisse inficiamur; quomodo ex mortuis resurrexisse recte dicere poterimus? In humano itaque corpore, quod assumpserat, mortem sustinuit: diuina autem virtute, tamquam vita & incorruptio existens, ex mortuis resurrexit.

κδ'.

Τὸ γὰρ τοι ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, διαβανοῖ λέγων ὁ μακάριος Παῦλος· ὅτι ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου, κύριος Ιησοῦς· καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.] εἶτα πῶς ἂν ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι λέγοιτο, καίτοι τὴν φύσιν ἀθάνατος ὢν ὡς θεὸς, εἰ μὴ προεισδέξαιτό τις τοῦ περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγους, διατεθείη τε, ὅτι τὸ πεφυκὸς ἀποθνήσκειν ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα; καὶ ὑπέμεινε μὲν ἐν αὐτῷ τὸν θάνατον ἀνθρωπίνως, ἀνεβίω δὲ θεϊκῶς ὡς ἀφθαρσία καὶ ζωή.

XXV.

2. Cor. c. 10. v. 4.

Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum; consilia euertentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus cognitionem Dei; & captiuantes omnem intellectum in obedientiam Christi. Bellum quod sancti gerunt, non est crassum aut corporale, sed subtile & spiritale. Illi enim commendari solent ac celebrari, non quia corporalia vibrent arma, aut lancearum cuspidibus, vel telorum iactibus apte vtantur; sed potius quia veritatis armis instructi, spiritaliter intrepideque iis sese obiiciant, qui diuinorũ dogmatum

κε'.

Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντα, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, καὶ αἰχμαλωτίζοντα πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.] οὐ παχὺς καὶ σωματικὸς, ἰσχνὸς δὲ μᾶλλον καὶ νοητὸς τῶν ἁγίων ὁ πόλεμος. εἰώθασι γὰρ εὐδοκιμεῖν, οὐχ ὅπλα κινοῦντες σαρκικὰ, καὶ ταῖς τῶν δοράτων ἀκμαῖς, ἢ γοῦν ταῖς τῶν βελῶν εὐστοχίαις χρώμενοι, ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀληθείας ὅπλοις ἐνηρμοσμένοι, πνευματικῶς ἀντανιστάμενοί τε καὶ μάλα νεανικῶς τοῖς ἐθέλουσι παρασημαίνειν αὐτὴν, καὶ τῶν θείων δογμάτων τὴν ὀρθότη-

ANNO CHRISTI 431.

τὰ παραξέπουσιν ἐπί γε τὸ αὐτοῖς ἀπερισκέπτως δοκοῦν. οὐ γὰρ σαρκικὰ τοιγαροῦν τῶν ἁγίων τὰ ὅπλα, δυνατὰ δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ. καθαιροῦσι γὰρ λογισμοὺς τοὺς εἰς ἐκτόπους ἡμᾶς ἐννοίας ἀποκομίζοντας, καὶ οἷά τινας τῶν ἀλιτηρίων βαρβάρων τῇ βασιλέως δόξῃ φιλονεικεῖν ἐγνωκότας ἐκ μέσου ποιῆσαι σπουδάζουσι· κἂν εἴ τις εἰς ὕψος ἐπαίρει τὸ κέρας τῶν εἰωθότων λαλεῖν ἀδικίαν κατὰ θεοῦ, τοῦτον ἐννοίαις ταῖς εἰς ὀρθότητα μονονουχὶ καταπαίουσι, μετατιθέντες εἰς τὸ εὐθὺ, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐμβιβάζοντες λόγοις. εὐτεχνίας οὖν ἄρα τῆς ἀληθῶς ἁγιοπρεποῦς ἔργον ἂν γένοιτο, καὶ ἀρέσκον θεῷ, τὸ τοῖς τῆς οἰκονομίας λόγοις ὑποφέρειν ἀεὶ τὸ ἀντιτετάχθαι δοκοῦν τῇ δόξῃ Χριστοῦ. θεὸς γὰρ ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, ἑαυτὸν καθῆκεν εἰς κένωσιν, καὶ γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου. δεῖ τοίνυν πᾶν νόημα περιτρέπειν ἀστείως, καὶ οἷον αἰχμαλωτίζειν εἰς τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ. εἰ γὰρ δή τι λέγοιτο καὶ τῶν ἀνθρωπίνων, κατ' οὐδένα τρόπον ἀδικήσειεν ἂν τὴν τοῦ λόγου φύσιν τὸ ἐν ἀνθρωπότητι σμικροπρεπὲς, εἰ πιστεύοιτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονώς· καὶ οὔτοι που τὸ εἶναι θεὸς ἀποβεβληκώς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ μεῖναι θεὸς, προσλαβὼν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου κατὰ τὴν σάρκα.

rectitudinem adulterare, ac temerario ausu ad sua placita peruertere student. Non igitur carnalia sunt sanctorum arma, sed in Deo & pro Deo valida. Demoliuntur enim hominum commenta, quæ in absurdum aliquem sensum abstrahunt; neque minori studio ea e medio tollere nituntur, quam exitiales quosdam barbaros, qui regiæ maiestati apertum bellum indicunt. Quod si quispiam ex illorum grege, qui iniquitatem cōtra Deum loqui solent, cornua in altum sustulerit, eum illi veluti cædentes rectæ fidei sententiis, retortum ad veritatis doctrinam mox traducunt. Opus itaque sanctorum industria vere dignum, Deoque cum primis gratum fuerit, ea ad dispensationis cum carne rationem transferre, quæ cum Christi gloria non satis conuenire videntur. Nam cum Verbum Deus esset, & in paterna forma & æqualitate existeret, seipsum ad exinanitionem demisit, & ad mortem vsque obedientiam præstitit. Omnem proinde contrarium intellectum commode euertere, & quasi captiuum in Christi obedientiam trahere oportet. Quod si aliquid humanam infirmitatem sapiens de eo dicatur; id Verbi naturæ, si hominem nostri similem factum credamus, nullam omnino notam asperget. Etenim licet humanam naturam assumpserit, & ad mortem vsque secundum carnem sit factus obediens; nullam tamen diuinitatis suæ iacturam fecit. mansit enim Deus vt erat.

Psal. 74.

Phil. 2.

κϛ'.

Οθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ιησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ

XXVI.

Vnde fratres sancti, vocationis supercælestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei,

Hebr. 3. v. 1.

qui fecit illum; sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domo, qui fabricauit illã. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autẽ omnia creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus vero tamquam filius in domo sua; quæ domus sumus nos. Confessionis nostræ apostolus & pontifex a Deo Patre institutus est Iesus, hoc est, Dei Verbum incarnatum. Tunc enim Iesu nomine per angelum appellatum est. Et quidem sacerdotii & apostolatus nomen & res, perexigua sunt, si Verbi naturæ attribuantur: verumtamen humanæ naturæ modulo non incongrue adaptantur. *Nam filius* (vt ipse alicubi testatur) *non venerat ministrari, sed ministrare, & dare animã suam redemptionem pro multis.* Quod igitur creaturarum omnium ministerio iure merito potiatur, hoc inde habet, quia Deus & Dominus est, totumq; quod ortum quouis modo sortitum est, pedibus illius substratum est: quod autem ministrat, hoc naturæ humanæ est. Neque hoc, si dispensationis cum carne rationẽ spectes, illum dedecet, qui se semel ad humana demisit. Vide iam, quomodo secundum humanam naturam, sacerdotii munus obeat, mediatorque inter Deum & homines existat. omnis enim sacerdos mediatoris officio fungitur. verumtamen sacrificii ritum non obit seruiliter sacerdotum nostri ordinis more, quasi ipse non sit cui etiam sacrificium offertur; sed sibiipsi quoque sacrificat, & per seipsum,

Luc. 1. v. 31.

Matth. 20. v. 28.

ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ οὗτος δόξης παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται, καθόσον πλείονα τοῦ οἴκου τιμὴν ἔχει ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, θεός. καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ὢν, ὡς θεράπων, ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων· Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς.] ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γέγονεν Ιησοῦς, τουτέστιν ἄνθρωπος πεφηνὼς ὁ ἐκ θεοῦ λόγος· τότε γὰρ ὠνόμασται καὶ Ιησοῦς διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς. καὶ μικρὸν μὲν κομιδῇ τῇ τοῦ λόγου φύσει τό, τε τῆς ἱεροσύνης, καὶ τὸ τῆς ἀποστολῆς ὄνομά τε καὶ χρῆμα· τοῖς γε μὴν τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις εἴη ἂν οὐκ ἀνάρμοστον. ὡς γὰρ αὐτός που φησιν, ὁ υἱὸς οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀντίλυτρον ὑπὲρ πολλῶν. τὸ μὲν γὰρ διακονεῖσθαι παρὰ τῆς κτίσεως, πρέποι ἂν αὐτῷ καὶ μάλα εἰκότως, ὥσπερ θεῷ καὶ δεσπότῃ, καὶ ὑπὸ πόδας ἔχοντι πᾶν ὅπερ ἐστὶ γενητόν. τὸ δέ γε διακονεῖν, ἀνθρώπινον μέν· πλὴν ὅσον ἧκεν εἰς τοῦ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας λόγους, οὐκ ἀπεοικὸς τῷ γε ὅλως ἑαυτὸν καθέντι πρὸς τὰ ἀνθρώπινα. ἄθρει δὲ ὅπως ἱερατεύει μὲν ἀνθρωπίνως, καὶ μεσίτης τέθειται καὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· μεσιτεύει γὰρ πᾶς ἱερεύς· τὸν δὲ τῆς θυσίας τρόπον οὐκ ἔτι καθ' ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερέων προσκομίζει δουλοπρεπῶς, οὐδὲν αὐτὸς ἐπικοινωνῶν εἰς τὸ λαβεῖν αὐτήν· ἀλλ' ἑαυτῷ πραγματεύεται, καὶ δι' αὐτοῦ τε

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πατρί. ἱερουργεῖ γοῦν ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν, τουτέστι τὴν πίστιν, ἣν καὶ ὀρθῶς κατέχομεν ποιεῖσθαι, λέγοντες· πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐκοῦν κἂν ἱερατεύειν ἀνθρωπίνως λέγηται, ἀλλὰ δέχεται τὴν θυσίαν αὐτὸς θεϊκῶς, ὁ αὐτὸς ὢν ὁμοῦ θεὸς καὶ ἄνθρωπος. εἴρηται δὲ πιστὸς, διὰ τὸ ἀεὶ σώζειν δυνάσθαι τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ. πιστὸς γὰρ ὠνόμασται καὶ αὐτὸς ὁ πατήρ. συγκρινόμενος δέ πως τῇ Μωσέως διακονίᾳ καὶ τὸ ἀνθρώπινον, ὅσον ἔχει τὴν ὑπεροχὴν καθάπερ τὸ εἶναι θεὸς, ἀναμάθοις ἂν, καὶ οὐ σὺν ἱδρῶτι μακρῷ, ἐννοῶν, ὅτι ὁ μὲν ὡς οἰκέτης ἐν τῷ οἴκῳ πιστὸς, ὁ δὲ ὡς δεσπότης ὑπὲρ τὸν οἶκον αὐτὸν· καὶ ὅτι τοῦ οἴκου κατασκευαστὴς καὶ δημιουργὸς ὁ Ἐμμανουήλ· οὗ οἶκος ἐσμεν ἡμεῖς. ἀσύγκριτος δὲ ποιητοῦ πρὸς τὸ ποιητὸν ἡ διαφορὰ, καὶ ἔτι κτίσεως φύσιν δεσπότου πρὸς * τὸ δοῦλον ἀληθῶς, καὶ ἐν ὑφέσει νοούμενον.

* δοῦλον

& in ſeipſo Deo Patri. Offert autem noſtram confeſſionem, hoc eſt fidem; quam rite facere conſueuimus, dicentes: Credimus in Deum Patrem omnipotentem; & in vnũ Dominum Ieſum Chriſtum filium eius; & in Spiritum ſanctum. Itaque etſi ſacerdotio fungi dicitur ſecundum naturam humanam, ſacrificium tamen oblatum ſuſcipit, ſecundum diuinã. eſt enim idem Deus ſimul & homo. Appellatus eſt autem fidelis, propterea quod ſemper ſaluare queat eos, qui per ipſum ad Deum accedunt. Quin & ipſe quoque Pater fidelis interdum vocatur. Quanto autem interuallo miniſterium illius vt hominis cum Moſaico collatum excedat, quatenus hic ſi conſideretur vt Deus, perfacili negotio id quiuis intelliget, ſi ſecum reputet, illum quidem veluti fidelem famulum in domo verſatum eſſe; hunc vero, hoc eſt Emmanuelem, toti domui tamquam dominum præfuiſſe, imo ipſius domus architectum conditoremque extitiſſe; cuius quidem domus nos ſumus. Nulla vero comparatio intercedit inter res conditas & conditorem: inter eum rurſum, qui ſuapte natura dominus eſt, & eum qui vere ſeruus & ſubditus.

κζ'.

Οὐ καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.] καταβῆναί φησιν ἑαυτὸν ἐξ οὐρανοῦ, ἀπεστάλθαι τε παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καίτοι τὰ πάντα πληροῦν· ἐκεῖνο, οἶμαι, καταδήλως, καὶ καθ' ὅσον ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι θεὸς ὢν ὁ λόγος,

XXVII.

Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt autem voluntas eius qui miſit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Cælitus ſe deſcendiſſe, atque a Deo Patre ſe miſſum aſſerit, etiam ſi impleat omnia: illud omnibus, vt puto, demonſtrare, planumq; facere volens, quod cum Verbum eſſet Deus, diſpenſationis, & quatenus omnibus manifeſtum eſt, quod Deus ſit Verbum, Ioan. 6. v. 38.

ſatoria ratione in humanam naturam propter nos ſe demiſit: non quod per hoc Deus natura eſſe deſiſteret, ſed quod id aſſumpſerit, quod non erat: vt corpore quod aſſumpſerat, propriumque ſibi fecerat, morti ad tempus contradito, nullum ex illis quos acceperat, deperderet, ſed ſeruaret, ac in nouiſſimo die a mortuis reſuſcitaret. Cum autem non ſuam, ſed ſui Patris voluntatem ſe perficere addit, Iudæorum væſaniam ex obliquo perſtringit; vt qui ſuã ſemper voluntatem conſtituere ſatagentes, diuinaſque leges paruifacientes, de Domini ſui placitis perficiendis nihil quidquam penſi haberent: dum enim ſuum hoc loco promptum obſequendi ſtudium palam commendat, illorum rebellionem neutiquam obſcure incuſat. Quin & alibi quoque eo nomine illos inſimulat, quod odio, inſectatione, iniquoque iudicio ex inſtituto contra ſe
Ioan.8.v.15. deſæuirent: *Vos*, inquit, *ſecundum carnem iudicatis; ego non iudico quemquam: & ſi iudico ego, iudi-*
Ioan.5.v.30. *cium meum verum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Loquitur ergo hæc ſecundum carnis diſpenſationem.

XXVIII.

Sed age nunc alterum illud quoque expendamus. Cum e cæ-
Ioan.6.v.39. lo deſcendiſſet vt Deus, illos a Patre ſibi datos affirmat, qui in illum crederent; non vt illos perdat, ſed vt in nouiſſimo die ad vitam exſuſcitet. Sed quo modo exſuſcitat? non alio ſane, quam per ſuam ex mortuis reſurrectionem. Proprio namque templo in vitam reſtituto, mortiſque imperio per propriæ carnis mortem demoli-

καταπεφοίτηκεν οἰκονομικῶς εἰς ἀνθρωπότητα δι' ἡμᾶς· καὶ οὔτι που μεθεὶς τὸ εἶναι φύσει θεὸς, προσλαβὼν δὲ μᾶλλον ὅπερ οὐκ ἦν, ἵνα καὶ δοὺς τῷ θανάτῳ πρὸς βραχὺ τὸ ἐνωθὲν αὐτῷ σῶμα καὶ ἴδιον αὐτοῦ, *μηδένα ἀπολέσῃ τῶν δοθέντων αὐτῷ, διασώσῃ δὲ μᾶλλον, καὶ ἀναστήσῃ *αὐτοὺς ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ποιεῖν μὲν οὖν λέγων τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τὸ ἑαυτοῦ, τὰς τῶν Ιουδαίων ἀπονοίας ἐλέγχει, καὶ ὑποπλήττει πλαγίως, ὡς ἀεὶ τὸ ἴδιον ἱστῶντας θέλημα, καὶ τῶν θείων ὑπερορῶντας νόμων, καὶ παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι μεμεληκότας τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν· ἑαυτῷ γὰρ ἐν τούτοις προσμαρτυρῶν τὸ εὐήνιον, τῆς ἐκείνων ἀπειθείας κατηγορεῖ. ἔφη γάρ που καὶ ἑτέρωθι πρὸς αὐτοὺς, ὡς διώκειν ἐθέλοντας, καὶ μισεῖν ἠρημένους, καὶ ἄδικον ἐπ' αὐτῷ τὴν ἐπὶ τούτῳ ψῆφον ἐκφέροντας· ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα· καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστίν· ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. οὐκοῦν οἰκονομικῶς τὰ τοιάδε φησί.

κη'.

Πλὴν ἐκεῖνο φέρε δὴ, φέρε καταθρήσωμεν. ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὡς θεὸς, δεδόσθαι φησὶν ἑαυτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαντας, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ, σώσῃ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ ἀναστήσῃ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. πῶς οὖν ἀνέστησεν; ἢ δηλονότι διὰ τῆς ἰδίας ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν· ζωοποιήσας γὰρ καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸν ἑαυτοῦ ναὸν, καὶ τὸ τοῦ θανάτου κατασείσας

ANNO CHRISTI 431.

κράτος διὰ τοῦ θανάτου τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁδὸς γέγονε τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει πρὸς ἀνάστασιν, καὶ πρός γε τὸ δύνασθαι λοιπὸν κατευμεγεθῆσαι φθορᾶς. ἴδιον ἦν ἄρα τοῦ καταφοιτήσαντος ἐξ οὐρανοῦ θεοῦ λόγου τὸ δι' οὗ γέγονε προτότοκος ἐκ νεκρῶν· ἵνα καὶ ἐγηγερμένῳ κατακολουθῇ πρὸς ζωὴν τὸ δοθὲν αὐτῷ, οὐκέτι διὰ τὴν τοῦ προτοπλάστου παράβασιν ἀπολλύμενον, σωζόμενον δὲ μᾶλλον διὰ τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. δεδόσθαι δέ φησιν ἑαυτῷ τοὺς τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν προσιεμένους πάλιν, ὡς ἄνθρωπος γεγονώς. κλῆρος μὲν γὰρ ἴδιος αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ πατρός. ἐπεὶ δὲ, ὡς ἔφην, μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκὸς, εἶτα πεπιστεύκαμεν ὡς θεῷ, ταύτῃ τοι τὸ τῆς δόσεως ὄνομα παρεισκρίνεται· βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν καὶ μετὰ σαρκὸς, ὁ καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλεύς. καὶ γοῦν ὡς εἰς τὴν τοῦ χρῆναι βασιλεύειν ἀρχὴν εἰσκεκομισμένος, ὅτε γέγονε καθ' ἡμᾶς· κύριος, φησὶν, εἶπε πρὸς μέ· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. δέχεται τοίνυν ἀνθρωπίνως τὰ ἑαυτοῦ, καίτοι κατεξουσιάζων τῶν ὅλων ὡς θεός.

to, humanæ naturæ ad resurrectionem, necnon ad obtinendam contra corruptionem victoriam, viam muniuit. Verbi itaque Dei, quod e cælo descendit, id proprium est, per quod primogenitus ex mortuis factum est; quo illud nimirum, quod ipsi donatum est, vna cum illo exsuscitatum, propter protoplasti inobedientiam non amplius pereat, sed propter Christi obedientiam, salutem & vitam æternam obtineat. Ceterum vt homo factum est, eos sibi datos dicit, qui fidem in ipsum recipiunt. Nam omnia quæ Patris sunt, hereditario iure possidet. Postquam vero (vt dixi) carni & sanguini communicauit, & nos in ipsum vt in Deum credidimus, ob id factum est, vt donationis nomen ei tribuatur. Nam qui ante susceptam carnem imperabat, is etiam carne indutus regnum in nos obtinuit. Ita vbi primum Verbum homo nostri similis factum est, vt principatum in nos gereret, inauguratum est: *Dominus* (inquit) *dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Quamuis ergo vt Deus omnibus dominetur; tamen secundum humanam naturam, quæ sua alioquin erant, accepisse dicitur.

Colos. 1. v. 18.

Hebr. 2.

Περὶ τοῦ ἡγιάσθαι τὸν Χριστὸν, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν νοουμένης ἱεροσύνης.

De Christi sanctificatione, eiusdemque sacerdotio.

κθ'.

XXIX.

* αὐτῷ

* ἀγαγόντι

παῦ ὄνομα. ἀνθρώπινον μὲν τ̃ λόγου τὸ ῥῆμα, ἄκειός γε μὲν εἰς ἡμᾶς ὁ τ̃ σχήματος τύπος, δόκλεᾶ τε καὶ ἀξιάγαστον ἀποφαίνων τὴν ὑπακοὴν, καὶ τ̃ παντὸς ἡμῖν σχέσεως ἀγαθοῦ. τύπος οὖν ἄρα καὶ ὑπογραμμὸς εἰς ἡμᾶς τὸ μὴ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων σχεσθ̃ηναι πρεσβεύομεν Ἐμμανουήλ, οὐ σχὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτ̃, ὅτε καὶ τοῦτο δρᾶν ἀνεγκλήτως ἔξεν, οὐδὲν εἰς τὴν τ̃ θεότητος ἀδικούμενον δόξαν, ἀφειείσης δὲ μᾶλλον αὐτὸ τοῦτο δρᾶν τῆς μὴ σαρκὸς οἰκονομίας. ἐπεὶ τίνα ζῆτον κατεπτοήθη θανάτου ἡ ζωή; ὁ δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτοῦ ἀποφαίνων ὑπολημπτοτέρους, καὶ λέγων· μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τ̃ ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα· πῶς δὴ ἦλω παθῶν τὴν δειλίαν; ἢ πῶς ἂν ἠτόνησε τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀποσοβῆσαι θάνατον, ὁ πάντων αὐτὸν ἀφίσας; ὁ μιᾷ φωνῇ τοῦ ἐν τοῖς μνημείοις ἐγείρειν ὑπισχνούμενος, καὶ ἐκ ἀνέφικτον αὐτῷ τὸ χρῆμα δείκνυσιν; προσεφώνησε μὲν γὰρ Λαζάρῳ μὲν· δεῦρο ἔξω· τῷ δὲ τ̃ χήρας υἱῷ· νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.

Matth. 10. v. 28.

Ioan. 5. v. 28.

Ioan. 11. v. 43. Luc. 7. c. 14.

μβ'.

Εἰ δή τινες εἶεν οἱ τολμῶντες λέγειν, ὡς ἔστιν ἄνθρωπος ἰδικῶς ὁ ἐκ τ̃ ἁγίας παρθένου, δεήσεώς τε καὶ ἱκετείας μὴ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου, μάλιστα μὲν τοῖς ἱεροῖς ἀπᾴδοντα γράμμασι φρονεῖν ἠρημένοι, δικαίως ἀκούσονται λέγοντος αὐτοῖς ἑνὸς τ̃ ἁγίων ἀποστόλων·

nomen, accepto. Humana quidem est huius dictionis figura: verum illustre nobis exemplum hic proponitur. ostenditur enim obedientiam & gloriosam & admiratione dignam, & bonorum omnium conciliatricem esse. Quod igitur Emmanuel non ante incarnationem, sed in diebus carnis suæ (quando nimirum citra vllam notam, citraque omnem omnino diuinæ gloriæ suæ iniuriam facere id licebat; imo vero quando dispensatio cum carne fieri istud permittebat: alioqui enim quomodo vita mortem timuisset?) tentatus impugnatusque, valido cum clamore & lacrymis orauit; id nobis ad exemplum quod imitemur, propositum esse existimare debemus. Nam cum ipse nos in periculis velit esse quam animosissimos, eorumque minas *qui corpus tantum occidunt*, contemnere iubeat; quomodo deprehensus esset affici timore? aut quomodo vires non habuisset mortem a propria carne depellendi, qui ab omnibus illam amolitur, qui sola voce eos qui in monumentis sunt, se excitaturum promisit, & re ipsa id se posse declarauit? Acclamans enim Lazaro: *Veni foras;* & viduæ filio: *Adolescens, tibi dico, surge;* vtrumque statim in vitam reuocauit.

XLII.

Quod si qui sunt, qui contra scripturam temeritate quadam praue sentientes, illum per se vulgarem tantum hominem extitisse, dicere audeant, qui ex sacra Virgine ortus, cum clamore valido & lacrymis preces & supplicationes obtulit illi, qui eum a morte liberare poterat; næ merito quemdam ex sanctis apostolis hæc sibi occinentem audiuerint:

Iuda v.19. *Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* Quæro autem ex illis, qui hæc effutire non erubescunt, vtrum Emmanuelem purum tantum hominem esse omnino sentiant, qui ob id vnum parem cum Dei Verbo dignitatem & auctoritatem sortitus dicatur, quod familiari quodam necessitudinis vinculo illi coniunctus sit? Quod si purum, nobisque per omnia similem hominem tantum esse dixerint, certe aperto anthropolatriæ crimine tenebuntur, illum adorantes. Scriptum est enim: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* *Matth. 4. v. 9. ex Deut. 6.* Quod si ipsum ad æqualitatem dignitatis & auctoritatis cum Dei Verbo euectum respondeant, nec ob id tamen prohiberi quo minus Patrem valido cum clamore & lacrymis adeat, illique qui saluare potest, supplex fiat; nihil omnino obstabit, quo minus ipsius quoque Verbi conditio tanta existimetur, quanta eius qui cum Verbo æqualitatem dignitatis siue auctoritatis habet. Quare & illi quoque conueniet mortem exhorrescere, periculum timere, in tentationibus plorare, alterius ope vt seruetur indigere, expressa denique tentatione obedientiam discere. Atqui extremæ væsaniæ fuerit hæc sentire vel dicere. est enim Dei Verbum omnipotens, morte superius, maius denique quam vt perpessio, aut vlla omnino humana formido in ipsum cadere valeat. Verum licet sua natura eiusmodi sit, nostri tamen causa eas passiones sustinuit. Itaque neque purus tantum homo est Christus, neque Verbum nostræ carnis expers, sed Verbum nostræ naturæ vnitum, secundum se quidem impatibile, humana autem

οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ἑαυτοὺς, ψυχικοὶ, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. εἶτα πρὸς τούτῳ φραζόντων ἐκεῖνο· πότερόν ποτε ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναί φασιν αὐτὸν, ἤγουν καθάπερ εἰπεῖν τεθαρρήκασιν, ἔχειν τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας καὶ τῆς αὐθεντίας, τῆς πρὸς γέ φημι τὸν ἐκ θεοῦ θεὸν λόγον, ὡς αὐτῷ συνημμένον; εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπον εἶναί φασι καθ' ἡμᾶς ψιλὸν, ἀνθρωπολατροῦσιν ὁμολογουμένως, προσκυνοῦντες αὐτῷ. γέγραπται γάρ· ὅτι κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι κέκληται πρὸς ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας τῆς πρὸς θεὸν λόγον· εἶτα πρόσεισι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δεδακρυμένος, καὶ δεῖται τοῦ σώζοντος· οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον καὶ αὐτοῦ τοῦ λόγου τὸ μέτρον τοσοῦτον ὑπάρχειν ὑπονοεῖν, ὅσον περ ἂν εἶναι πιστεύοιτο καὶ τὸ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἔχοντος τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν τῆς αὐθεντίας. οὐκοῦν πρέποι ἂν καὶ αὐτῷ τὸ δεδιέναι θάνατον, τὸ κίνδυνον ὑφορᾶσθαι, τὸ κλαίειν ἐν πειρασμοῖς, καθεστάναι δὲ καὶ ἐν ἐνδείᾳ τῆς παρ' ἑτέρου χειρὸς, ἵνα καὶ σώζηται· καὶ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ μανθάνειν τὴν ὑπακοὴν δι' ὧν πέπονθε πειρασθείς. ἀλλ' οἶμαι, τοῦτό ἐστιν ἢ φρονεῖν ἢ λέγειν ἀσύφηλον παντελῶς· παναλκὴς γάρ ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ θανάτου κρείττων, καὶ παθῶν ἐπέκεινα, καὶ δειλίας ἀνθρωποπρεποῦς ἀμέτοχος παντελῶς. ἀλλὰ μὴν οὕτω μὲν φύσεως ἔχων, πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν. οὐκοῦν οὔτε ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, οὔτε ἄσαρκος λόγος· ἑνωθεὶς δὲ μᾶλλον τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι, πάθοι ἂν ἀπαθῶς

Anno Christi 431.

Anno Christi 431.

σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ τὰ ἀνθρώπινα. γέγονε τοίνυν εἰς ὑποτύπωσιν εἰς ἡμᾶς ἀνθρώπινος ἐκεῖνα, καθάπερ ἔφθημεν ἐν ἀρχαῖς, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπακολουθήσωμεν. τοῦτο γὰρ ἐποίησεν, ἐφάπαξ ἑαυτὸν προσενέγκας. ὁ νόμος γὰρ καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν· ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον, μιᾷ μὲν προσφορᾷ, δῆλον δὲ ὅτι τῇ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός. προσηνέγκαμεν γὰρ ἑαυτὸν ὑπὲρ *ἡμῶν εἰς ὁσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρί, καὶ τετελείωκε νοητῶς διὰ πίστεως καὶ ἁγιασμοῦ, καίτοι τῆς νομικῆς λατρείας τελειούσης οὐδέν. τοιγαροῦν κατέλιπεν μὲν τοὺς τύπους, καὶ πέπαυται τῆς ἀρχαίας διαθήκης τὸ ἀνόνητον ἐν σκιαῖς· γέγονε δὲ ἀναγκαίως εἰσαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ θεῷ, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ συντάξει γεγονότος ἀρχιερατικῇ διά τινι πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν.

μγ'.

Πλεῖον ἐκεῖνο ἄφρει. πρὸς αὐτοῦ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὅτι ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας. εἶτα πῶς ὁ μὲν νόμος καθίστησιν ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν, ὁ δὲ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον, ὡς ἂν ἔχοντα δηλονότι τὸ ἀσθενεῖν; τοῦτο γὰρ οἶμαί ὅτι τὸ ἀρτίως ἔχον, ἤγουν τὸ ἐν παντὶ καλῷ τετελειωμένον· ὅτι μὴ κατ' ἐκείνους ὅτε τοῦ νόμου, οἷς ἂν *ἀσθένειαν ἀσθενὴς εἰπεῖν τὸ καὶ ἀσθενεῖν ἔσθ' ὅτε. πῶς οὖν ὁ αὐτὸς καὶ ἀσθενείας κρείττων εἶναι πεπίστευται, καὶ ὡς υἱὸς

patiens in ſua carne. Quæ igitur vt homo pertulit, ea (vt paulo ante dicebamus) nobis in exemplũ proponuntur, quo nimirum veſtigiis illius inſiſtamus, qui ſemel ſe offerens, rem totam confecit. Sane lex pontifices infirmitati obnoxios inſtituebat: verum iuriſiurandi ſermo poſt legem editus, Filium vna oblatione in æternum conſummatum pronuntiat; ea ipſa videlicet, qua *Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctificatos per proprium corpus in ſempiternum conſummauit. Obtulit enim ſeipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo & Patri*, perfecitque nos per fidem & ſpiritalem ſanctificationẽ, cum legis antiquæ cultus nullum omnino ad perfectionem adduceret. Vnde & figuræ quoque ceſſarunt, & vmbratilis illa veteris teſtamenti imperfectio e medio ſublata eſt. Succeſſit autem, & quidem neceſſario, melioris ſpei introductio, per quã interueniente Chriſto, qui propter naturæ ſimilitudinem in pontificium ordinem euectus eſt, Deo appropinquamus.

Hebr. 7. v. 28. Hebr. 10. v. 14. Epheſ. 5. v. 2. Hebr. 7. v. 19.

XLIII.

Verum enimuero cum Paulus illum ex infirmitate crucifixum pronuntiet, quomodo (inquis) lex ſacerdotes infirmitati obſtrictos ordinat, iuſiurandum vero poſt legem promulgatum, Filium, quaſi nulla in illum infirmitas cadat, in æternum conſummatum perfectumque affirmat? Illud enim, opinor, perfectum dicitur, quod omni bonorum genere cumulatum eſt. Quoniam non talis erat, quales veteris legis ſacerdotes, quibus inuſitatũ non erat, in infirmitates quandoque incidere. Sed quomodo idem & infirmitate maior creditur, vtpote filius nu-

2. Cor. 13. v. 4. Hebr. 7. v. 28.

meris omnibus perfectus; & ex infirmitate rursum crucifixus docetur? Vt crucem secundum carnem sustinet, merito infirmus prædicatur: vt autem Deus est, quauis infirmitate superior recte asseritur: *Spiritus enim promptus est, caro autem infirma.* Quod si qui sunt, qui infirmitatis nomine id vnum hic insinuari contendant, nempe quod legales ministri non sine peccatis vitam transigebant; non repugno (imo in hanc sententiam libenter concedo) recte hoc pacto sentire volentibus. Legis proinde ministri non vno, sed pluribus sacrificiis indigebant, vt quos quotidie tam pro suis, quam pro populi ignorantiis offerre oporteret, propterea nimirũ quod subinde in alias & alias infirmitates prolaberentur, eoque languore tenerentur, qui in multiplex peccatum abducit: Ille autem maior quam qui peccare possit, vtpote Deus, pontifex noster effectus, ac secundum humanam naturam sacerdos appellatus, Patri suum proprium corpus obtulit & consecrauit. Secundum naturam proinde diuinam in peccatum prolabi non poterat, cum non esset naturæ creatæ, quæ per se non habet immutabilitatem, nec posse omnino vitare peccatum. Deus itaque est omni ex parte perfectus, & nullo præsidio indiget, vt in sua sanctitate firmus persistat: cum sit peccabilitas.

Matth. 26. v. 41.

Hebr. 7. v. 27.

τετελϛωμϑύος· ϛαυροῦται ὁ ϰ᾽ ὀξ ἀ- ANNO CHRISTI 431.
ϑενείας; ἐϰοιῶ ἀϰόλουϑον ἐννοεῖν, ὡς
ἠϑένησε μϑ᾽, σαρϰιϰῶς ϛαυρὸν ὑπο-
μείνας· ἔϛι γε μϑ᾽ ὡς ϑεὸς τῦ ἀϑενεῖν
ἐπέϰεινα. τὸ μὲ πνεῦμα πρόθυμον,
ἡ δὲ σαρὲ ἀϑενής. εἰ δὲ δὴ λέγοιεν, τ᾽
ἀϑένειαν ἐν τούτῳ τῷ εἰ ἁμαρτίας ἔ-
ναι δηλοῦν τὸν ϰ᾽ νόμον * ἱερατεύ- * ἱερατεύ-
οντας, ἐϰ αἰτιάξομαι, σύμφημι δὲ μᾶλλον ὀρθὰ ϰ᾽ ὕπω νοεῖν ἠρημένοις.
ἐϰοιῶ ⓟ μϑ᾽ ϰ᾽ νόμον ἱερουργοὶ θυ-
σίας ἔχειζον ὑμᾶς, πλείονων δὲ μᾶλ-
λον, ἅτε δὴ προσάγοντες ϰαθ᾽ ἡμέ-
ραν ὑπὲρ τε αὐτῶν ϰ᾽ τ᾽ τῦ λαοῦ ἀγνοη-
μάτων, διὰ τὸ πλείϛαϰις ἀϑενεῖν, ϰαὶ
ὑπομϑύειν μαλαϰισμὸν τ᾽ εἰς πολύ-
χρονον ἁμαρτίαν· ὁ δὲ ϰρείττων ἁμαρ-
τίας ὑπάρχων, ὡς ϑεός, προσϰεϰόμι-
ϰεν ἑαυτ᾽, ϰ᾽ γέγονεν ἡμῶν ἀρχιερεὺς,
ἀϑεοπίνως μϑ᾽ λειτόμϑυος λάτρευ-
γεῖν, ἱερατεύων δὲ τῷ πατρὶ τὸ ἴδιον
σῶμα. ϑεοπρεπῶς οὖν ἄρα παθεῖν
ἐϰ ἀνέϰειτο τῇ ἁμαρτίᾳ, ὅτι μὴ
φύσεως ἦν χωϰτὸς, ἐϰ ἐϰούσης οὐ-
σιωδῶς τὸ ἄτρεπτον, ϰαὶ τὸ εἰς ἅ-
παν διαδιδράσϰειν δυνάσθαι τῇ ἁ-
μαρτίᾳ. * ϑεὸς οὖν ἄρα ὅτι παντε- * leg.
λείως, ἀνεπιϰούρητον ἔχων πρὸς ἑπ-
ρου τὸ ἀϰεραίδαντον εἰς ἁγιασμὸν, φύ-
σεώς τε ϰαρπὸν ἰδίας ἔχων τὸ ἀπλημ-
μελές.

naturæ eius proprius fructus im-

XLIV.

Hebr. 8.

Capitulum autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo. Vetus

μδ᾽.

Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγο-
μένοις· τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα,
ὃς ἐϰάθισεν ἐν δεξιᾷ τῦ ϑρόνου τῆς
μεγαλωσυνῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς,
τῶν ἁγίων λειτουργὸς, ϰαὶ τῆς
σϰιᾶς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ ϰύριος ϰαὶ ϰ᾽ ἄνϑρωπος.] ἐπήγαγτο

ANNO CHRISTI 431.

μὲν κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἀρχαία σκηνὴ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, πεποίηται δὲ κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει· καὶ τοῖς μὲν κατὰ τὸν νόμον ἱερατεύουσιν ἐκείνη πρεπωδεστάτη· ἐνδιαίτημα δὲ τῷ Χριστῷ πρέπον τε καὶ ἐοικὸς ἡ ἄνω καλλίπολις, τουτέστιν ὁ οὐρανὸς, ἡ θεία τε καὶ ἀνωτάτω σκηνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνης εὕρεμα τέχνης, ἀλλ' ἱερὰ καὶ θεότευκτος. ἐκεῖ γεγονὼς προσκομίζει τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, ἡγιασμένους δὲ δηλονότι διὰ τοῦ πνεύματος. οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται, φησὶ, πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. καὶ οὗτος αὐτῷ τῆς ἐνθάδε λεγομένης λειτουργίας ὁ τρόπος· θεοπρεπὲς δὲ τὸ χρῆμα, κἂν εἰ τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἤγουν ἀνθρωπίνοις σημαίνοιτο λόγοις. τὸ γὰρ ἁγιάζειν δύνασθαι τῷ ἰδίῳ πνεύματι τοὺς πιστεύοντας, ἐλέῳ καὶ χάριτι δεδικαιωμένους, καὶ οἷον ἱερουργεῖν τῷ θεῷ, κόσμῳ μὲν ἀποθνήσκοντας, ζωοποιουμένους δὲ πνεύματι, καὶ εἰς εὐδόκιμον ἀληθῶς ἀναλάμποντας βίον, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεοπρεπές; ὅτι δὲ καίτοι λεγόμενος λειτουργεῖν, οὐ μείων ἐστὶ τοῦ πατρὸς, οὔτε μὴν κατόπιν ἔρχεται τῆς ἐνούσης εὐκλείας αὐτῷ, προσαποδείκνυσιν ἐναργῶς τὸ τοῖς θείοις αὐτὸν ἐνιδρῦσθαι θώκοις, καὶ ἐν δεξιᾷ καθῆσθαι τοῦ γεγεννηκότος. εἰ γὰρ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι πᾶς ἱερεὺς ἕστηκεν ἀεὶ λειτουργῶν, καὶ οὐκ ἂν νοοῖτό ποτε σύνεδρός τε καὶ ἰσοκλεὴς ὥσπερ ἂν λατρεύσειε θεῷ, πῶς οὐκ ἀσυνήθης ἱερουργὸς ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ ἐν τοῖς τῆς θεότητος θώκοις ὡς θεὸς, καὶ λειτουργῶν ἀνθρωπίνως; εἰ δὲ δή τις λέγοι συκοφαντῶν τὴν ἀλήθειαν, ὅτι ναὶ κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἰδικῶς ἄνθρωπος

illud tabernaculum per sapientissimum Moysen in deserto exædificatum est, idq; ad formã in monte illi demonstratam. Et quidem veteris testamenti sacerdotibus erat illud aptissimum: at vero habitaculum Christo conueniens est superna illa venustaque ciuitas, hoc est cælum, diuinum sane summũque tabernaculum, non artis humanæ inuentum, sed sanctum, & a Deo fabrefactum; in quod ille illatus, eos qui in ipsum credunt, sanctificationemq; per Spiritum consecuti sunt, Deo & Patri offert. *Nemo*, inquit, *venit ad Patrem, nisi per me.* Istiusmodi ergo illius est ministerium, de quo hic agimus. Et quamuis res hæc nostris, hoc est, humanis verbis exprimatur; est tamen admodum diuina. An non, obsecro, diuinum quiddam est, credentes proprio Spiritu posse sanctificare; misericordiaque & gratia iustificatos, mundo emortuos, spiritu viuificatos, vita tandem morumque honestate conspicuos Deo offerre, & quasi consecrare? Quod autem (etiam si ministrare dicatur) Patre neque minor sit, neque gloriæ illius vlla ex parte cedat, id inde clare constare potest, quod diuinæ maiestatis solium obtineat, atque adeo ipsi Patri dextera assideat. Si enim verum est, omnem omnino sacerdotem stare, vt sacrificium offerat; neque assidere, aut paris vnquã gloriæ cum Deo, cui sacrificat, intelligi potest: quo pacto Christus nouo modo sacerdotio non fungitur, qui ita vt homo ministrat, vt tamen in diuinitatis soliis consideat? Quod si quis improbus aduersus veritatem sycophanta hominem secundum solam dignitatis æqualitatẽ Deo

Exod. 25.

Ioan. 14. v. 6.

Hebr. 8. v. 3.

coniunctum, ad Patris dexteram considere contendat, is sane asseret, non amplius solius sanctæ Trinitatis esse supremum illum, atque ipsi soli conuenientem thronum. Sed iam quartus quidam nobis, recens & factus introducitur Deus, præter consubstantialem & sanctam Trinitatem.

XLV.

Hebr. 9. v. 11. *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis; neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* Qua ratione Dominus noster Iesus Christus per maius & perfectius tabernaculum ingressus, pontifex noster extiterit, verba modo recitata planum nobis faciunt. Quod autem sacerdotii illius ritus legali sacerdotio omnino præstiterit, plurimumque ea excelluerit quæ tantum in vmbra & figura contingebant, (ipse enim per se vera illa & impolluta hostia extitit) nemo, opinor, inficias iuerit. Obserua hic autem præclarum illum & admirabilem *pontificem nostrum, qui in dextera throni maiestatis Dei sedet in cælestibus, per proprium sanguinem semel tantum in sancta introisse, æternamque redemptionem inuenisse.* At quomodo is, qui vt Deus Deo Patri in dextera assidet, proprium sanguinem habere recte dici potest, si naturalem Dei Filium, hominis quoque filium extitisse, propriumq; sanguinem precium pro omnibus impendisse, & æternam hac ratione mundo salutem reperisse, certo persuasum non habuerimus? Neque enim dixerit quispiam, decuisse vt

Hebr. 8.

συνημμένος τῷ θεῷ κατὰ μόνην τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας· οὐκέτι μόνης ἐστὶν φησὶ τῆς ἁγίας τριάδος ἐν ἀνωτάτῳ καὶ μόνῃ αὐτῇ πρέποντα θρόνον, ἀλλ' ἤδη τις ἡμῖν τέταρτος οὑτοσὶ, πρόσφατός τε καὶ γενητὸς ἐπεισκρίνεται θεὸς, μετὰ τὴν ὁμοούσιον καὶ ἁγίαν τριάδα.

Anno Christi 431.

μέ.

Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος.] Τίνα δὲ τρόπον διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς γέγονεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀρχιερεὺς, προαπέδειξεν ἡμῖν ἀρτίως ὁ λόγος. ὅτι δὲ τῆς ἱερουργίας ὁ τρόπος αὐτῷ καὶ ἀμείνων ἀσυγκρίτως τῆς κατὰ τὸν νόμον, καὶ πολὺ λίαν ὑπερκείμενος τῶν ὡς ἐν τύπῳ καὶ σκιᾷ· καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ ἄμωμον ἱερεῖον· ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. Ἐπιτήρει δὲ, ὅπως ὁ ἀξιάγαστος ἡμῶν ἀρχιερεὺς, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, λύτρωσιν εὑράμενος αἰωνίαν. πῶς οὖν ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ὡς θεὸς, ἴδιον ἔχειν αἷμα λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ πεπιστεύκαμεν, ὅτι ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν υἱὸς κεχρημάτικε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἴδιον αἷμα τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα δοὺς, ταύτην εὕρατο τῷ κόσμῳ τὴν εἰς αἰῶνα λύτρωσιν; οὐ γάρ που φαίη τις ἄν, ὡς ἦν ἀκόλουθόν τε καὶ πρέπον, καθάπερ ἐν τάξει τῶν ἀλόγων ζώων σφάζεσθαι πλει-

ANNO CHRISTI 431.

ςάκις τῷ Εμμανουὴλ, ἀποχρῶντος εἰς λύτρωσιν τῆς ὑπ' οὐρανὸν τοῦ καὶ ἅπαξ παθεῖν αὐτόν. εἰ δὲ, καθὰ πεφρονήκασί τινες, ἄνθρωπος ἦν ἰδικῶς, ἰσότητι μὲν τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, συνημμένος θεῷ, διῃρημένος δὲ καθ' ὑπόςασιν, καὶ ἀνὰ μέρος εἶναι πιςευόμενος· οὐκ ἦν ἴδιον αἷμα τοῦ συνεδρεύοντος τῷ πατρὶ τὸ εἰς λύτρωσιν τοῦ κόσμου δοθὲν, ἀλλ' ἑτέρου μᾶλλον σχετικὴν ἔχοντος πρὸς αὐτὸν τὴν συνάφειαν. ὥσπερ γὰρ δύο τινὲς ἄρχοντες τῇ τῶν ἀξιωμάτων ἰσότητι κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διενεγκόντες ὅλως, οὐχ* εἷς νοοῦνται μᾶλλον, ἀλλὰ δύο κατὰ τὸ ἀληθές· οὕτω τὸ συνημμένον τινὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, διῃρημένων τῶν φύσεων, ἤγουν ὑποςάσεων, οὐχ εἷς εἶεν ἄν, ἀλλὰ δύο· καὶ τὸ ἑνὸς αἷμα τυχὸν αὐτοῦ δὴ πάντως ἐςὶ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἑτέρου. οὐκοῦν οὐκ ἀπόχρη πρὸς ἕνωσιν ἀληθῆ τὸ ὡς ἐν ἰσότητι τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, συνῆφθαι λέγειν ἄνθρωπον θεῷ.

μς'.

Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα εἰσῆλθεν ἅγια ὁ Χριςὸς, οὐδὲ εἰς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.] τοῦ θεοῦ λέγοντος· ὁ οὐρανός μοι θρόνος· ἐπαναπαύεσθαι καὶ αὐτὸν τοῖς ἄνω πνεύμασι φαμὲν τὸν υἱὸν, σκηνὴν ὥσπερ ἁγίαν ἔχοντα τὸν οὐρανὸν, καὶ οὐ κατά γε τοὺς ἐπὶ γῆς ἱερουργοῦντας σωματικῶς, καὶ τὰς δι' αἱμάτων τελοῦντας θυσίας, εἰς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν εἰςρέχοντα κατὰ τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν. ἐμφανίζεται δὲ νῦν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ, τίνι τρόπῳ; ἆρα γὰρ οὐκ ἀεὶ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως

Emmanuel tamquam pecus aliquod sæpius mactaretur; quippe cum ad totum orbem liberãdum vel semel ipsum mortem subiisse abunde sat fuerit. Quod si, vt nonnulli sentiunt, purus per se tantum homo erat, Deo quidem secundum dignitatis vel auctoritatis æqualitatem cõiunctus, secundum hypostasim vero ab eodem seiunctus, & seorsum per se positus; profecto sanguis, qui in mundi redemptionem effusus est, non erat illius qui ad dexteram Dei Patris sedet, sed alterius cuiuspiam, qui relatiuam potius cum ipso habet coniunctionem. Quemadmodum enim duo principes eadem auctoritate omnino præditi, non vnus, sed duo reuera sunt homines; ita cuipiam dignitate parem esse, naturis interim, videlicet personis distinctis, non sinit vnum, sed duo esse: & vnius sanguis ita est huius, vt nullo modo sit alterius. Ad veram itaque vnionem non sat est, hominem Deo auctoritatis vel dignitatis æqualitate copulatum asserere.

XLVI.

Non enim in sancta manufacta Christus introiuit, neque in exemplaria verorum; sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Cælum, inquit Deus, *mihi thronus est:* quare & ipsum quoque Filium in supernis spiritibus conquiescere, cælumque veluti sanctum quoddam tabernaculum obtinere dicimus, non more terrenorum ministrorũ, qui corporaliter sacris operantur, sanguineque secundum legis præscriptum ad verorum expressionem litant. Sed quo, quæso, modo vultui Dei nunc pro nobis apparet? Nonne semper etiam ante incarnationem

Hebr. 9. v. 24.

Isai. 66.

extitit apparens & conſpicuus? idque facile eſt cognitu, quod ipſe eſt opifex ſapientia Dei & Patris, per quam ad eſſe producta ſunt omnia. Et certe vt ſapientia dicit: *Ego eram qua delectabatur. Per ſingulos autem dies gaudebam in conſpectu eius omni tempore, quando gaudebat mundo perfecto, & gaudebat inter filios hominum.* Cum ab initio igitur Pater illi adblandiretur, ex eoque oblectationem quotidie caperet, iſque viciſſim voluptatem Patri afferret, quomodo nunc demum vultui Dei apparere dicitur? Sane Verbum Dei nouo nunc modo apparet, non amplius carnis expers & nudum, ſicut in principio, ſed in forma & natura humana. Ad hũc itaque modum pro nobis apparere, humanamque naturam (eſto illa propter Adami præuaricationem quandoque exoſa proſcriptaque fuerit) in conſpectu Dei Patris offerre traditur. Verbum proinde, vt homo factum eſt, oculis paternis velut in ſeipſo primo nos ſiſtit; quo nimirum Patri cõmendatos nos reddat, veteribus noxis expiatos, atque ad vitæ nouitatem per Spiritum inſtauratos, ac tandem dignos effectos qui in conſpectu Patris ſimus iam in filios cooptati.

Prouerb. 8. v. 30.

παρὰ τοῦ πατρὸς ἐποπτείας, ὡς ἐν υἱῶν

ὑπάρχει ἐμφανής; καί τοι καταθρῆσαι ῥᾷον, ὡς αὐτός ἐστιν ἡ δημιουργὸς σοφία τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, δι' ἧς τὰ πάντα προσεκομίσθη πρὸς ὕπαρξιν. καὶ γοῦν ὡς σοφία φησίν· ἐγὼ ἤμην, ᾗ προσέχαιρε. καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ· ὅτε ἐνευφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ ἐνευφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. ὅτε τοίνυν αὐτῇ προσέχαιρεν ὁ πατὴρ, καὶ ἦν ἐν προσώπῳ αὐτοῦ καθ' ἡμέραν εὐφραινομένη τε καὶ εὐφραίνουσα, πῶς ἐμφανίζεται νυνὶ τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ; οὐκοῦν ἐμφανίζεται ξένως, οὐκέτι γυμνὸς καὶ ἄσαρκος λόγος, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ἀρχαῖς ἦν, ἀλλ' ἐν μορφῇ τε καὶ φύσει τῇ καθ' ἡμᾶς. φαμὲν γὰρ οὕτως αὐτὸν ἐμφανισθῆναι νυνὶ, καὶ οἷον *ἐπ' ὄψει τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἀγαγεῖν, καί τοι γενομένην ἐν ἀποστροφῇ διὰ τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν. ἡμᾶς οὖν ἄρα παρίστησιν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ πατρὸς ὡς ἐν ἑαυτῷ καὶ πρώτῳ, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, ἵν' ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ πατρὶ, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπαλλάξας αἰτιαμάτων, καὶ εἰς καινότητα ζωῆς μεταστοιχειώσας ἐν πνεύματι· ὥστε καὶ ἀξίους ὁρᾶσθαι λοιπὸν τῆς τάξει παρειλημμένους.

Anno Christi 431.

*ἐπ' ὄψει

De eo quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus gloriam accepiſſe ſcribitur.

Περὶ τοῦ λέγεσθαι δόξαν λαβεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

XLVII.

μζ'.

Galat. 1.

PAVLVS *apoſtolus non ab hominibus, neque per homines, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem qui ſuſcitauit eum ex mortuis.*

ΠΑΥΛΟΣ ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.]

ἀπό-

ANNO CHRISTI 431.

ἀπόχρη μὲν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ δεδεῆσθαι δόξης τῆς ἔξωθεν καὶ εἰσκεκριμένης τοῦ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸ συναποστέλλειν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν περὶ ἑαυτοῦ κηρυγμάτων τοὺς ἱερουργούς· οὐ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκήρυττον, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἱεροῖς ἕπεσθαι γράμμασιν ἀναγκαῖον ἡμᾶς, οὐδαμοῦ παρεκτρέχοντας τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, φέρε λέγωμεν, τίνα δὴ τρόπον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ δόξῃ λέγεται στεφανοῦν τοῦ υἱόν. οὐκοῦν αὐτός ποδ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου· εἰ γὰρ ἔγνωσε, οὐκ ἂν τοῦ κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσε. οἶδεν οὖν ἄρα καὶ κύριον ὄντα τῆς δόξης τὸν ἐσταυρωμένον. πῶς οὖν δέχεται δόξαν παρὰ τοῦ πατρὸς ὁ τῆς δόξης κύριος; ἢ δῆλον, ὅτι πεποίηται πάλιν οἰκονομικῶς ὁ λόγος αὐτῷ; δέχεται μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως, ἔστι δὲ καὶ οὕτω τῆς δόξης κύριος θεϊκῶς. καὶ ὁ μὲν τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως πλοῦτος ὁρῷτο ἂν πρὸς ἡμῶν ἐν τοῖς ὑπὲρ κτίσιν πλεονεκτήμασι· τῆς δὲ καθ' ἡμᾶς πτωχείας τὸ μέτρον ἐν τῷ λέγεσθαι λαβεῖν, καὶ εἰ πλούσιος ὢν δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν. ἀλλ' οὖν ἀγαθαῖς ἐννοίαις πρὸς ὀρθότητα διοικούμενοι, καὶ τὰ εἰκότα φρονεῖν ἐπ' αὐτῷ σπουδάζοντες, οὐκ ἀγνοήσομεν ἡμεῖς τοῦ καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς πτωχείᾳ πλούσιον ὡς θεόν.

Ad ostendendum Dominum nostrum Iesum Christum externa aduentitiaque gloria minime indiguisse, sat erat indicasse, ipsum æque ac Deum Patrem mittere ministros, qui illum deprædicarent: neque enim semetipsos, qui mittebantur, prædicabant, sed Iesum Christum in gloriam Dei Patris. Quia vero sacras literas sectari nos oportet, neque ab earum decretis vel minimum discedere nobis licet; agedum paucis, quomodo Deus Pater Filium suum gloria coronasse dicatur, planum faciamus. Beatus Paulus de sæculi huius principibus quodam in loco ita scribit: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Norat itaque, eum qui crucis supplicium subierat, gloriæ Dominum esse. Iam quomodo Dominus gloriæ gloriam a Patre accipit? Huius quæstionis nodum dispensationis ratio dissoluit. Accipit enim gloriam vt homo; pergit autem gloriæ Dominus esse vt Deus. Et quidem diuinæ illius naturæ opes ex iis prærogatiuis a nobis deprehenduntur, quæ creaturæ facultatem exsuperant: at vero humanæ egestatis conditio ex eo nobis fit palam, quod quædam accepisse perhibeatur. *Cum enim diues esset, propter nos factus est egenus.* Nostras proinde cogitationes ad rectæ fidei normam instituentes, & quæ par est de ipso sentire satagentes, ita illum in nostram paupertatem se demisisse statuemus, vt tamen tamquam Deum nunquã diuitem esse desiisse certo nobis persuadeamus.

1. Cor. 2. v. 8.

2. Cor. 8. v. 9.

μη'.

Ο πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. δέχεται πάλιν ὡς ἄνθρωπος ὁ υἱός· πλὴν οὐκ ἔξω πάλιν τίθησιν ἑαυτὸν ὁ πατὴρ τοῦ πάντα ἔχειν

XLVIII.

Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Filius accipit vt homo: interim Pater a nullo eorum se excludit, quin omnia in potestate habeat. ea enim dans Fi-

Ioan. 3. v. 35.

lio, vna cum illo omnibus dominatur. Sed & ipsum quoque mortalium genus secũdum se alioqui infrene, & ad rebellionẽ propensum, diuinitatis sceptris per illum sibi submittit: quandoquidem, vt sapientissimus Paulus admonet,
2. Cor. 5. v. 19. *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Hic autem nequaquam asserimus, id quod rudiores quidã faciunt, alium ab eo quem sacra Virgo in lucem edidit, Christum in homine inhabitasse, mundumque sibi reconciliasse; sed ipsummet Deum Patrem in Christo mundum sibi reconciliauisse. Filius namque post humanam naturam assumptã factus est mediator, & ad pacem obtinendam quodãmodo reconciliator, non alteri cuipiã in mundo obedientiam cõcilians, sed vt in propria persona Deo & Patri: quandoquidẽ Christo reconciliati, per ipsũ & in ipso, Deo quoq; omnium saluatori re-
Matth. 11. v. 28. conciliamur. Hinc illud: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos.* Quod ii autem qui ad illũ se adiungunt, non alteri cuipiam recõcilientur, quã vero naturalique Deo, illud idem ipse his verbis perspicuum facit:
Ioan. 12. v. 44. *Qui*, inquit, *credit in me, nõ credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui videt me, videt eũ qui misit me.* Et rur-
Ioan. 14. sũ: *Credite in Deũ, & in me credite.*

ὑφ' ἑαυτῷ. διδοὺς γὰρ αὐτὰ τῷ υἱῷ, σὺν αὐτῷ κατάρχει τῶν ὅλων, τοῖς τῆς θεότητος σκήπτροις ὑποφέρων δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἐπὶ τῆς γῆς γένος, καίτοι διανενευκὸς ἀχαλίνως εἰς ἀπόστασιν. ὡς γὰρ αὐτός ποθ' φησιν ὁ σοφώτατος Παῦλος· θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. καὶ οὐδὴ ποθ' φαμεν, ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας Χριστὸς ἕτερος παρά γε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον, κόσμον ἑαυτῷ κατήλλαττε· φρονοῦσι γὰρ ὧδέ τινες τῶν ἀμαθεστέρων· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι κατήλλαττεν ἑαυτῷ τὸν κόσμον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐν Χριστῷ. γέγονε γὰρ ἡμῶν μεσίτης ἐν ἀνθρωπήσας ὁ υἱὸς, καὶ οἷον διαλλακτὴς εἰς εἰρήνην, οὐχ ἑτέρῳ προξενῶν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὴν ὑποταγὴν, ἀλλ' ὡς ἐν ἰδίῳ προσώπῳ, τῷ θεῷ καὶ πατρί. Χριστῷ γὰρ κατηλλαγμένοι, κατηλλάγμεθα δι' αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι θεῷ. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· δεῦτε πάντες πρὸς μὲ οἱ κεκοπιακότες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ὅτι δὲ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἰοῦσιν οὐ πρὸς ἕτερόν τινα γένοιτ' ἂν ἡ καταλλαγὴ, πλὴν ὅτι πρὸς θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, πεπληροφόρηκεν εἰπών· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. ὁτὲ δὲ πάλιν· πιστεύετε εἰς τὸν θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε.

Anno Christi 431.

XLIX.

Ioan. 17. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt & Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis*
1. Ioan. 4. *vitam æternam.* Aduocatus & propitiator appellatur Filius. Ipse enim hominibus cælestem Patrem beneuolum propitiumq; reddit,

μθ'.

Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε. καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.] παράκλητος μὲν καὶ ἱλαστήριον ὁ υἱὸς ὠνόμασται· καθίστησι γὰρ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς εὐμενῆ

ANNO CHRISTI 431.

τ̃ πατέρα, κ̀ παντὸς ἡμῖν ὑφίσκεται προέξενος ἀγαθοῦ. πλὴν ἐκεῖνο καταφρήσωμεν, πῶς ἂν δοξάσειν ὁ πατὴρ ⳩ υἱὸν, δοξασθήσεται δ̀ κ̀ αὐτὸς παρ' αὐτοῦ ἵνα δ̀ πον. ἐκοῦ τ̃ ὥραν, ἤγουν ⳩ καιρὸν ἐληλυθέναι φησὶ, καθ' ὃν ἔδει πάντως αὐτὸν ⳩ ὑπὲρ τ̃ τ̃ κόσμου ζωῆς ὑπομεῖναι σταυρόν. ἀλλ' ἵν̄ ἀναγκαῖον δοξάζεσθαι ⳩ υἱὸν παρὰ τ̃ πατρὸς, κ̀ διὰ τ̃ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως μ̃ρτυρούμενον ὅπ τέ ἐστιν ὁμοούσιος αὐτῷ κ̀ ζωοποιὸς, κ̀ θανάτου κρείττων, κ̀ φθορᾶς ἀμείνω πλὴ φύσιν διεκληρώσατο. κ̀ δοξάζει δὲ κ̀ αὐτὸς ὁ πατὴρ, ὡς ἔχων υἱὸν κ̄ῳ παῖ ὁποῖ ἐοικότα τε κ̀ ἰσοκλεᾶ κ̀ ἰσουργὸν ἑαυτῷ. κ̀ τ̃το δέδωκεν ὁ υἱὸς καταργήσας τ̃ θάνατον, κ̀ ἀναστήσας ἐκ νεκρῶν τ̃ ἑαυτ̃ ναόν. δέδωκεν γ̀ αὐτ̃ κ̄ῳ πάντων ἐξουσίαν, καθ' ἡμᾶς δὴ πάλιν κ̀ ἀνθρωπίνως· καίτοι βασιλεύων τ̃ ὅλων θεϊκῶς. κ̀ σύνεστι μὲν ὁ πατὴρ τοῖς δοθεῖσι τ̃ῳ υἱῷ τ̃ ζωὴ τ̃ αἰώνιον· αὕτη δέ ἐστιν αὐτός. ἔφη γάρ· ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις κ̀ ἡ ζωή. ἐκοῦ κἂν εἰ λέγοιτο λαβεῖν παρὰ τ̃ πατρὸς δόξαν κ̀ πλὴ κ̄ῳ πάντων ἐξουσίαν τε καὶ βασιλείαν, ἀναθετέον μὲν τὸ λαβεῖν τοῖς τ̃ κενώσεως μέτροις. ἰστέον γ̀, ὅτι κ̀ τ̃ δόξης ἐστὶ κύριος ὡς θεὸς, κ̀ σύνθρονος τ̃ῳ πατρὶ, κ̀ κατ' οὐδένα δ̀ πον μειονεκτούμενος τ̃ς τ̃ τεκόντος αὐτὸν ὑπεροχῆς τε κ̀ δόξης, τὸ γε ἧκον εἰς τ̃ τ̃ς θεότητος φύσιν. ἐσόμεθα γὰρ οὕτως εὐσεβεῖς, ἅπερ ἐστὶν ἡμῖν ἀκόλουθον, κ̀ λογισμοὺς καθαιροῦντες, κ̀ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κ̄ῳ τ̃ς γνώσεως αὐτοῦ.

atq; adeo omnium bonorum nobis auctor est. Verumtamẽ inquisitione dignum est, quanam ratione Pater glorificet Filium, & Filius vicissim glorificet Patrem. Ait ergo aduenisse horam, hoc est tempus, in quo ipsum plane pro mũdi vita crucis supplicium subire oporteret. Par erat autem, vt Pater Filium per resurrectionem ex mortuis glorificaret, sibique cõsubstantialem & viuificum, & morte superiorem, & naturam a corruptione alienam sortitum euidenti testimonio demõstraret. Quin ipse quoque Pater hoc ipso glorificatur, quod Filium decore, gloria, potentiaq; sibi per omnia similem habeat. Atque istud liquido ostendit Filius, cum mortis imperio demolito, suum ipsius templum a mortuis exsuscitauit. Verum enimuero licet vt homo ius potestatemq; in omnes accepisse perhibeatur; vt Deus tamen vniuersis rerum naturis absolute dominabatur. Pater rursum iis qui Filio dati sunt, vitam æternam impertitur: at ille interim est illa ipsamet vita. *Ego*, inquit, *sum resurrectio & vita.* Quare licet gloriam & regnum, & super omnes & omnia potestatem accepisse dicatur; hoc tamen ad incarnationis conditionem est referendum. Certum est enim, Filium, vt Deus est, & gloriæ Dominum, & eadem cum Patre maiestate præditum esse; neque, quod quidem ad diuinitatis naturam spectat, Patris gloria & eminentia vlla ex parte inferiorem esse. Ad hunc itaque modum comparati, & pii erimus, & omnem intellectum in Christi obsequium conuertentes, & omnes cogitationes, *omnemque altitudinem contra Dei scientiam sese extollentem euertentes.* Ioan. 11. v. 25. 2. Cor. 10.

L.

Act.2.v.33. *Dextera igitur Dei exaltatus, & promissionem Spiritus sancti accipiens a Patre, effudit hoc, quod vos videtis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cælum; dicit autem*
Psal.109. *ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Vniuersum incarnati Verbi mysterium ex his perspicere licet. Etenim omnipotens illa dextera, omniumque opifex manus, Deus Verbum in Patris forma & æqualitate cum esset, propter humanam naturam exinanitus, & exaltatus prædicatur: non quod in gloriam extraneam, hoc est, in eam quam olim naturaliter non possideret, euectus sit; sed quod ad propriam, naturaliterque sibi insitam & ingeneratam redierit. Homo itaque factus, exaltatus est secundum humanam naturam, tametsi secundum naturam semper est altissimus. Et hunc esse arbitror modum naturæ, & quam vocamus exinanitionem. Deus itaque homo factus, licet hoc ipsum solum quod cernebatur, hoc est, purus homo esse putaretur;
1.Tim.3. v.16. *prædicatus est tamen in gentibus, creditus est in mundo, honoratus est,* vt verus Dei Patris Filius; denique summa gloria, summaque dignitate condecoratus est, vtpote Deus esse creditus. Neque ea res inusitata ei est. Veram namque in humana natura humilitatem, veram rursum in exaltatione sublimitatem agnoscimus, licet sua ipse gloria coruscaret. Quoniam vero humanæ naturæ, humanæque conditioni & modulo omnia cælitus & a Deo obueniunt; ideo Filius, quamquam is secundum se manus dextera & omnium opi-

ν'.

Anno Christi 431.

Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο, ὃ ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. οὐ γὰρ Δαυὶδ ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανόν· λέγει δὲ αὐτός· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθροὺς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.] ὅλον ἐν τούτοις καταθρήσαιμεν ἂν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς τὸ μυστήριον. ἐν μορφῇ γὰρ ὑπάρχων καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ θεὸς λόγος, ἡ πανσθενὴς δεξιὰ, καὶ χεὶρ ἡ * παντουργικὴ, κεκενῶσθαι μὲν λέγεται διὰ τὸ ἀνθρώπινον· ὑψοῦται δὲ πάλιν, οὐκ εἰς ὀθνεῖον ἀξίωμα καὶ οὐ πάλαι προπεφυκὸς αὐτῷ διαβαίνων, ἀλλ' εἰς ἔμφυτόν τε καὶ τὴν ἐνοῦσαν ἀεὶ δόξαν τε ὁμοῦ καὶ ὑπεροχὴν ὑπονοστῶν. ὑψοῦται γὰρ ἀνθρωπίνως, καίτοι κατὰ φύσιν ὕψιστος ὢν ἀεί· γέγονε γὰρ ἄνθρωπος. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ τῆς φύσεως μέτρον, καὶ ἡ λεγομένη κένωσις. ὅ γε μὴν ἐνανθρωπήσας θεὸς, καίτοι νομισθεὶς οὐδὲν ἕτερον εἶναι, πλὴν ὅτι μόνον ἄνθρωπος, αὐτὸ δὲ τουτὶ τὸ ὁρώμενον, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, τετίμηται δὲ καὶ ὡς υἱὸς ἀληθῶς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν εὐκλείας ἀνεδήσατο τὰ αὐχήματα, θεὸς εἶναι πεπιστευμένος. καὶ οὐκ ἀσύνηθες αὐτῷ τὸ χρῆμά ἐστιν· ἀληθὲς δὲ μᾶλλον εἶναί φαμεν τὸ ὑφειμένον ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ τὸ ὑψοῦσθαι δοκεῖν, καίτοι ταῖς εἰς λῆξιν διαπρέποντα δόξαις. ἐπεὶ δὲ τῇ ἀνθρώπου φύσει, καὶ μέτροις τοῖς καθ' ἡμᾶς, πάντα ἐστὶν ἄνωθεν καὶ παρὰ θεοῦ, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως τῇ

* Ἰσχύν.

ANNO CHRISTI 431.

δεξιᾷ τοῦ παιδὸς ὑψοῦσθαι λέγεται, καίτοι χεὶρ ὑπάρχων αὐτὸς, καὶ τῆς ὅλων δημιουργὸς δεξιά. ἄφες δέ μοι πάλιν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἀνθρωπίνως μὲν τὸ πνεῦμα δεχόμενον, πληροῦντα δὲ θείκως τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ παιδὸς, διὰ τοῦτο τοῖς πιστοῖσιν ἐνιέναι τὸ πνεῦμα, καὶ οὐχ ὡς ἀλλότριον, ἀλλ' ὡς ἴδιον αὐτοῦ. ἔφη μὲν γάρ που θεὸς διὰ ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· ὅτι ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. πληροῖ δὲ τοῦτο Χριστὸς, ὡς ἴδιον ἐνιεὶς τοῖς κεκλημένοις τὸ πνεῦμα. καίτοι τὸ μετόχοις ἀποτελεῖν δυνασθαί τινας τοῦ ἁγίου πνεύματος, πρέποι ἂν οὐκ ἀνθρώπῳ· πόθεν; θεῷ δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ φύσιν. συνῆρκεν οὖν ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ παιδὸς ὁ υἱὸς, τὸ πνεῦμα δίδοὺς αὐτός. ἀνθρωπίνη τοίνυν ἡ λῆψις, θεοπρεπὲς δὲ τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον τὸ ἐξ ἰδίου πληρώματος καὶ εἰς ἑτέρους ἐκχεῖν τὴν τοῦ πνεύματος δόσιν. θεὸς οὖν ἄρα ἐστὶν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς ὁ λόγος, συνέδρός τε διὰ τοῦτο τῷ θεῷ καὶ πατρί.

fex sit, per Patris dexteram iure merito exaltatus dicitur. Obserua hic rursum, Dominum nostrum Iesum Christum secundum humanam quidem naturam Spiritum accipere, secundum diuinam vero hoc ipso Patris promissa exsoluere, quod Spiritum sanctum non tamquam ab se alienum, sed tamquam sibi proprium fidelibus mittit. Deus enim per quemdam ex sanctis prophetis alicubi ita ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Hanc autem promissionem Christus Dominus præstat, cum Spiritum vt proprium ad fidem vocatis immittit. Atqui Spiritum sanctum quibuscumque libitum fuerit posse impertiri, id in hominem nequaquã conuenit, sed tantum in verum naturalemque Deum. Quando igitur Filius Spiritum sanctum impertiuit, quod Dei & Patris est efficit. Humanum proinde quiddam est, Spiritum suscipere; diuinum vero & supra hominem, ex propria plenitudine Spiritum sanctum in alios effundere. Verbum itaque, quod in humana forma apparuit, Deus est: vnde consequitur, vt eiusdem quoque cum Patre maiestatis sit. *Ioel.2.v.28.*

Περὶ τοῦ λέγεσθαι ἀνεστῆναι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν διὰ δυνάμεως τοῦ παιδός.

De eo quod Christus per paternam virtutem resurrexisse dicitur.

να'.

ΟΘΕΣΠΕΣΙΟΣ γράφει Παῦλος περὶ τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ· οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον· ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην· ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν· ὃς παρεδόθη

LI.

DIVINVS Paulus de patriarcha Abraham ita scribit: *Non est autem scriptum propter ipsum tantum, quia reputatum est illi ad iustitiam; sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Dominum nostrum a mortuis: qui traditus est* *Rom.4. v.23.*

propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Vna quidem deitas in tribus perſonis adoratur tum a nobis, tum etiam a ſupernis illis ſpiritibus. Cũ autẽ vna dumtaxat diuinitas exiſtat, merito totius opus cenſetur, quidquid poteſt ab illa vna procedere. Deus Pater namque omnia per Filium operatur in Spiritu
Ioan.5.v.21. ſancto. Quare ſi Pater viuificare dicitur, idipſum omnino per Filium in Spiritu ſancto præſtare intelligitur. Rurſum ſi Filius in his qui vita deſtituuntur, vitam efficere prædicatur; hoc ipſum abſque coeſſentialis Patris cooperatione efficere non putetur, vt qui illum qui eum genuit, in ſeipſo manentem ſemper habeat. *Ego,*
Ioan.14. v.10. inquit aperte, *a meipſo non loquor: Pater qui in me manet, ipſe facit opera.* Tandem ſi Spiritus hoc ipſum operatur, omnino vt vitæ ſpiritus operatur. Atqui Deum Patrem, & Filium qui ex illo genitus eſt, ſecundum naturam vitam eſſe dicimus. Quamuis ergo Pater Chriſtum ex mortuis exſuſcitaſſe dicatur, Filium tamen circa proprii corporis exſuſcitationem non otioſum extitiſſe inueniemus. nam Iudæos hoc
Ioan.2.v.19. modo allocutus legitur: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ita cum beatus Paulus doceat, *quod & nobis quoque reputabitur ad iuſtitiam credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum*
Rom. 4. *Chriſtum ex mortuis;* non ſolum in Deum Patrem credidimus, ſed etiam in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quin & illud quoque obſeruandum, vt arbitror, hoc loco venit, nempe Vnigenitum hominem factum, mortem quidem ſecundum carnem pertu-

διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.] μία μὲν θεότητος φύσις, εἰ καὶ ὑποστάσεσι δὲ προσκυνεῖται τρισὶ πρόσωπά τε ἡμῖν καὶ τὸν δύο πνεύματων. μιᾶς δὲ οὐσης θεότητος, ἀπάσης εἰκότως δὴ ἔργον ἂν γένοιτο παῦ ὁποιῶν τὴν ὅπερ μάλιστα προσόντων αὐτῇ τε καὶ μόνῃ. προσήκει γὰρ πάντα παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι. ὥστε κἂν εἰ λέγοιτό που ζωοποιεῖν ὁ πατὴρ, ἐνεργήσει πάντως αὐτὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι. κἂν ἐνεργῇ τὸν ζωὴν ὁ υἱὸς εἴ γε τοῖς δεδεημένοις τῆς ζωῆς, ἀλλ' οὐδέπω τοῦ ὁμοουσίου πατρός· ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ γεννήσαντα. καὶ γοῦν ἔφη σαφῶς· ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. κἂν εἰ τὸ πνεῦμα λέγοιτο τοῦτο δρᾶν, ἐνεργήσει πάντως ὡς πνεῦμα ζωῆς· ζωὴν δὲ εἶναι φαμὲν καὶ φύσιν Ⓜ θεὸν καὶ πατέρα, καὶ Ⓜ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα υἱόν. ἐκοῦν λέγεται μὲν ὁ πατὴρ ἀνιστῆσαι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν· ἐγὼ δὲ Ⓜ υἱὸν ἀνενεργῆ πρὸς τὴν ἀνάστασιν τοῦ ἰδίου σώματος. καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Ἰουδαίους· λύσατε Ⓜ ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ἄφρ δὲ, ὅπως τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· ὅτι λογισθήσεται καὶ ἡμῖν ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην τοῖς πιστεύσασιν ὅτι Ⓜ ἐγείραντα Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν· ἐκ εἰς μόνον Ⓜ ἡ πίστις Ⓜ πατέρα γέγονε καὶ θεόν, ἀλλὰ γὰρ καὶ εἰς Ⓜ κύριον Ⓜ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ἄλλως τε· δεῖν γὰρ οἶμαι κἀκεῖνο ἰδεῖν· γέγονεν ἀνθρωπος ὁ μονογενὴς, καὶ ὑπέμεινε μὲν σαρκικῶς Ⓜ θανα-

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

τον, ἀνεβίω γε μὲν οὐ κ͞τ σαρκὸς, ἤγουν ἀνθρωποτητ͞ος, δυάμιν, ἀλλ' ὡς ἐν ἰσχύϊ θεότητ͞ος τῆς ζωογονούσης σὺν νεκροὺς, καὶ καλούσης τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. δυαθετέω οὖν ἄρα τὴν ζωοποίησιν ἣ μάλα εἰκότως ἐν αὐτῇ που παντὸς τῆ τ͞ε σώματ͞ος φύσ, κἂν εἰ γέγονεν ἴδιον τ͞ε ἐκ θεοῦ φωτ͞ος λόγου· δυνάμει δὲ μᾶλλ͞ω τῇ ὑπερτάτῃ, καὶ φύσ τῇ ὑπὲρ κτίσιν, ὡς σὺν πρ͞οσώπῳ τ͞ε θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐξ οὗ πέφηνεν ὁ υἱὸς, ἴσος τε καὶ * ὅμοι͞ος κ͞τ πάντα αὐτῷ. πρ͞οσεισι δὲ δι' ἀμφοῖν καὶ τὸ πν͞α τὸ ζωοποιοῦν. πρ͞οσδεδόσθαι δέ φησι ⓦ Χριστὸν διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἐγηγέρθαι διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν. ὥσπερ γὰρ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ παθεῖν αὐ͞ ⓦ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ ⓦ θάνατον, ἵνα λοιπὸν ἀπονήσῃ τ͞ε θανάτου τὸ κράτ͞ος· οὕτω καὶ δυεβίω πάλιν ὑπὲρ ἡμῶν, ἐγκαινίζων σὺν ἡμῖν τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἐπάνοδον, καὶ τῆς σὺν Ἀδὰμ πρ͞αβάσεως ἀφανίζων τὰ ἐγκλήματα. δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, τῆς μὲν ἀρχαίας ἐκείνης ἀρᾶς τὴν δυάμιν ἀφανίζοντ͞ος διὰ τῆς εἰς ἅπαν ὑπ͞ακοῆς, ἀπαλλάττοντ͞ος δὲ τὴν ἀρχαίων αἰτιαμάτων τὴν φύσιν· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμάρτημα, γέγονε δὲ μᾶλλον ἄξιος σὺν αὐτῇ, καίτοι κατεγνωσμένῃ, καθάπερ ἔμπροσθεν, * σὺν Ἀδάμ.

* ὁμοούσιος

* πρὸ ταύτης

νϐ'.

Η ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τ͞ὸν θάνατον αὐτ͞οῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τ͞οῦ βαπτίσματος εἰς τ͞ὸν θάνατον· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν

lisse, vi tamen carnis, hoc est humanitatis, neutiquam reuixisse, sed virtute deitatis, *quæ viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt.* Ipsa itaque viuificatio non ad ipsam corporis naturam, licet illud Verbo ex Deo genito proprium extiterit, sed potius ad supremam illam virtutem, hoc est, ad eam naturam iure merito referenda est, quæ omnem excedit creaturam, sicut in persona Dei Patris, ex quo prodit Filius per omnia illi æqualis & consubstantialis. procedit autem per vtrosque & viuificus quoque Spiritus. Addit porro, Christum propter delicta nostra traditum esse; propter nostram autem iustificationem exsuscitatum. Quemadmodum enim factum est, vt ipse nostri causa in propria carne mortem pateretur, quo mortis imperium in posterum dissolueretur: sic rursum nostri causa reuixit, culpisque præuaricationis Adæ abolitis, reditum nobis ad immortalitatem primus ostendit. Iustificamur enim per Christum, antiquæ illius maledictionis vim demolientem per obedientiam modis omnibus perfectam, naturam vero humanam ab antiquis criminibus liberantem. Peccatum namque nullum admisit, sed omni laude dignus in ipsa fuit, etiam si in principio, hoc est in Adam, vt ante quoque admonuimus, condemnationi obnoxia fuerit.

Rom. 4. v. 17.

LII.

An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem; vt quomodo Christus resurrexit a mortuis per

Rom. 6. v. 3.

gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Dominus noster Iesus Christus inferno despoliato, spirituumque multitudine, quæ in subterraneis claustris detinebatur, inde liberata, tertia die resuscitatus reuixit, rediuiuusque sanctis apostolis dixit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Cum igitur vt in vno Patris nomine baptizamur, ita in vno quoque Filii nomine, eiusdemque morte & Spiritu sancto abluamur: qui vnum Dominum nostrum Iesum Christum in duos filios diuidunt, hominemque secundum solam dignitatis vel auctoritatis æqualitatem Deo coniunctum fuisse contendunt, naturis interim personisque diuisim subsistentibus, ii nos doceant, in vtriusnam mortem baptizati simus. Nam si in diuini Verbi, vt seorsum per se animo concipitur, mortem baptizatos nos dicunt; incorruptibili naturæ corruptionem plane tribuemus, & illi qui suapte natura vita est, mortem adscribemus. Sin autem nos in illius mortem ablutos responderint, qui proprie seorsum & per se ex sacra Virgine ortus intelligitur; qui fieri potest, vt illum omnino esse, qui eiusdem cũ Patre & Spiritu sancto ordinis & dignitatis est, diserte non profiteantur; fortasse etiam genito ex Deo Verbo vera filiatione spoliato, si mortis capax ille est, in cuius mortem baptizati sumus? At quis, quæso, cui modo mens vigeat, manifestam doctrinæ huius absurditatem non animaduertat? Necessario itaq; statuendum est, Dei Verbum simile nobis factum esse, mortemque in carne vltro

Matth. 28. v. 19.

διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.] ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ τῶν ἐκεῖσε μυχῶν τὴν τῶν καθειρχθέντων πνευμάτων ἀπολύσας πληθὺν, ἀνεβίω τριήμερος. εἶτα τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. βαπτιζόμεθα τοίνυν ὥσπερ εἰς ἓν ὄνομα τοῦ πατρὸς, οὕτως καὶ εἰς ἓν ὄνομα τοῦ υἱοῦ, καὶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. διδασκέτωσαν τοίνυν οἱ διορίζοντες εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν, ἄνθρωπόν τε θεῷ συναφθῆναι λέγοντες κατὰ μόνην τὴν ἰσότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, διῃρημένων τῶν φύσεων, εἰς τὸν τίνος θάνατον ἐβαπτίσθημεν. εἰ μὲν οὖν ἰδικῶς εἰς τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, κατηγορήσομεν ἐναργῶς τῆς ἀκηράτου φύσεως τὴν φθορὰν, καὶ καθοριοῦμεν θάνατον τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς. εἰ δὲ δὴ φαῖεν, ὅτι τοῦ ἐκ γυναικὸς ἰδίᾳ τε καὶ ἀνὰ μέρος καὶ καθ' ἑαυτὸν νοουμένου, πῶς οὐ κἀκεῖνό φασιν ἀναφανδὸν, ὅτι πάντῃ καὶ πάντως αὐτὸς εἴη ἂν ὁ συντεταγμένος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τάχα που καὶ ἐξωσθέντος τῆς ἀληθοῦς υἱότητος τοῦ ἐκ θεοῦ φυῶτος λόγου, εἴπερ ἐστὶ θανάτου δεκτικὸς, οὗ καὶ εἰς τὸν θάνατον βεβαπτίσμεθα; ἀλλ' ὁρᾷ που πάντως ὁ νοῦν ἔχων διεγηγερμένον τὴν τῶν ἐννοιῶν ἀτοπίαν. ἐκοῦν ἀνάγκη νοεῖν, ὅτι γεγονὼς καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, σαρκὶ πέπονθεν ἑκών.

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἑκών. βεβαπτίσμεθα γὰρ οὕτως εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον, ὡς ἑνὸς ὄντος υἱοῦ, κατὰ μὲν τὴν τῆς θεότητος φύσιν ἀπαθοῦς, παθητοῦ δὲ κατὰ τὴν σάρκα. ὅτι δὲ ἡμᾶς εἰς καινότητα ζωῆς μεταπλάττει Χριστὸς διὰ τῆς ἀναστάσεως, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; παρίστησι γὰρ ἡμᾶς ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καθὰ γέγραπται· καὶ ἀποθανόντας μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῇ δικαιοσύνῃ.

νγ'.

Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ιησοῦν Χριστὸν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας ἐκ νεκρῶν Ιησοῦν Χριστὸν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν * ἡμῖν·] ζωὴ μὲν ἐστι κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος· ἐπεὶ δὲ τῷ θανάτῳ κάτοχον ἠμπίσχετο σῶμα, καὶ χάριτι μὲν θεοῦ διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, θεϊκῶς γε μὴν ἀνεβίω, καθ' ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν * ὑπ' αὐτοῦ. ταύτῃ τοι κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντας λόγους, ἐγηγέρθαι λέγεται παρὰ τοῦ πατρός. πλὴν ἐκεῖνο δὴ πάλιν φέρε δὴ, φέρε καταθρήσωμεν, εἰ δοκεῖ. ζωοποιήσειν ἔφη τὸν πατέρα καὶ τὰ ἡμῶν σώματα διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν· καὶ ἀληθὲς ὅτι τὸ χρῆμά ἐστιν, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειέ τις· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν καὶ αὐτοῦ πνεῦμά ἐστι Χριστοῦ. γέγραπται γάρ· ὅτι ὑμεῖς μὲν οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. καὶ πάλιν περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἐλθόντες δὲ κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυ-

* ἡμῖν.

* ὑπὸ τοῦ θανάτου.

subiisse. Hac enim ratione in mortem illius baptizati sumus, cum non nisi vnus tantum sit Filius, qui quidem secundum diuinitatis naturam pati nihil potuit, secundum humanam autem potuit. Tandem quod Christus per resurrectionem in vitæ nouitatem nos transformet, id in quæstionē non cadit. Sistit enim nos veluti ex mortuis viuentes & sibi & Patri. Scriptum est namque: *Mortui quidem peccato, viuentes autem iustitiæ.* Rom. 6.

LIII.

Quod si Spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum eius in vobis. Etsi vnigenitum Dei Verbum secundum naturam vita est; attamen quod corpus morti obnoxium induerit, gratia Dei per propriam carnē pro omnibus gustauit mortem; verum diuina virtute ad vitam rediit; *quatenus impossibile erat a morte illum teneri.* Ob has itaque rationes a Patre e mortuis exsuscitatus dicitur. Iam vero accurate, si videtur, expendamus, quomodo Patrem mortalia quoque nostra corpora per Spiritū suum qui habitat in nobis, viuificaturum prædicet. Viuificabit itaque, neque de huius rei veritate dubitare licet: verumtamen idem ille viuificus Spiritus, Christi quoque Spiritus est. Scriptum est enim: *Vos non estis in carne, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Et rursum de sanctis apostolis ita scribitur: *Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithy-*

Rom. 8. v. 11.

Hebr. 2. v. 9.

Act. 2. v. 24.

Rom. 8. v. 9.

Act. 16. v. 7.

niam; & non permisit eos Spiritus Iesu. Cum Spiritus ergo ipsius quoque exsuscitati proprius sit, quantumuis Deus Pater in Spiritu nos viuificare dicatur; quis ambigat, resurrectionem in humanam naturam ad eum modum cecidisse, vt eam tamen Deus Verbum vna cum Patre, ex quo naturaliter procedit, effecerit, cuius viuificus ille Spiritus proprius quoque existit?

LIV.

2. Cor. 13. v. 3. *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus; qui in nobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.* Nonnulli eorum qui crediderunt, offensionem de Domino nostro Iesu Christo ex quorumdam sermonibus passi, in eiusmodi cogitationes præcipites abierant: Si verus Deus erat, naturalisque omnipotentis Dei filius, cur homicidarũ manus non effugit? nam probrosissimam in cruce mortem perferendo, intelligi non potest, quomodo & Deus extiterit, & crucifigentium tamen manibus cesserit, nostrisque infirmitatibus obstrictus fuerit. Ad huiusmodi autem cogitationes beatus Paulus ita respondet: Si volueritis apud animos vestros serio considerare, quisnam & qualis sit qui in me loquitur, ea sedulo reputantes, quæ ad nos spectant, idoneam mox nodi huius solutionem reperietis. Non enim infirmus fuit in nobis, sed per Spiritum suum præpotentem, virtutem efficacitatemque ostendit; talem nimirum, vt citra omnem difficultatem quosuis irruentium

νίαν πορευθῆναι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τοῦ Ιησοῦ. ὅτε τοίνυν ἴδιόν ἐστι τὸ πνεῦμα καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐγηγερμένου, καίτοι τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ζωοποιοῦντος ἡμᾶς ἐν πνεύματι, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν, ὅτι πέπρακται μὲν περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἡ ἀνάστασις, ἐνήργηκε δὲ τὸ χρῆμα μετὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν θεὸς λόγος, οὗ καὶ ἴδιόν ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν; Anno Christi 431.

νδ'.

Εἰ δὲ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν *ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ἡμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, *ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν. καὶ γὰρ εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως θεοῦ. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζήσομεν σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως θεοῦ εἰς ὑμᾶς.] ἐσκανδαλίζοντό τινες τῶν πεπιστευκότων εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν τὸν Χριστὸν, τάχα που λόγοις τοῖς παρά τινων* ἐπενηνεγμένοις πρὸς ἐννοίας τοιαύτας· εἰ θεὸς ἦν ἀληθῶς, καὶ υἱὸς κατὰ φύσιν τοῦ πάντα ἰσχύοντος θεοῦ, πῶς οὐ διέδρα τὰς τῶν φονώντων ἐπιβουλάς; πῶς δὲ καὶ* ἀτιμότατα τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον ἀνατλὰς, οὐκ ἂν νοοῖτο καὶ μάλα εἰκότως ἀσθενῆσαι καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς τῶν σταυρούντων ἡττῆσθαι χειρός; πρὸς δὲ τὰ τοιάδε φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· εἰ γὰρ δὴ βούλοισθε δοκιμάζειν ὀρθῶς, τίς ἂν εἴη, καὶ πόσος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοῦ ἐννενοηκότες, ἀποχρῶσαν εὑρήσετε τὴν κατάληψιν. οὐ γὰρ ἠσθένησεν ἐν ἡμῖν, ἀπέφηνε δὲ μᾶλλον* δυνατώτατον διὰ τοῦ ἰδίου πνεύματος, ὥστε δύνασθαι παντὸς κατευμεγεθῆσαι

* ἡμῖν
* ἐν ἀδυνατεῖ
* ἐπιβουλάς
* ἀτιμότατα
* δυνατώτατος

ANNO CHRISTI 431.

πειρασμοῦ καὶ μάλα ῥᾳδίως, καὶ ταῖς τῶν παθῶν ἐφόδοις ἀντιφέρεσθαι νεανικῶς. τί οὖν, ὦ Παῦλε, φαίη τις ἄν, οὐκ ἀσθενείας ἔργον φῄς εἶναι τὸ ὑπομεῖναι σταυρὸν, ἀλλ' ἔνδειξιν εἶναι τὸ χρῆμα δυνάμεως; ἆρα τῆς θεοπρεποῦς; οὐμενοῦν, φησίν. ὁμολογῶ γὰρ αὐτῷ ἠσθενηκέναι σαρκὶ, ζῆσαι δὲ πάλιν ἐκ δυνάμεως θεοῦ· θεὸς γὰρ ἦν φύσει. πῶς οὖν ἠσθένησε; συγχωρήσας τῷ ἰδίῳ σώματι καὶ θανάτου γεύσασθαι δι' ἡμᾶς, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τῷ διάβολον· καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. ὅτε τοίνυν τὸ ἀσθενῆσαι βραχὺ, κατά γε τὴν σάρκα φημὶ, σωτηρίας ἦν πρόφασις τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, πῶς οὐκ ἔδει παθεῖν τὴν ἀσθένειαν, ἵνα δι' αὐτῆς καταργήσῃ τὸν θάνατον; θαυμάζεται πάλιν τὸν ἑαυτοῦ ζωοποιήσας ναὸν, οὐκ ἐξ ἀσθενείας τοῦτο κατορθῶν σαρκικῆς, ἀλλ' ὡς ἐκ δυνάμεως θεοῦ. ἔστι δὲ αὐτὸς ἡ δύναμις τοῦ πατρὸς, ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. ζῆ τοιγαροῦν ἀεί· ζωὴ γὰρ ἐστιν. ὅτι δὲ καὶ ἡμεῖς ζήσομεν σὺν αὐτῷ, συνηθενηκότες αὐτῷ, κατά γε τὸ ἀποθνήσκειν τέως, εἰ καὶ ἐν ἐλπίσιν ἐσμὲν τῆς εἰς αἰῶνα ζωῆς, πῶς ἐστιν ἀμφιβαλεῖν; ἀνεβίω γὰρ ἐκ νεκρῶν, ὁδὸς εἰς ζωὴν γεγονὼς τῇ φύσει· εἴρηται γὰρ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων.

νέ.

Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. καὶ τί εἴπω; πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. πάτερ, δόξασόν σου τὸν υἱόν. καὶ πάλιν· ἤρξατο λυπεῖσθαι, καὶ ἀδημο-

tentationum impetus propulsare, cunctisque afflictionum insultibus animose obsistere liceat. Quid ergo? dicet aliquis, o Paule; an non infirmitatis indicium fuit crucem sustinere? Itane vero ea res virtutis argumentum extitit? an diuinæ? Minime gentium, inquit. Agnosco enim illum carne infirmatum esse, rursus autem diuina virtute reuixisse. nam Deus natura erat. Cur igitur, aut quomodo infirmatus est? proprium etiam corpus mortem nostri causa degustare sinens, *quo nimirum per mortem destrueret eum qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum; & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti.* Cum igitur modica secundum carnem infirmitas his salutis causa extiterit qui sub cælo sunt, quomodo nõ oppido decebat, vt eam infirmitatem subiret, quo mortem destrueret? proprio templo iterum viuificato, omnibus admirationi est, non per carnis infirmitatem, sed per virtutem diuinam hoc præstans: *est enim ille Patris virtus, & resurrectio & vita.* Viuit itaq; semper: vita namq; est. Neq; dubitandum est, quin nos quoque olim vita cum illo fruituri simus, qui nunc simul cũ illo infirmitate iactamur mortem obeundo, quãuis certa æternæ vitæ spe sustentemur. Reuixit enim ex mortuis, naturæ nostræ iter ad vitã muniens: appellatus est enim *primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientiũ.*

Hebr. 2. v. 14.

1. Cor. 1. Ioan. 11.

Coloss. 1. 1. Cor. 15. v. 20.

LV.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salua me ex hac hora. Sed propter hoc veni in horam hanc. Pater, clarifica filium tuum. Et alio loco rursum: *Et cœpit contristari & mœstus esse, & dixit:*

Ioan. 12. v. 27.

Ioan. 17.

Matth. 26. v. 37. Luc. 23. v. 46.

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et rursum: *Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Qui Apollinarii opinionem sequuntur, eiusdemque sententiæ subscribunt, hi templum Deo vnitum, inanime ac ratione destitutum fuisse cõtendunt: sed quid illi, obsecro, respondere possunt, cum sanctos euangelistas talia de omnium nostrum Saluatore literis prodidisse legunt? Nam cuius, quæso, tristitiæ, aut eorum omnium quæ metum arguunt, summa illa diuinaque Verbi natura tandem capax esse queat? Maior est enim, quam quæ istiusmodi rebus vlla ex parte affici, aut vllis omnino humanis perturbationibus commoueri valeat. At vero in corpus sensusque mentisque expers, tristitiæ dolorisve sensus cadere non potest: sed neque molestiam vllam, aut vllum omnino mœrorem ex imminentium incommodorum prouisione concipiet aliquando: eiusmodi autem, dum quæ præsentia sunt, & adhuc futura trahuntur, mente pertractat, anima rationis & intelligentiæ compos pati solet: id quod omnes, vt puto, fatentur. Quomodo itaq; Emmanuel ait: Nunc anima mea turbata est? quomodo idem tædere ac mœstus esse cœpit? aut qualem tandem spiritum in manus Patris commendauit, si hoc & a diuinitate prorsus alienum est, & a carne sola inanima? Perspicuum est ergo, Vnigenitum corpore assumpto, non quidem illo inanimi, aut mente destituto, sed anima ratione prædita, eademque perfecta, hoc est, omnia quæ ad illius rationem pertinent, sortita, viuificato & infor-

νεῖν, καὶ λέγειν· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. καὶ πάλιν· καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ιησοῦς, εἶπε· πάτερ, εἰς χεῖράς σου * παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου.] οἱ τῆς Απολιναρίου δόξης ἡπτώμενοι, καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα φρονεῖν ἠρημένοι, ἐνιστάμενοί τε καὶ λέγοντες, ἄψυχόν τε καὶ ἄνουν ὑπάρχειν τῷ ἐνωθέντα τῷ λόγῳ ναὸν, τί δὴ ἄρα φαῖεν ἂν, γεγραφότων ἡμῖν τὰ τοιάδε τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ; πτοίας μὲν γὰρ, καὶ λύπης, καὶ τῶν εἰς δειλίαν αἰτιαμάτων ἀνεπίδεκτος παντελῶς εἴη ἂν κατά γε τὸ εἰκὸς ἡ θεία τε καὶ ἀνωτάτω τοῦ λόγου φύσις· παραιτήσεται γὰρ εἰς ἅπαν τὸ ἔν γε τούτοις εἶναί ποτε, καὶ παθῶν ὅλως τῶν καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀνέξεται. σῶμα δὲ πάλιν ἄψυχόν τε καὶ ἄνουν οὐκ ἂν εἰσδέξαιτο λύπην, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐννοήσειέ τι τῶν σκυθρωπῶν, ἢ τῶν ἐκ τῶν ἔσεσθαι προσδοκωμένων προαναθρήσει φόβον. πάθοι δ' ἂν τὰ τοιάδε κατά γε τὸ πᾶσιν, ὥς γε οἶμαι, δοκοῦν ψυχὴ λογικὴ κατασκεπτομένη τῷ νῷ, τά τε ἤδη παρόντα, καὶ πρός γε τούτοις τὰ συμβησόμενα. πῶς οὖν ἄρα φησὶν ὁ Εμμανουήλ· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται; πῶς δὲ καὶ ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν; ἢ καὶ ποῖον ὅλως εἰς χεῖρας τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς παρέθετο τὸ πνεῦμα; εἰ καὶ τῆς θεότητος τὸ χρῆμά ἐστιν ἀλλότριον, καὶ μηδὲ μόνης ἀψύχου σαρκός. πρόδηλον οὖν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς, οὐκ ἄψυχόν τε καὶ ἄνουν σῶμα λαβὼν, ἐψυχωμένον δὲ μᾶλλον ψυχῇ καὶ λογικῇ, καὶ τελείως ἐχούσῃ κατά γε τῶν

Anno Christi 431.

* παρατίθημι

ANNO CHRISTI 431.

αὐτῇ πρέποντα λόγον. καὶ ὥσπερ οἰκειοῦται πάντα τὰ τοῦ ἰδίου σώματος, οὕτω καὶ τὰ τῆς ψυχῆς. ἔδει γὰρ αὐτὸν διὰ παντὸς ὁρᾶσθαι τοῦ σώματος σαρκικοῦ καὶ ψυχικοῦ δι' ἡμᾶς * γενομένου. ἐσμὲν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐκ ψυχῆς λογικῆς τε καὶ σώματος. ὥσπερ δὲ οἰκονομικῶς συνεχώρησε τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ καὶ παθεῖν ἃ ὅτε τὰ ἴδια, οὕτω πάλιν καὶ τῇ ψυχῇ συνεχώρησε τὰ οἰκεῖα παθεῖν· καὶ τὸ τῆς κενώσεως μέτρον τετήρηκε πανταχοῦ, καίτοι θεὸς ὢν φύσει, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. προσπέπτωκε δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, τουτέστι τὴν ἐνωθεῖσαν ἀπρὸς ψυχὴν, ἵνα ἡμᾶς καὶ διὰ τούτου πάλιν εὐεργετήσῃ. πάλαι μὲν γὰρ ἀπαλλαττόμενοι τῶν σωμάτων εἰς τοὺς ὑποχθονίους μυχοὺς αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ κατεπέμποντο, πλησθεῖσαι τὰ τῆς θανάτου ταμιεῖα. ὅπου δὲ Χριστὸς τὸ ἴδιον πνεῦμα παρέθετο τῷ πατρὶ, καὶ ταύτην ἡμῖν ἐκαίνισε τὴν ὁδόν. βαδιούμεθα γὰρ ἐκ εἰς ᾅδου· πόθεν; ἐλευσόμεθα δὲ μᾶλλον· καὶ κατὰ τοῦτο ἀπρὸς τῷ πιστῷ κτίσῃ τὰς ἑαυτῶν παρακαταθήκας ψυχὰς, εἰς ἐλπίσιν ἐσομένου ἀγαθαῖς. ἐγερεῖ γὰρ ἅπαντας ὁ Χριστός.

νς'.

Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα· καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος * ζήσει δι' ἐμέ.] ἡδέως ἂν ἐπυθόμην τῶν εἰς δύο Χριστοὺς διαιρούντων τὸν ἕνα· τίς δή ἄρα ἐστὶν ὁ ἀπεσταλμένος παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ζῶν δι' αὐτὸν, ὑπάρχων τε διὰ τοῦτο ζωοποιός; εἰ μὲν οὖν γυμνὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος,

mato, hominem factum esse. Et quemadmodum omnia quæ sui corporis sunt sibi adscribit, ita & ea quæ ad animam spectant. Necesse enim fuit, vt in omnibus, siue ea ad animam, siue ad corpus pertinerent, nobis assimilaretur. Constamus autem & nos ex anima rationali & corpore. Quamobrem vt nonnunquam propriæ carni ea pati dispensatorie permittebat quæ carnis sunt propria, ita animam sua quoque pati permisit. Denique licet natura Deus esset, omnique creatura superior; quæ tamen exinanitionis erant, ea semper accurate obseruauit. Porro autē spiritum suum, hoc est, animam sibi vnitam, Deo & Patri commendat, vt nouo rursum beneficio per hoc nos cumulet. Quondam namque humanæ animæ corporibus exutæ ad subterraneos carceres demittebantur, mortis receptacula illic impleturæ: at vero posteaquā Christus spiritum suum in manus Patris commendauit, etiam hanc viam nobis demutauit. Nec enim nunc descendimus ad inferos, sed ducem nostrum pone subsequimur, animisque nostris illi veluti fido conditori commissis, tantisper bona spe viuimus, quoad Christus vniuersos tandem ad vitam reuocabit.

LVI.

Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Libenter hic eos interrogarem, qui vnum Christum in duos diuidunt, vternam ille sit qui a Deo Patre missus, propter Patrem viuit, & ob id viuificus existit? Nam si illius Verbum nudum per se positum esse dicunt; quo- Ioan. 6. v. 58.

modo, quæso, illud a nobis, vt viuamus per illud, manducatur? nam diuinitas suapte natura corpore penitus vacat. Si autem hominem tantũ per se seorsum conceptum, missum asseuerant; quomodo viuificandi vim ex eo habet, quia vitam ex Patre obtinet? An non omnes quotquot in terris degimus, Deo & Patre nos viuificante, vitam agimus? *An non in ipso viuimus, mouemur & sumus?* Cum ergo omnes per Patrem viuamus, quomodo vnius tantum hominis corpus ea de causa viuificum prædicatur? Cur nostra quoque corpora eamdem potestatem adepta minime sunt, siquidem omnes, vt dixi, per Patrem viuimus & sumus? Ecquid ergo ad hæc dicemus? Dei Verbum, cum in humana forma apparuit, apostolus fuit, hoc est missus. *Missum est enim ad prædicandum captiuis remissionem, & cæcis visum.* Viuit autem propter Patrẽ, quia ex viuente Patre genitum est. Oportuit enim modis omnibus eũ vitam esse secundum naturam, qui ex viuente & vita Deo Patre ortum ducebat. Quoniam vero corpus ex sacra Virgine sumptum sibi adsciuit, fecit illud viuificum, & id quidem admodum congrue: est enim corpus vitæ omnia viuificãtis. Fas itaque non est, vnum Filium & Christum & Dominum in duos filios dispertire; siquidem idem ipse & vita est, quoniam ex vita viuenteque Patre natus est; & per proprium corpus rursum viuificus est, vtpote Deus homo similis nobis effectus.

Actor. 17. v. 28.

Luc. 4. ex Isai. 61.

πῶς ἐαυτέτας ποιεῖς ἡμῶν, ἵνα ζήσωμεν δι' αὐτόν; ἀσώματον γὰρ τῇ φύσει τὸ θεῖον. εἰ δὲ μόνον καθ' ἑαυτὸν αὐθεσπον εἶναί φασι τὸν ἀπεσταλμένον, πῶς ἄρα ὄντι ζωοποιὸς, ὅτι ζῇ διὰ πατέρα; καίτοι πῶς οὐχ ἅπαντες ἐσμὲν ζῶντες ἐπὶ τῆς γῆς οἱ ζῶσιν ἐσμεν, ζωοποιοῦντος τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμᾶς, εἴπερ ὄντως ἀληθὲς, ὅτι ζῶμεν οἱ αὐτῷ, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; ὅτε γοῦν ζῶμεν ἅπαντες διὰ τὸν πατέρα, πῶς δὴ μόνον τὸ ἑνὸς ἀνθρώπου σῶμα τὸ ποιοῦν ὅτι τοῦτο, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ἐνεργὸν ἔχει καὶ τὰ ἑτέρων, εἴπερ ἅπαντες, ὡς ἔφην, ἐσμέν τε καὶ ζῶμεν διὰ τὸν πατέρα; τί οὖν πρὸς ταῦτά φαμεν; ἀπόστολον κεχρημάτικεν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, οἰκονομικὴ μορφῇ πεφηνώς· ἀπεστάλη γὰρ * κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ζῇ δὲ διὰ τὸν πατέρα· γεγέννηται γὰρ ἐκ ζῶντος πατρός. ἔδει γὰρ, ἔδει πάντη τε καὶ πάντως κατὰ φύσιν εἶναι ζωὴν τὸν ἐκ ζῶντός τε καὶ ζωῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπεφυκότα υἱόν. ὅπερ δὲ ἴδιον ἐποιήσατο τὸ σῶμα τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λαβὼν, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτὸ καὶ μάλα εἰκότως· σῶμα γὰρ ὄντως τῆς τὰ πάντα ζωογονούσης ζωῆς. ἑκοῦσι οὐ διαιρετέον εἰς υἱοὺς δύο ἕνα υἱὸν καὶ Χριστὸν καὶ κύριον, εἴπερ ὄντως ὁ αὐτὸς ζωὴ μὲν ὡς ἐκ ζωῆς καὶ ζῶντος πατρὸς, ζωοποιὸς δὲ καὶ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, ὡς καθ' ἡμᾶς γενόμενος καὶ ἀναθεσπίσας θεός.

LVII.

Ioan. 5. v. 28. *Sicut enim Pater vitam habet in*

νζ.

Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν

ANNO CHRISTI 431.

ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί.] Τίνα δὴ τρόπον οἰηθείη τις ἂν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν τῷ πατέρα; ἆρα γὰρ ἔξωθεν καὶ εἰσκεκριμένην, καὶ παρ' ἑτέρου δοθεῖσαν; καίτοι πῶς οὐ λῆρος ἂν εἴη τοῦτό γε φρονεῖν, ἢ λέγειν; ἔχει γὰρ οὐ μετρίαν ὁ λόγος τῆς ἀπορρήτου φύσεως τὴν κατάρρησιν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ἁπλοῦς ἔτι τὴν φύσιν ὁ τῶν ὅλων ἔσται θεός, σύνθετος δὲ μᾶλλον, εἴπερ ἐστὶν ἑτέρα παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ ζωή. εἴη δ' ἂν καὶ μείζων αὐτοῦ, καὶ ἐν ἀμείνοσιν ἀσυγκρίτως, ὁ ὡς οὐκ ἔχοντι δοὺς τὴν ζωὴν, εἴπερ ὅλως ἀλοίη λαβών. ἀλλ' ἔστιν, ὡς ἔφην, τῶν ἄγαν ἀπηχεστάτων τὸ ὧδέ τε ἔχειν οἴεσθαι ταυτὶ, καὶ θύραθεν ἐννοεῖν εἰσκεκομισμένην ἑλεῖν τὴν ζωὴν τῷ θεὸν καὶ πατέρα. ἔχει τοίνυν ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν οὐκ ἐπίκτητον ἢ εἰσκεκριμένως, φυσικῶς δὲ μᾶλλον ἐνυπάρχουσάν τε αὐτῷ, καὶ οὐσιώδη καρπόν. οὕτω δέδωκεν ἔχειν καὶ τῷ υἱῷ τὴν ζωήν. εἶτα πῶς ἂν δύναιτο λαβὼν ὁ υἱὸς, οὐσιωδῶς ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωήν; τουτὶ γὰρ, οἶμαι, φαίη τις ἄν. ἔχει τοίνυν ὡς ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ἐν ἑαυτῷ τὴν ζωὴν, καθὸ νοεῖται θεός· δέχεται δὲ μᾶλλον μετὰ τοῦ καὶ κρίνειν αὐτὴν, καίτοι κριτὴς ὑπάρχων ὡς θεός. καὶ τίς ἂν εἴη τοῦ λαβεῖν ὁ τρόπος, διδάξει λέγων αὐτὸς, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν. οὐ γὰρ ἴδιον ἀνθρώπου τὸ δύνασθαι οἴκοθεν

semetipso; sic dedit & filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei & iudicium facere, quia Filius hominis est. At quomodo (quęrat hic quispiam) Pater vitam habet in semetipso? Numquid aliunde acceptam, vel ab alio datam? Nequaquam. Istud namque docere vel opinari, quid esset aliud nisi apertum delirium? imo vero quid nisi manifesta aduersus ineffabilem illam naturam blasphemia? Primo namque, si vita quam habet, ab ipso diuersa foret, vniuersorum Deus non esset natura quædam simplex, sed composita. Ad hæc, si vitam aliunde accepisse statueretur, is vtique qui vitam non habenti impertiret, citra omnem controuersiam multis partibus illo maior, bonisque omnibus cumulatior foret. Denique existimare, hæc ita habere, hoc est, imaginari Deum Patrem vitam aliunde, & quasi aduẽtitiam obtinere; hoc nihil aliud esset, vt dixi, quam absurdissime delirare. Habet itaque Pater vitam in semetipso non adscititiã vel aduentitiam, sed naturaliter potius quasi substantialem fructum in seipso existentem. Atque ad eumdem modum & Filio quoque vitam in semetipso habere dedit. Et quomodo Filius, cum vitam a Patre acceperit, substantialiter eam in se possit habere? Id namque, vt puto, aliquis dicere possit. Habet ergo & Filius, cum ab ipso Patre secundum naturam sit, vitam in seipso, prout Deus est: at vero vna cum iudicandi potestate illam accepisse dicitur; esto vt Deus omnium iudex existat. Porro autem quæ suscipiendi extiterit ratio, id ipse insinuat, dum addit: Quia Filius hominis est. Non enim proprium est homini vitam a se-

metipso habere posse: sed quia corpus Verbo vnitum viuentis Verbi factum est proprium, propterea, & id quidem admodum conuenienter, vitam accepisse dicitur, tamquam viuificam ipsius actionem habens. Rem vero ipse in se transfert, cuius proprium factum est illud corpus, quod vitam accepit.

ἔχον τὴν ζωήν. ὅπερ δὲ ἴδιον γέγονε τοῦ ζῶντος λόγου τὸ ἑνωθὲν αὐτῷ σῶμα, ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ἔχων αὐτοῦ τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν, λαβεῖν λέγεται τὴν ζωήν. οἰκειοῦται δὲ πάλιν τὸ ἰδίημα αὐτὸς, οὗ κὴ ἴδιον γέγονε σῶμα τὸ εἰληφός. Anno Christi 431.

Quod Christus verus sit Deus, etiam si Filius hominis appelletur.

Οὐ κἂν υἱὸς ἀνθρώπου λέγηται ὁ Χριστὸς, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐστὶ θεὸς ἀληθινός.

LVIII.

νή'.

DOMINVS noster Iesus Christus alicubi ita ait: *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Agedum horum verborum sensum ad libellam expendentes, videamus, ecqualemnam fidem Dominus noster Iesus Christus olim e cælo reuersurus exiget. Nam si homo tantum nulla re ceteris præstans a nobis vult credi, non etiam Deus, aut verus Dei Filius; neminem dubitare arbitror, talem fidem, æstimationem, vel opinionem apud paganos & Iudæos potius cõperturum, quã apud nos: quandoquidem idololatræ, ceterique qui res conditas ipsius conditoris loco venerantur, crucem & mortem quam nostri causa pertulit, audientes, in insanum mox cachinnum soluuntur miseri: & si quispiam Deum illum nominauerit, indignabundi confestim resiliunt, & hoc anthropolatriam esse definiunt. Iudæi quoque in Christum insurgentes, palam obiectare non dubitabant: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Cum

Luc. 8.

Ioan. 10. v. 33.

ΑΥΤΟΣ ποσ φησιν ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός· ἀεί γε ἐλθὼν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς;] φέρε δὴ πάλιν τὸ τῶν εἰρημένων βασανίζοντες νοῦν, ἐκεῖνο θεασώμεθα, πόσην ζητήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς ὑστερησόμενος ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστός; εἰ μὴ γὰρ πιστεύεσθαι θέλει ἡμῶν ἐθέλει, ὅτι θεὸς μὴ ἐκ ἔστιν, οὐδὲ * θεὸς ἀληθῶς, ἀνθρωπος ὢν μᾶλλον, οὐδὲν ἔχων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπέκεινα· πῶς ἂν ἐνδιαστείλας, ὅτι τὴν τοιανδὲ διάληψιν, ἣν ἔχουσι πίστιν τε κὴ δόξαν, οὐ θεῶν ἡμῖν εὑρήσει μᾶλλον, ἀλλὰ θεῶν ἑλλησί τε κὴ Ιουδαίοις; εἰδωλολατρεῖαι μὲν γὰρ ἡ κτίσις θεραπεύουσι τὸν κτίσαντα λατρεύοντες, σταυρὸν ἀκούοντες, ὃν ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς, κὴ θεοσεπὲς τὸ θαῦμα, γελῶσιν ἡ δείλαιοι· κἂν εἴπῃς αὐτὸν * ὀνομάζῃ θεὸν, ἀναπηδῶσιν εὐθύς, * ἀνθρωπολατρείαν εἶ τὸ * ἰδίημα διορίζόμενοι. οἵ γε μὴν ἐκ θεμιτῶς κατεφύοντο τοῦ σωτῆρος, λέγοντες ἐναργῶς· θεὸν καλοῦ ἔργου σε λιθάζομέν σε, ἀλλὰ θεὸν βλασφημίας· ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς ἑαυτὸν θεόν. ὅτε

* ὑπὲρ

* ὑπὲρ

τοίνυν

ANNO CHRISTI 431.

τοίνυν οὐ τὴν παρά γε τοῖς πλανωμένοις πίστιν ἐπιζητεῖ, τὴν παρ' ἡμῖν δὲ μᾶλλον τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθόσι, πᾶσά πως ἀνάγκη διανενευκότας εἰς ἀλήθειαν ὁμολογεῖν, ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ὁ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γεγονώς· ἵνα μὴ τοῖς τῶν πλανωμένων ἐγκλήμασιν ἑαυτοὺς ἐνιέντες, λάθωμεν τὰ ἴσα φρονεῖν ἠρημένοι, καὶ μικρὰ δοξάζοντες περὶ Χριστοῦ, καθάπερ ἀμέλει κἀκεῖνοι.

νθ'.

Φησί που Χριστός· οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκε τῷ υἱῷ· ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. καὶ πάλιν, ὅπερ ἐλέγομεν ἀρτίως· ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. ψάλλει δέ που καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ, ὅτι ὁ θεὸς κριτής ἐστι. γέγραφε δὲ καὶ ὁ αὐτοῦ μαθητής· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής. ἐκοῦν πρέποι ἂν οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τῶν ὄντων τὸ κρίνειν, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ. πῶς οὖν ἔδωκεν αὐτὸ τῷ υἱῷ ἀνθρώπου; εἰ μὲν οὖν ὡς ἑνὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, πῶς ἀληθεύσει λέγων· τὴν δόξαν μου οὐχ ἑτέρῳ δώσω; θεοῦ γὰρ δόξα τὸ εἶναι κριτήν. εἰ δὲ δοὺς αὐτὸ τῷ υἱῷ, ἐκ ἔξω γέγονε τοῦ κρίνειν αὐτὸς διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας· ἔστι δὲ ὁ λαβὼν υἱὸς ἀνθρώπου· πῶς οὐχ ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι θεὸς μέν ἐστιν ὁ λόγος διὰ τὴν ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπόρρητον γέννησιν; ὁ αὐτὸς δὲ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου

eiusmodi ergo fidem exacturus non sit, qualem errantes habent, sed qualem nos tenemus, qui recte sapere consueuimus; veritatem sequentes necessario fateri oportet, eum qui nostri causa filius hominis factus est, Deum esse secundum naturam: ne videlicet in errantium crimina vltro nos abiicientes, per inscitiam illis similia sapere, atq; adeo vilia quædam de Christo perinde ac illi imaginari deprehendamur.

LIX.

Neque enim Pater, ait rursum Christus, *iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio; vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum, quod modo dicebamus: *Sicut enim Pater vitam habet in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei & iudicium facere, quia Filius hominis est.* Canit alicubi beatus Dauid: *Quoniam Deus iudex est.* Quin & quidam quoque ex Christi discipulis vnum iudicem, vnumque legislatorem esse scribit. Ergo iudicandi auctoritas in nullum alium conuenire potest, nisi in eum solum qui est omnium Dominus, hoc est, in Deum. Quomodo ergo Filio hominis iudicium tradidit? Nam si eam illi potestatem fecit, tamquam vni nobis simili, quomodo verax erit dum ait: *Gloriam meam alteri non dabo?* Ad Dei enim gloriam pertinet, iudicium exercere. Si autem iudiciariam potestatem Filio ita communicauit, vt ipse tamen propter substãtiæ identitatem iudicandi ius non amiserit; & ille nihilominus qui accepit, Filius sit hominis: quomodo omnibus manifestum non fit, Verbum propter ineffabilem illam ex Deo Patre generationem, Deum esse; idemque rursum,

Ioan. 5. v. 22.

Ibid. v. 26.

Psal. 49. & 74.

Iacob. 4. v. 12.

Is. 48. v. 11.

propterea quod carni vnitum, perindeque ac nos ex muliere natum est, hominis Filiũ esse? Cum ergo Iudæis dicit: *Cur me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* & rursum: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis.* & iterum: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* aut cum de seipso ita ait: *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cũ angelis suis.* & iterum: *Quem me dicunt homines esse Filium hominis?* deniq; vt vnico verbo absoluam, quotiescumque in scriptura diuinitus inspirata homo appellatur, non hominem seorsum per se, Verbo quod ex Deo est, secluso, mente cõcipimus; sed potius credimus, Dei Verbum dispensatorie propter nos filium hominis factum, diuinitate interim nulla ex parte amissa aut labefactata; & vnum esse Dominum nostrum Iesum Christum. Et ideo non potest summa cum impietate coniunctum nõ esse, post indiuulsam illam inseparabilemq; vnionem, quæ omnem omnino & mentis & rationis captum excedit plurimum, si quis vnum in duos Christos aut filios diuidat. Ceterum si cui animus esset, omnia quæ de Christo literis consignata extant, diligentius examinare, illi vtique haud nimis difficile foret plures adhuc alias sententias hisce adiungere: sed scriptum nouimus: *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* Vniuersorum Deus mentes vestras, religiosissimæ imperatrices, per Spiritum sanctum diriget, vt rectum sensum assequi possitis. Etenim Christus Dominus ita vos comparatas, hoc est,

Ioan. 8. v. 40.
Ioan. 3. v. 13.
Num. 21.
Matth. 16. v. 27.
Ibid. 13.
Prou. 9. v. 9.

διὰ τὸ ἡνῶσθαι σαρκὶ, καὶ καθ' ἡμᾶς ὑπομεῖναι γέννησιν ἐκ γυναικός; ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς Ἰουδαίους· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; καὶ πάλιν· καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ πάλιν· καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. ἢ ὅταν λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ· μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. καὶ πάλιν· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἢ καὶ ἁπαξαπλῶς, ὁσάκις ἂν ἄνθρωπος ὀνομάζηται παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, οὐκ ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος ἄνθρωπον εἶναι φαμεν, ἀποδιαιροῦντες αὐτοῦ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον· πιστεύομεν δὲ μᾶλλον ὅτι καὶ θεός ἐστιν ἀληθινὸς, γέγονε δὲ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς μετὰ τῶν* μεῖναι θεὸς, καὶ εἷς ἐστι κύριος Ἰησοῦς Χριστός. ἀσεβὲς δὲ λίαν τὸ διορίζειν εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο Χριστοὺς, μετὰ τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν, ἢ καὶ νοῦ καὶ λόγου παντὸς ἐπέκεινά τέ ἐστι καὶ ἀνωτάτω. καὶ ἦν μὲν ἴσως οὐ δυσχερὲς ἄγαν τοῖς ἐθέλουσι βασανίζειν ἅπαντα τὰ περὶ Χριστοῦ γεγραμμένα, καὶ πλειόνων ἐννοιῶν ποιήσασθαι τὴν παράθεσιν· ἀλλ' ἴσμεν τὸ γεγραμμένον· δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. ποδηγήσει γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰς θεοφιλεστάτας ὑμῶν* ἀκοὰς εἴς γε τὸ δύνασθαι ὀρθῶς νοεῖν. εὑρὸν γὰρ οὕτω Χριστὸς ἐν ὑμῖν τὴν πίστιν

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἀκλινῆ καὶ ἀβέβηλον, στεφανώσει πλοισίως τοῖς ἄνωθεν ἀγαθοῖς, καὶ παμμακαρίοις ἀποφανεῖ. πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἐν Χριστῷ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

firma ac stabili fide ornatas inueniens, cælestibus bonis affatim locupletabit, longeque beatissimas efficiet. Omnis namque spes nostra in Christo sita est: per quem & cum quo Patri cum Spiritu sancto sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας πρὸς Νεστόριον, ἡνίκα ἔμαθεν αὐτὸν κακῶς φρονεῖν.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ, Κύριλλος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΑΝΔΡΕΣ αἰδέσιμοι καὶ πίστεως ἄξιοι παραγεγόνασιν ἐν Αλεξανδρείᾳ. εἶτα μετέδοσαν ὡσανεὶ καὶ τῆς σῆς θεοσεβείας ἀγανακτούσης σφόδρα, καὶ πάντα κάλων κινούσης εἰς τὸ λυπεῖν ἐμέ. βουλομένῳ δέ μοι τῆς σῆς θεοσεβείας τὴν λύπην ἀναμαθεῖν, ἔφασαν ὅτι τὴν πρὸς μοναστὰς ἁγίους γενομένην ἐπιστολὴν περιφέροισί τινες τῶν ἀπὸ τῆς Αλεξανδρείας, καὶ ἡ τοῦ μίσους ἀφορμὴ καὶ τῆς * ἀνδίας αὕτη γέγονε. τεθαύμακα τοίνυν, εἰ μὴ ἐκεῖνο μᾶλλον ἡ σὴ θεοσέβεια καθ' ἑαυτὴν ἐλογίσατο· οὐ γὰρ πρότερον ἐμῆς γραφείσης ἐπιστολῆς ὁ ἐπὶ τῇ πίστει γέγονε θόρυβος, ἀλλ' ἢ εἰρημένων τινῶν παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας, ἢ καὶ μή· πλὴν χαρτίων, ἤγουν ἐξηγήσεων περιφερομένων, κάμνομεν ἡμεῖς, ἐπανορθοῦν θέλοντες τοὺς διεστραμ-

* ἀδικίας

CAPVT VI.

Cyrilli episcopi Alexandriæ ad Nestorium, cum resciuit eum male sentire.

Religiosissimo, Deique amantissimo episcopo & comministro Nestorio, Cyrillus episcopus in Domino Sal.

ADVENERVNT Alexandriam viri aliquot veneratione ac fide digni, qui pietatem tuam grauiter stomachari, nullumque mei lædendi causa lapidem non mouere, mihi renuntiarunt. Cupienti autem mihi cognoscere, vndenam pietas tua in hanc ægritudinem incidisset: Alexandrinos quosdam epistolam illam, quam ad sanctos monachos miseram, circũferre, eamque rem odii & offensionis causam esse responderunt. Ego vero miratus sum maiorem in modum, pietatem tuam illud potius nõ perpendisse, secumque reputasse, eas in fide turbas non propter hanc quã scripsi epistolam, sed potius ex quibusdam pietatis tuæ, siue alterius sermonibus excitatas fuisse. Quinimo cum chartæ quædam, vel commentarii circumferantur, insignem molestiam perferimus, quorumdam hac de causa peruersorum emendationi stu-

dentes. Eo namque malum hoc paulatim ſerpendo peruenit, vt Chriſtum nonnulli Deum appellari fere non patiantur; ſed potius diuinitatis organum & inſtrumẽtum, hominemque deiferum, & alia his ineptiora. Noſtrum proinde eſt ea moleſte ferre, quæ pietas tua dixit, aut etiam non dixit: ſiquidem ſchedis quæ ea de re feruntur, parum fidei habeo. Cum igitur fides tam inſigniter lædatur, totque paſſim ſint infecti, qui tandem tacere hic licuit? An non ante tribunal Chriſti ſiſtemur? An intempeſtiui ſilentii rationem reddituri non ſumus, quos ille ad hoc conſtituit, vt quæ oportet prędicemus? Ecquid nunc, obſecro, conſilii capiam? (namque a tua pietate conſilium petere compellor) Cæleſtino religioſiſſimo Romanæ eccleſiæ epiſcopo, ceteriſque piiſſimis epiſcopis qui ipſi adfuere, inquirentibus, chartulæne illæ & exegeſes, quæ illuc ad ſe neſcio quomodo perlatæ ſunt, a tua pietate, an vero ab alio quopiam profectæ ſint. Scribunt enim, vt qui grauiſſime ſint offenſi. Quomodo vero eos, qui ab omnibus totius orientis eccleſiis ſubinde huc ventitant, & contra hæc ſchedia grauiſſime murmurant, ſedabimus? An exiguas forte turbas ex eiuſcemodi homiliis in eccleſiis excitatas tua pietas exiſtimat? Omnes enixe ſudamus, atque vt eos qui neſcio quo pacto peruerſe ſapere perſuaſi ſunt, ad rectum veritatis tramitem reducamus, impendio elaboramus. Cum ergo pietas tua hanc murmurandi neceſſitatem attulerit, quo quæſo iure me incuſat? cur odiis in me flagrat? cur temere me allatrat? cur potius e-

μένοις. ἐστὶς γὰρ γεγόνασί τινες τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι λοιπὸν ὁμολογεῖν, ὅτι θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὄργανον δὲ μᾶλλον καὶ ἐργαλεῖον θεότητος, καὶ ἄνθρωπος θεοφόρος. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν τοιούτων ἐπέκεινα; ἦν οὖν ἄρα τὸ χαλεπαίνειν ἡμῶν ἐφ' οἷς εἴρηκεν, ἢ οὐκ εἴρηκεν ἡ σὴ θεοσέβεια· τοῖς γὰρ περιφερομένοις χαρτίοις οὐ σφόδρα πιστεύω. πῶς οὖν *ἔνι σιωπῆσαι, πίστεως ἀδικουμένης, καὶ τοσούτων διεστραμμένων; ἢ οὐ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ; οὐκ ἀπολογησόμεθα δὲ τῆς ἀκαίρου σιωπῆς ἕνεκα, καίτοι γε τεταγμένοι παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸ λέγειν ἃ δεῖ; τί δὲ ποιήσω νῦν; δεῖ γάρ με βουλεύσασθαι μετὰ τῆς σῆς θεοσεβείας· μηνύοντος τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου τῆς * Ρώμης ἐπισκόπου Κελεστίνου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, περὶ τῶν ἀπενεχθέντων, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκεῖ χαρτίων, πότερόν ποτε τῆς σῆς θεοσεβείας, ἢ μή· γράφουσι γὰρ ὡς πάνυ σκανδαλισθέντες. πῶς δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἐρχομένοις θεραπεύσομεν, καὶ τῶν χαρτίων καταγογγύζοντας; ἢ τάχα που νομίζει ἡ σὴ θεοσέβεια, ὅτι μικρὸς ταῖς ἐκκλησίαις ἀνεφύη θόρυβος ἐκ τῶν τοιούτων ὁμιλιῶν; πάντες ἐσμεν ἐν ἀγῶσι καὶ πόνοις, τοὺς ἕτερα φρονεῖν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀναπεπεισμένους μεθιστάντες εἰς τὸ ἀληθές. ὅτε τοίνυν τὴν ἀνάγκην ἅπασι τοῦ γογγύζειν ὑπενεγκοῦσα ἡ σὴ θεοσέβειά ἐστι, πῶς αἰτιᾶται δικαίως; * τί δέ μου καὶ μάτην καταβοᾷ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον

Anno Christi 431.

* ἐν

ANNO CHRISTI 431.

ἐπανορθοῖ τοῦ ἑαυτῆς λόγον, ἵνα παύσῃ σκάνδαλον οἰκουμενικόν; εἰ γὰρ καὶ παρερρύη λόγος, ὡς ἐπὶ λαοῦ τρέχων, ἀλλ' ἐπανορθούσθω ταῖς ἐπισκέψεσι, καὶ λέξιν χαρίσασθαι τοῖς σκανδαλιζομένοις καταξίωσον, θεοτόκον ὀνομάζων τὴν ἁγίαν παρθένον· ἵνα θεραπεύσαντες τοὺς λελυπημένους, καὶ ὀρθὴν παρὰ πᾶσι δόξαν ἔχοντες, ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμοψυχίᾳ τῶν λαῶν τὰς συνάξεις ἐπιτελῶμεν. ὅτι δὲ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως πάντα ἕτοιμοι παθεῖν ἐσμεν, καὶ δεσμωτηρίων εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, μὴ ἀμφιβαλλέτω ἡ σὴ θεοσέβεια. ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω, ὅτι καὶ περιόντος ἔτι τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀττικοῦ, συντέθειταί μοι βιβλίον περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, ἐν ᾧ καὶ λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς, οἷς νῦν γέγραφα * συνῳδός· καὶ ὑπανέγνωμεν * αὐτὸ καὶ ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς, καὶ τοῖς φιλακροάμοσι τῶν λαῶν· ἐκδέδωκα δὲ τέως οὐδενί. εἰκὸς οὖν ἐκδοθέντος τοῦ λόγου, πάλιν ἐγκαλεῖσθαί με, ὅτι καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας τῆς σῆς θεοσεβείας * συντέθειται τὸ λογίδιον.

* συνῳδός.

* αὐτὰ

* συντέθεια.

mendata oratione ſua, orbis offenſionem non ſanat? Nam etſi præterfluxit ſermo, vtpote coram populo currens; tamen ſeria retractatione emendetur. Ne graueris, obſecro, iis qui non leuiter offenſi ſunt, vnam hanc Theotocos vocem largiri, ſacramque Virginem deiparam appellare; quo illis qui non leuem hinc mœſtitiam ceperunt, medentes, & noſtræ quoque famæ & exiſtimationi conſulentes, in populorum pace, animorumque conſenſione eccleſiaſticos conuentus celebremus. Certo autem pietas tua perſuaſum habeat, nos & vincula & carceres & cetera omnia eiuſmodi incommoda, quin & ipſum quoque vitæ diſcrimen propter Chriſti fidem adire paratos eſſe. Credas velim beatæ memoriæ Attico etiamnum ſuperſtite, quēdam me de ſacra & conſubſtantiali Trinitate libellum compoſuiſſe; in quo & de vnigeniti quoque incarnatione nonnulla iis quæ nunc conſcripſi, concinentia attexui: quæ & epiſcopis & clericis, & ſtudioſioribus quoque popularibus legi, nulli tamen adhuc illius copiam feci. Probabile fit ergo, edito iam hoc commentariolo, non defuturos qui me accuſent: cum tamen eiuſmodi oratiunculam concinnauerim priuſquam Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pontificatus pietati tuæ mandaretur.

CAPVT VII.

Epistola Nestorii ad Cyrillum Alexandriæ episcopum, per Lamponem presbyterum & monachum.

Religiosissimo & sanctissimo comministro Cyrillo, Nestorius in Domino Sal.

NIHIL sane Christiana probitate potentius. Ea vt in præsentia per Lamponem presbyterum religiosissimum scriberemus, nos compulit. Cum enim ille de tua pietate multa referret, multaque vicissim audiret; postremo vrgendi finem nullum fecit, donec hasce a nobis impetrauit. Quapropter hominis importunitati manus dedimus. Nã, vt quod res est ingenue fatear, non mediocrem cuiuscumque Christiani viri probitas (vtpote in cuius pectore Deus inhabitet) timorem mihi afferre assolet. Proinde quod ad nosipsos attinet, etsi non pauca a pietate tua designata sint, fraternæ caritati parum congruentia; (oportet enim modeste loqui) scribimus, æquitatem animi conseruantes, & salutationis officium per literas cum caritate implentes. Quantum vero Lamponis religiosissimi presbyteri vehemens impulsus ille fructum nobis allaturus sit, experientia ipsa demonstrabit. Vniuersam, quæ tecum est, fraternitatem ego, quique mecum sunt, salutatam cupimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Επιστολὴ Νεστορίου πρὸς Κύριλλον τῶν Αλεξανδρείας, διὰ Λάμπωνος πρεσβυτέρου καὶ μονάζοντος.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ μου συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥΔΕΝ ἐπιεικείας χριστιανικῆς βιαιότερον. ὑπὸ ταύτης οὖν νῦν διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος πρὸς τὸ παρὸν βεβιάσμεθα γράμμα, πολλὰ μὲν εἰπόντος ἡμῖν περὶ τῆς σῆς εὐλαβείας, πολλὰ δὲ καὶ ἀκούσαντος· τὸ τελευταῖον οὐκ ἐνδόντος ἡμῖν, ἕως τὸ παρ' ἡμῶν εἰσεπράξατο γράμμα· καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς νενικήμεθα βίᾳ. φόβον γὰρ ὁμολογῶ κεκτῆσθαι πολὺν περὶ πᾶσαν παντὸς ἀνδρὸς χριστιανικὴν ἐπιείκειαν, ὡς ἐγκαθήμενον αὐτῇ τὸν θεὸν κεκτημένην. τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν, καίτοι πολλῶν παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας οὐ κατὰ ἀδελφικὴν ἀγάπην· δεῖ γὰρ εἰπεῖν εὐφημότερον· γεγονότων, ἐν μακροθυμίᾳ τε καὶ ἀγάπῃ γραμμάτων προσρητικῇ. δείξει δὲ ἡ πεῖρα, ποταπὸς ἡμῖν ὁ τῆς παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος βίας καρπός. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑΤΑΦΛΥΑΡΟΥΣΙ μὲν, ὡς * ἀκούω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ τοῦτο συχνῶς, τὰς τῶν ἐν τέλει συνόδοις καιροφυλακοῦντες μάλιστα, καὶ τάχα που καὶ τέρπειν οἰόμενοι τὴν σὴν ἀκοήν· καὶ ἀβουλήτοις πέμποισι φωνὰς, ἠδικημένοι μὲν οὐδὲν, ἐλεγχθέντες δὲ, καὶ τοῦτο * χρησίμως· ὁ μὲν, ὅτι τυφλοὺς * ἠδίκει καὶ πένητας· ὁ δὲ, ὡς μητρὶ ξίφος ἐπανατείνας· ὁ δὲ, θεραπαίνῃ συγκεκλοφὼς χρυσίου ἀλλότριου, καὶ τοιαύτην ἐσχηκὼς ἀεὶ τὴν ὑπόληψιν, ἢν οὐκ ἂν εὔξαιτό τις συμβῆναί τισι καὶ τῶν λίαν ἐχθρῶν. πλὴν οὐ πολὺς τῶν τοιούτων ὁ λόγος ἐμοὶ, ἵνα μήτε ὑπὲρ τοῦ δεσπότην καὶ διδάσκαλον, μήτε μὴν ὑπὲρ τοῦ πατέρας τὸ τῆς ἐνούσης μοι βραχύτητος * ἐκτείνοιμι μέτρου. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὰς τῶν φαύλων διαδράναι σκαιότητας, ὡς ἂν ἕλοιτό τις διαβιοῦν. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρᾶς καὶ πικρίας μεστὸν ἔχοντες τὸ στόμα, τῷ πάντων ἀπολογήσονται κριτῇ. τετράψομαι δὲ πάλιν ἐγὼ πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον ἐμαυτῷ, καὶ ὑπομνήσω καὶ νῦν ὡς ἀδελφὸν ἐν * κυρίῳ, τῆς διδασκαλίας τοῦ λόγον καὶ τὸ ἐπὶ τῇ πίστει φρόνημα μετὰ πάσης ἀσφαλείας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς λαούς· ἐννοεῖν τε, ὅτι τὸ σκανδαλίσαι

* μαιθάνω
* χρηστῶς
* ἠδίκησα
* ἐκτείνοιτο
* θεῷ

CAPVT VIII.

Religiosissimo, Deique amantissimo comministro Nestorio, Cyrillus in Domino Sal.

INTELLIGO quosdam meæ apud tuam pietatem existimationi detrahere, multaque temere effutire; idque crebro, ac tum maxime quando magistratus coguntur: fortasse etiam nonnullam hac ratione oblectationem auribus tuis afferre se opinantes; homines nulla vnquam iniuria a me affecti, sed salubriter tantum conuicti; hic quidem quod cæcos egenosque per iniuriam oppresserit; alius quod ferrum in matrem strinxerit; alius quod ancillæ præsidio aurum alienum abstulerit, & eiusmodi improbitatis suspicione semper laborauerit, cuiusmodi ne infensissimos quidem hostes laborare optauerit quispiam. Verum istos, & si qui eius farinæ sunt alii, non multum moror, ne supra magistrum & Dominum, vel etiam supra maiores nostros tenuitatis meæ mensuram extendere videar. Fieri enim nullo modo potest, quamcumque demum vitæ rationem inieris, vt prauorum maledicorumque hominum dentes euadas. Sed illi quidem *maledicentiæ & acerbitatis os plenum habentes*, coram omnium iudice causam dicturi sunt. Ego vero ad id denuo reuersus, quod me potissimum decere existimo, te veluti fratrem in Domino etiamnum admonere non grauabor, vt prædicationis sermonem, fideiq; doctrinam cum omni cautione populo proponas; cogitesque serio, si vehementer illi

Psal. 13.

Deum irritant qui e pusillorum numero vel vnũ tantum in Christum credentem scandalizauerint; quanta diligentia, quantaque dexteritate opus sit, si tota quæpiam multitudo grauius offensa sit, vt scandalis prudenter præcisis, sanum fidei sensum sermonemque veritatis studiosis asferamus. Ad hoc autem præstandum illud contulerit, si sanctorum Patrum scripta euoluentes, quam maximi illa facere studeamus; nosq; ipsos probantes, num simus in fide, vt scriptum est, ad rectas & irreprehensibiles eorum sententias nostras cogitationes apte conformemus.

Sacra itaque & magna illa Synodus tradit ipsum vnigenitum Dei Filium naturaliter ex Deo Patre natum, Deum verũ de Deo vero, lumen de lumine, per quem Pater omnia condidit, descendisse, incarnatum & hominem factum, passum esse, tertia die resurrexisse, & ad cælos ascendisse. His verbis hisque dogmatis nos quoque insistere oportet, sedulo animo pertractantes, ecquidnam sit, Dei Verbum incarnatum ac hominem factum esse. Neque enim dicimus, Verbi naturam per sui mutationem carnem esse factam; sed neque in totum hominem transformatam ex anima & corpore constitutum: asserimus autem, Verbum vnita sibi secundum hypostasim carne animata rationali anima, inexplicabili incomprehensibilique modo hominem factum, & hominis filium extitisse, non per solam voluntatem aut beneplacitum, siue per solam personæ assumptionem. Et

κὴ μόνον ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς Χριστὸν, ἀφόρητον ἔχῃ πὼ ἀγανάκτησιν· εἰ δὲ δὴ πλῆθος εἴη τοσοῦτο τῶν λελυπημένων, πῶς οὐχ ἁπάσης εὐτεχνίας σὺν χρείᾳ καθεστήκαμεν, ποός τε τὸ δεῖν ἐμφρόνως ποιεῖσθαι τὰ σκάνδαλα, κὴ ὑγιᾶ τῆς πίστεως κατθυρῶσαι λόγῳ τοῖς ζητοῦσι τὸ Χριστός; ἔσται δὲ τοῦτο κὴ μάλα ὀρθῶς, εἰ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ποιησάμενοι λόγοις, ποὶ πολλοῦ τε αὐτοὺς ποιεῖσθαι σπουδάζομεν, κὴ δοκιμάζοντες ἑαυτοὺς, εἰ ἐσμὲν σὺν τῇ πίστει, κ͞ι τὸ χεχαραγμένον, ταῖς ἐκείνων ὀρθαῖς κὴ * ἀνεπιλήπτοις δόξαις τὰς σὺν ἡμῖν ἐννοίας οὕ μάλα συμπλάττομεν. * al. ἀπαρα-πτοις

Εφ ᾧ τοίνυν ἡ ἁγία κὴ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς κ͞ι φύσιν γνησιγέννητον υἱὸν μονογενῆ, ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεὸν ἀληθινὸν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κὴ ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς. τούτοις δὲ καὶ ἡμᾶς ἕπεσθαι δεῖ κὴ τοῖς λόγοις κὴ τοῖς δόγμασιν, σύνοοῦντας τί τὸ σαρκωθῆναι κὴ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ ἐκ θεοῦ λόγον. οὐ γὰρ φαμὲν, ὅπη τοῦ λόγου φύσις μεταποιηθεῖσα γέγονε σάρξ· ἀλλ' οὐδὲ ὅπη εἰς ὅλον ἄνθρωπον μεταβληθη, ἐκ ψυχῆς κὴ σώματος· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅπη σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἑνώσας ὁ λόγος ἑαυτῷ καθυπόστασιν, ἀφράστως τε καὶ ἀνεννοήτως γέγονεν ἄνθρωπος, κὴ κεχρημάτικεν υἱὸς ἀνθρώπου, οὐ κ͞ι θέλησιν μόνην ἢ εὐδοκίαν, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐν προσλήψει προσώπου μόνου· κὴ ὅπη

Arian Christi 431.

Anno Christi 431.

ὅπι διάφοροι μὲν αἱ τῶν ἐνότητα τὴν ἀλήθειαν συναχθεῖσαι φύσεις, εἷς δὲ ἐξ ἀμφοτέρων Χριστὸς καὶ υἱός· οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνηρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, ἀποτελεσασῶν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ υἱόν, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, διὰ τῆς ἀφράστου καὶ ἀπορρήτου τῶν ἑνότητα συνδρομῆς. οὕτω τε λέγεται, καίτοι τῶν αἰώνων ἔχων τὴν ὕπαρξιν, καὶ γεννηθεὶς ἐκ πατρός, γεννηθῆναι καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· οὐχ ὡς τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀρχὴν τὸ εἶναι * λαβούσης ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, οὔτε μὴν δεηθείσης δι' ἑαυτὴν δευτέρας γεννήσεως μετὰ τὴν ἐκ πατρός. ἔστι γὰρ εἰκαιόν τε ὁμοῦ καὶ ἀμαθὲς τὸ ὑπάρχοντα πρὸ παντὸς αἰῶνος, καὶ συναΐδιον τῷ πατρὶ, δεῖσθαι λέγειν ἀρχῆς τῆς εἰς τὸ εἶναι δευτέρας. ὅτι δὲ δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον, προῆλθεν ἐκ γυναικὸς, τοῦτ' ἔστι τοῖς λέγεται γεννηθῆναι σαρκικῶς. οὐ γὰρ πρῶτον ἄνθρωπος ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, εἶθ' οὕτω καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς μήτρας ἑνωθεὶς, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν σαρκικὴν, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος. οὕτω φαμὲν αὖ καὶ παθεῖν καὶ ἀναστῆναι· οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ λόγου παθόντος εἰς ἰδίαν φύσιν ἢ πληγὰς, ἢ διατρήσεις ἥλων, ἢ γραφὰς τὰς ἄλλας τοῦ τραυμάτων· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον. ὅπερ δὲ τὸ γεγονὸς αὐτοῦ ἴδιον σῶμα πέπονθε ταῦτα, πάλιν αὐτὸς λέγεται παθεῖν

quamuis naturæ sint diuersæ, vera tamen vnione coeuntes vnum nobis Christum & Filium effecerunt: non quod naturarum differentia propter vnionem sublata sit, verum quod diuinitas & humanitas secreta quadam ineffabilique coniunctione in vna persona vnum nobis Iesum Christum & Filium constituerint. Ad hunc modum, qui ante omne sæculum existit, & ex Patre genitus fuit, secundum carnem ex muliere natus dicitur: non quod diuina illius natura existentię suæ initium in sacra Virgine sumpserit, aut quod post primam ex Patre, altera propter seipsam generatione necessario indiguerit; (stultum est enim, planeque ineptum asserere, eum qui ante omnia sæcula Patri coæternus existit, altera denuo, quo existere queat, generatione indiguisse) sed quia propter nos, & propter nostram salutem humana natura secundum hypostasim sibi vnita, ex muliere natus est, hinc est quod secundum carnem natus prædicatur. Non enim primo vulgaris quispiam homo ex Virgine ortus est, in quem Dei Verbum deinde sese demiserit: sed in ipso vtero carni vnitum, secundum carnem progenitum dicitur; vtpote suæ carnis generationẽ sibi vt propriam vindicans. Ad eumdem modum illud passum & resuscitatum dicimus: non quod Dei Verbum aut plagas, aut clauorum perforationes, aut alia id genus vulnera in propriã naturam acceperit: (nam vt diuinum numen corporis expers est, ita perpeti quoque nihil potest) sed quia corpus quod sibi adsciuerat, hæc fuit expertum, eam ob rem ipsum nostri causa

*λαχούσης

illa perpessum asseritur. Impatibile enim Verbum in corpore patibili existebat. Idem & de eiusdem quoque morte sentimus: siquidem Dei Verbum suapte natura immortale, & a corruptione alienum, & vita rursum & viuificans est. Verum quia suum ipsius corpus gratuito Dei munere *mortem*, attestante Paulo, *omnium causa degustauit*, fit vt ipsum mortem propter nos perpessum dicatur: non quod ipsum, quod quidem ad propriam naturam attinet, mortem exceperit (insania namque mera esset, istud vel dicere, vel cogitare) sed quia caro illius mortem, vt modo aiebam, degustauit. Pari modo, quia caro illius resurrexit, ipsi resurrectio tribuitur: non quod ipsum ceciderit in corruptionem; absit; sed quia rursus corpus illius exsuscitatum est. Ita vnum Christum & Dominum confitemur; non quod hominē vna cum Verbo adoremus, ne illud, cum Verbo, aliquam diuisionis imaginationem menti obiiciat: sed vnum eumdemque adoramus, quandoquidem corpus suum non est alienum a Verbo, cum quo Patri assidet; non quod duo filii Patri assideant: assidet enim vnus tantum per vnionem cum propria carne. Quod si vnionem secundum hypostasim tamquam incomprehensibilem indecentemque repudiauerimus, eo prolabimur, vt duos filios esse dicamus. Necesse est enim distinguere, & vocare; alterum quidem per se hominem filii appellatione cohonestatum; alterum vero per se ac seorsum Dei Verbum, quod & nomen & rem quoque filiationis naturaliter obtineat.

Hebr. 2.

ὑπὲρ ἡμῶν. ἦν γὰρ ὁ ἀπαθὴς ἐν τῷ πάσχοντι σώματι. κατὰ τοῦτο ἴσον δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ τεθνάναι νοοῦμεν· ἀθάνατος γὰρ κατὰ φύσιν, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ζωὴ καὶ ζωοποιός ἐστιν ὁ * τοῦ θεοῦ λόγος. ἐπεὶ δὲ πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι θεοῦ, καθά φησιν ὁ Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, λέγεται παθεῖν αὐτὸς τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον· οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν τοῦ θανάτου, τό γε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν· ἀποπληξία γὰρ τοῦτο λέγειν, ἢ φρονεῖν· ἀλλ' ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου. οὕτω καὶ ἐγηγερμένης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, πάλιν ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ λέγεται· οὐχ ὡς πεσόντος εἰς φθοράν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὅτι τὸ αὐτοῦ πάλιν ἐγήγερται σῶμα. οὕτω Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον ὁμολογήσομεν, οὐχ ὡς ἄνθρωπον συμπροσκυνοῦντες τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ τομῆς φαντασία παρεισκρίνηται διὰ τοῦ λέγειν τὸ, σύν· ἀλλ' ὡς ἕνα καὶ τοῦτο αὐτοῦτο προσκυνοῦντες, ὅτι μὴ ἀλλότριον τοῦ λόγου τὸ σῶμα αὐτοῦ, μεθ' οὗ καὶ αὐτῷ συνεδρεύει τῷ πατρί· οὐχ ὡς δύο πάλιν συνεδρευόντων υἱῶν, ἀλλ' ὡς ἑνὸς καθ' ἕνωσιν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. ἐὰν δὲ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἢ ὡς ἀνέφικτον, ἢ ὡς ἀκαλλῆ παραιτούμεθα, ἐμπίπτομεν εἰς τὸ δύο λέγειν υἱούς. ἀνάγκη γὰρ πᾶσα διορίσαι, καὶ εἰπεῖν τοῦτο μὲν, ἄνθρωπον ἰδικῶς, τῇ τοῦ υἱοῦ κλήσει τετιμημένον· ἰδικῶς δὲ πάλιν τοῦτο ἐκ θεοῦ λόγου υἱότητος ὄνομά τε καὶ χρῆμα ἔχοντα φυσικῶς.

ANNO CHRISTI 431.

* ἐκ θεοῦ

ANNO CHRISTI 431.

οὐ διαιρετέον τοιγαροῦν εἰς υἱοὺς δύο τὸν ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστόν.* ὠφέλησε κατ' οὐδένα τρόπον τὸν ὀρθὸν τῆς πίστεως λόγον εἰς τὸ οὕτως ἔχειν, κἂν εἰ προσώπων ἕνωσιν ἐπιφημίζωσί τινες· οὐ γὰρ εἴρηκεν ἡ γραφὴ, ὅτι ὁ λόγος ἀνθρώπου πρόσωπον ἥνωσεν ἑαυτῷ, ἀλλ' ὅτι γέγονε σάρξ. τὸ δὲ σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός. ἴδιον δὲ σῶμα τὸ ἡμῶν ἐποιήσατο, καὶ προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι θεὸς, καὶ τὸ ἐκ θεοῦ γεγεννῆσθαι πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς μεμενηκὼς ὅπερ ἦν. τοῦτο πρεσβεύει πανταχοῦ τῆς ἀκριβοῦς πίστεως ὁ λόγος· οὕτως εὑρήσομεν τοὺς ἁγίους πεφρονηκότας πατέρας· οὕτω τεθαρσήκασι θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον· οὐχ ὡς τῆς τοῦ λόγου φύσεως, ἤτοι τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἀλλ' ὡς γεννηθέντος ἐξ αὐτῆς τοῦ ἁγίου σώματος, ψυχωθέντος τε λογικῶς· ᾧ καὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς ὁ λόγος, γεγεννῆσθαι λέγεται κατὰ σάρκα. ταῦτα καὶ νῦν ὡς ἐξ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ γράφω, παρακαλῶν ὡς ἀδελφὸν, καὶ διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, ταῦτα μεθ' ἡμῶν καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, ἵνα σώζηται τῶν ἐκκλησιῶν ἡ εἰρήνη, καὶ τῆς ὁμονοίας καὶ ἀγάπης ὁ σύνδεσμος ἀῤῥαγὴς διαμένοι τοῖς ἱερεῦσι τοῦ θεοῦ. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

* ὁνήσε δὲ κατ' οὐδένα

Nulla itaque ratione vnum Dominum nostrum Iesum Christum in duos filios diuellere fas est. Porro autem vt integra sit hæc rectæ fidei ratio, nihil erit vsui personarum vnio quam quidam ponunt. Non enim scriptura dicit, Verbum hominis personam sibi associasse, sed carnē factum esse. Quod autem Verbum caro factum perhibetur, id aliud nihil est, quam quod perinde ac nos carni & sanguini communicauit. Suum ergo fecit nostrum corpus, prodiitque homo ex muliere, deitate interim, aut ex Patre natiuitate non abiecta; mansit enim in ipsa quoque carnis assumptione quod erat. Hoc exactæ fidei doctrina vbique prædicat; hoc sanctos patres sensisse reperiemus: ita non dubitarunt sacram Virginem deiparam appellare; non quod Verbi natura, ipsiusve diuinitas ortus sui principium ex sancta Virgine sumpserit; sed quod sacrum illud corpus anima intelligente perfectum ex ea traxerit, cui & Dei Verbum secundum hypostasim vnitum, secundum carnem natum dicitur. Atque hæc quidem ex caritate quæ est in Christo, scribenda nunc quoque existimaui, obsecrans te vt fratrem, & coram Christo sanctisque angelis eius obtestans, vt hæc nobiscum & sentias & doceas, quo ecclesiarum pax conseruetur, dilectionisque & concordiæ vinculum inter Dei sacerdotes indissolubile permaneat. Saluta, quæ apud te est, fraternitatem. Te, quæ nobiscum est, salutat in Domino.

Ioan. 1.

Hebr. 2.

CAPVT IX.

Exemplum epistolæ Nestorii ad Cyrillum episcopum, quæ omnibus in sancta Synodo displicuit.

Religiosissimo Deoque amabilissimo comministro Cyrillo, Nestorius in Domino Sal.

ADMIRABILIVM literarum tuarum contumelias, quas in nos iacis, tamquam medica quadam mansuetudine dignas, quibusque re ipsa suo tempore responderi queat, missas facio. Quæ autem sine magno periculo silentio præteriri non possunt, ea, ne obscura indigestaque prolixitate decertans, fastidium generem, quãta fieri poterit orationis breuitate edisseram. A sapientissimis autem dilectionis tuæ vocibus principium sumam, quas ad verbum quoque in medium afferam. Ecquænam sunt igitur præclaræ illæ eruditarum literarum tuarum voces? Sacra (inquis) & magna illa Synodus tradidit, ipsum vnigenitum Filium ex Deo Patre naturaliter genitum, Deum verũ de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia Pater condidit, descendisse, & incarnatum, & hominem factum, passum esse, & resurrexisse. Hæc tuæ pietatis sunt verba; neq; tua esse fortassis ignoras. Proinde & tu quoque a nobis fraternam pro pietate admonitionem audias; & eam quidem, qua eximius ille Paulus ad dilectum suum Timotheum non abs-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ἴσον ἐπιστολῆς Νεστορίου πρὸς τὸν πάπαν Κύριλλον, ἥτις πᾶσιν ἀπήρεσεν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΑΣ μὲν καθ' ἡμῶν ὕβρεις τῶν θαυμαστῶν σου γραμμάτων ἀφίημι, ὡς μακροθυμίας ἀξίας ἰατρικῆς, καὶ τῆς διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν κατὰ καιρὸν πρὸς αὐτὰς ἀποκρίσεως· ὃ δέ γε σιωπῆς οὐκ ἀνέχεται, ὡς μέγαν φέρον, εἰ σιγηθείη, τὸν κίνδυνον, τούτου, καθὼς ἂν οἷός τε ὦ, οὐ πρὸς μακρολογίαν ἀποτεινόμενος, ποιήσασθαι πειράσομαι τὴν διήγησιν σύντομον, τὸν τῆς σκοτεινῆς καὶ δυσπέπτου μακρηγορίας ναυτιασμὸν φυλαττόμενος. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν πανσόφων τῆς σῆς ἀγάπης φωνῶν, αὐτὰς αὐτολεξεὶ παραθείς. τίνες τοίνυν αἱ τῆς θαυμαστῆς σου τῶν γραμμάτων διδασκαλίας φωναί; ἡ ἁγία φησὶ καὶ μεγάλη σύνοδος, αὐτὸν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς κατὰ φύσιν γεννηθέντα υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεὸν ἀληθινὸν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι. ταῦτα τῆς σῆς θεοσεβείας τὰ ῥήματα· καὶ γνωρίζεις ἴσως τὰ σά. ἄκουε δὲ καὶ * τὰ παρ' ἡμῶν, ἀδελφικὴν ὑπὲρ εὐσεβείας παραίνεσιν, καὶ ἣν ὁ μέγας ἐκεῖνος Παῦλος τῷ φιλουμένῳ παρ' αὐτοῦ Τιμοθέῳ διε-

* τὴν

ANNO CHRISTI 431.

μαρτύρατο· πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδαχῇ. τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου. τί δέ μοι τὸ, πρόσεχε, βούλεται; ὅτι τὴν τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐξ ἐπιπολῆς ἀναγινώσκων παράδοσιν, συγγνώμης ἀξίαν ἠγνόησας ἄγνοιαν, παθητὸν αὐτοὺς εἰρηκέναι νομίσας τῷ τῷ πατρὶ συναΐδιον λόγον. ἔγκυψον δὲ, εἰ δοκεῖ, τοῖς ῥητοῖς ἀκριβέστερον· καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖνον τῶν πατέρων εὑρήσεις χορὸν, οὐ τὴν ὁμοούσιον θεότητα παθητὴν εἰρηκότα, οὐδὲ πρόσφατον γεννητὴν τὴν τῷ πατρὶ συναΐδιον, οὐδὲ ἀναστᾶσαν τὴν τὸν λελυμένον ναὸν ἀναστήσασαν. κἄν μοι τὰς ἀκοὰς εἰς ἀδελφικὴν ἰατρείαν παράσχῃς, αὐτάς σοι τὰς τῶν ἁγίων * ἐκείνων φωνὰς παραθέμενος, τῆς κατ' ἐκείνων ἀπαλλάξω συκοφαντίας, καὶ τῆς κατὰ τῶν θείων γραφῶν, δι' ἐκείνων· Πιστεύομεν τοίνυν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ. σκόπησον ὅπως, τὸ, κύριος, Ιησοῦς, Χριστὸς, καὶ μονογενὴς, καὶ υἱὸς, πρότερον θέντες, τὰ κοινὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς θεμελίους, ὀνόματα, τότε τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐποικοδομοῦσι παράδοσιν· ἵνα τῶν ὀνομάτων * τῶν φύσεων ἑκατέρων κοινῶν τινων σημαντικῶν προκειμένων, μήτε τὰ τῆς υἱότητος καὶ κυριότητος τέμνηται, μήτε τὰ τῶν φύσεων ἐν τῷ τῆς υἱότητος μοναδικῷ συγχύσεως ἀφανισμῷ κινδυνεύῃ. τούτου γὰρ * αὐτὸς παιδευτὴς ὁ Παῦλος γεγένηται, ὃς τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς θείας τὴν μνήμην ποιούμενος, καὶ

* πατέρων

* τῶν φύσεως ἑκατέρας

* αὐτοῖς

que obtestatione vtitur: *Attende lectioni & exhortationi & doctrinæ. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.* Quid obsecro illud, *attende*, sibi vult? Hoc nimirum, quod sanctorum illorum traditionem obiter legens, inscitiam venia dignã hauseris. Arbitratus es enim, Verbum Patri coæternum, patibile ab illis traditum esse. Penitius, si ita videtur, illorum dicta introspice, & diuinum illum patrum chorum nusquam docuisse comperies, consubstantialem diuinitatem patibilem esse; aut quæ Patri coæua est, recens natam esse; aut quæ templum solutum exsuscitauit, exsuscitatam esse. Quod si ad fraternam medicinam aures attuleris, sanctorum patrum verbis in medium allatis, ea calumnia, quæ & patribus & diuinis quoque scripturis euidenter aduersatur, te liberabo. Aiunt ergo: Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum filium eius vnigenitum. Obserua hic, quomodo Dominum, Iesum, Christum, vnigenitum, & filium, nomina vtique quæ humanæ diuinæque naturæ ex æquo conueniunt, perinde ac fundamenta quædam substernentes, incarnationis, mortis & resurrectionis traditionem illico subiungant superstruantque; nempe quo nominibus vtriusque naturæ quibusdam communibus signis propositis, neque ea quæ filiationis & dominationis sunt, scindantur, neque ea rursum quæ naturarum sunt, propter filiationis singularitatem in confusionis periculum adducantur. Qua quidem in re Pauli auctoritatem secuti sunt. Hic enim diuinæ incarnationis facta mentione, eaque

1. Tim. 4. v. 16.

mox subiuncturus quæ passionis erant, primum illud nomen, Christus, vt paulo ante dicebam, vtrique naturæ commune ponit; ac mox ita sermonem profert, vt naturæ vtrique sit congruens. Ecquid ergo dicit? *Hoc,* inquit, *sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:* singula enim persequi non attinet; *factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Quia enim mortis facturus erat mentionẽ, ne quis hinc Deum Verbum patibile esse colligeret, subiungit nomen hoc, Christus, quod vtramque naturam, patibilem inquam & impatibilem, in vnica persona denotat: quo idem nimirum Christus patibilis simul & impatibilis citra periculum cõcipi queat; illud quidem secundum humanam naturam, hoc vero secundum diuinam. Porro autem cum multa hac de re disserere valeam, & maxime quod sancti illi patres de Christi œconomia verba facientes, non generationis, sed incarnationis meminerint; ipsam orationis breuitatem, quam statim in exordio promiseram, sermonis cursum cohibere, & ad alterum dilectionis tuæ caput festinare sentio.

Phil. 2. v. 5.

II.

In eo autem laudo, quod distinctionem naturarum, secundum diuinitatis & humanitatis rationem, harumque in vna persona coniunctionem prædicas; quodque Deum Verbum altero ex muliere ortu minime indiguisse affirmas; & quod diuinitatem pati non potuisse, diserte pronuntias. Hæc enim re vera & orthodoxa, & vanis omnium hæretico-

μέλλων τὰ τῆς πάθους ἐπάγειν, πρότερον θεὸς ὁ Χριστὸς, τὸ κοινὸν τῶν δύο, ὡς μικρῷ πρότερον ἔφην, τῶν φύσεων ὄνομα, προσάγει τῷ λόγῳ ἀμφοτέραις πρεπώδη ταῖς φύσεσι. Τί γὰρ φησι; Τοῦτο φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. Ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω· ὑπήκοος ἐγένετο μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ὅπερ γὰρ ἔμελλε τῆς θανάτου μεμνῆσθαι, ἵνα μὴ θεὸν λόγον ἐντεῦθεν τις παθητὸν ὑπολάβῃ, πάσχει τὸ, Χριστὸς, ὡς τῆς ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας ἐν μοναδικῷ προσώπῳ προσηρέσιν σημαντικόν· ὅπως ᾖ ἀπαθὴς ὁ Χριστὸς, καὶ παθητὸς ἀκινδύνως * καλοῖτο· ἀπαθὴς μὲν θεότητι, παθητὸς δὲ τῇ τοῦ σώματος φύσει. πολλὰ λέγειν περὶ τούτου διωάμην, καὶ πρότερόν γε τὸ μηδὲ γεννήσεως ὀφεῖλον τῆς οἰκονομίας, ἀλλ' ἐνανθρωπήσεως εἰπεῖν τοὺς ἁγίους ἐκείνους μνημονεῦσαι πατέρας, πλὴν τῆς βραχυλογίας ἐν προοιμίοις ὑποσχόμενον χαλινοῦσαι τῷ λόγῳ σπεύδοντα, καὶ πρὸς τὸ δεύτερον τῆς σῆς ἀγάπης κινοῦσαι κεφάλαιον.

β'.

Ἐν ᾧ δὲ καὶ τὴν τῶν φύσεων ἐπήνουν διαίρεσιν κατὰ τὸν τῆς ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος λόγον, καὶ πλὴν τούτων εἰς ἑνὸς προσώπου συναφείαν· καὶ τὸν θεὸν λόγον δεύτερας οὐ γυναικὸς μὴ φάσκειν δεδεῆσθαι γεννήσεως· καὶ τὸ πάθοις ἀνεπιδέκτον ὁμολογεῖν πλὴν θεότητα. ὀρθοδόξα γὰρ ὡς ἀληθῶς τὰ ζητούμενα, καὶ ταῖς τῶν αἱρέσεων

ANNO CHRISTI 431.

πασῶν περὶ τὰς δεσποτικὰς φύσεις ἐναντία κακοδοξίαις. τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ μέν τινα σοφίαν κεκρυμμένην ἐπήγετο ταῖς τῶν ἀναγινωσκόντων ἀκοαῖς ἀκατάληπτον, τῆς σῆς ἐστιν ἀκριβείας εἰδέναι. ἐμοὶ γοῦν τὰ πρῶτα καταστρέφειν ἐδόκει. τὸν γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἀπαθῆ κηρυχθέντα, καὶ δευτέρας γεννήσεως ἄδεκτον, πάλιν παθητὸν καὶ νεόκτιστον οὐκ οἶδ' ὅπως εἰσῆγεν, ὡς τῶν κατὰ φύσιν τῷ θεῷ λόγῳ προσόντων, τῇ τοῦ ναοῦ συναφείᾳ διεφθαρμένων, ἢ μικροῦ τινος τοῖς ἀνθρώποις νομιζομένου, τὸ τὸν ἀναμάρτητον ναὸν, καὶ τῆς θείας ἀχώριστον φύσεως, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν γεννησίν τε καὶ τελευτὴν ὑπομεῖναι, ἢ πιστεύεσθαι τῆς δεσποτικῆς οὐκ *ὀφειλομένης φωνῆς πρὸς Ἰουδαίους βοώσης· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· οὐ, λύσατέ μου τὴν θεότητα, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσεται. πάλιν πλατῦναι κἀνταῦθα βουλόμενος, τῇ τῆς ἐπαγγελίας ἀναστέλλομαι μνήμῃ. ῥητέον οὖν ὅμως βραχυλογίᾳ χρησάμενον.

*ὀφειλούσης

rum circa Domini naturas opinationibus quam maxime aduersa sunt. At vero vtrum reliqua occultam aliquam & incomprehensibilem sapientiam legentium auribus inferant, id tuæ solertiæ fuerit diiudicare. Mihi sane cum antecedentibus adeo non cohærere videntur, vt ea omnino quoque euertere existimem. Etenim quem antea neque patibilem, neque secundæ generationis capacem prædicaueras, hunc ipsum rursum patibilem, nuperque nescio quomodo productum asseueras: quasi vero quæ in Dei Verbum naturaliter conueniunt, ea templi cõiunctione abolita sint: aut parui apud homines fieri debeat, templum illud nullo vnquã peccato contaminatum, & a diuina natura inseparabile, peccatorum nostrorum causa & natum & mortuum esse: aut denique Domino Iudæos eiusmodi oratione compellanti: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*; fidem habere non oporteat. Ecce non dicit, soluite diuinitatem meam, & in tribus diebus excitabitur; sed, Soluite templum hoc. Rursum excurrere nonnihil hic cupiens, sponsionis meæ memoria impedior. Dicendum est nihilominus aliquid, vt tamen a constituta mihi breuitate non recedam.

Ioan. 2. v. 19.

γ'.

Γενταχοῦ τῆς θείας γραφῆς, ἡνίκα ἂν μνήμην τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας ποιῆται, γέννησις ἡμῖν καὶ πάθος οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ παραδίδοται· ὡς καλεῖσθαι κατὰ ἀκριβεστέραν προσηγορίαν τὴν ἁγίαν παρθένον Χριστοτόκον, οὐ θεοτόκον. ἄκουε ταῦτά γε τῶν εὐαγγελίων

III.

Vbicumque diuinæ scripturæ dispensationis Dominicæ mentionẽ faciunt, ortus ipse & mors non diuinæ, sed humanæ Christi naturæ semper tribuitur. Quapropter si rem diligentius consideremus, sacra Virgo non deipara, sed Christipara appellanda erit. Audi quomodo euangelia

Matth.1. istud proclament: *Liber*, inquiunt, *generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham.* Atqui perspicuum est, Deum Verbum non extitisse Dauidis filium. Accipe, si placet, aliud hoc testimonium:
Ibid.16. *Iacob*, ait, *genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Perpende rursum aliam euangelii vocem, veritatem hanc diserte confirmantem:
Ibid. 18. *Christi*, inquit, *generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, inuenta est habẽs in vtero de Spiritu sancto.* Quis autem Vnigeniti diuinitatem, Spiritus sancti creaturam esse credat? Adde his illud quoque: *Erat*
Ioan.2. *Act.1.v.14.* *mater Iesu ibi.* & rursum: *Cum*
Matth.1. v.20. *Maria matre Iesu.* & illud: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto*
Matth.2. v.13. *est.* & illud: *Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.*
Rom.1.v.3. & illud: *De Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.* & illud rursum de eiusdem
Rom.8.v.3. passione: *Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne.* & illud iterum: *Chri-*
1.Cor.15. *stus mortuus est pro peccatis nostris:*
1.Petr.4. & rursum: *Christo in carne passo.* denique: *Hoc est*, non mea diuinitas, *sed corpus meum, quod pro*
Luc.22. v.19. *vobis frangitur in remissionem peccatorum.* Sunt aliæ innumeræ sententiæ, quæ diuinitatem neque nuper natam, neque corporeæ perpessionis capacem esse, mortalium generi testatum faciunt; sed ipsam carnem, quæ diuinæ coniuncta est naturæ. Quare & ipse quoque Christus Dauidis dominum & filium se nominat: *Quid,*
Matth.22. v.42. inquit, *vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Respondit Iesus, & ait illis: Quomodo*

βοώντων· βίβλος, φησὶ, γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Anno Christi 431
δῆλον ὂν ὅτι τοῦ Δαυὶδ υἱὸς ὁ θεὸς λόγος ἐκ Μῶ. ἄκουε καὶ ἄλλου, εἰ δοκεῖ, μαρτυρίαν· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστός. σκόπει πάλιν ἑτέραν ἡμῖν διαμαρτυρομένην φωνήν· τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. κύημα δὲ τὸ πνεύματος τίς ἂν ὑπολάβοι τὸ τῆς μονογενοῦς θεότητος; εἰ δεῖ λέγειν τό· Μῶ ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖνος καὶ πάλιν, τό· σὺ Μαρία τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ. καὶ τό· τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. καὶ τό· λάβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. καὶ τό· περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. καὶ τὸ περὶ τῶν παθῶν αὐτοῦ· ὅτι ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ * ἀπέστειλεν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. καὶ πάλιν· Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. καὶ, Χριστοῦ παθόντος σαρκί. καὶ, τοῦτό ἐστιν, οὐχ ἡ θεότης μου, ἀλλὰ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ μυρίων ἄλλων φωνῶν διαμαρτυρομένων τὸν ἀνθρώπων τὸ γένος, μὴ τὴν τοῦ υἱοῦ νομίζειν θεότητα πεφυσῆσθαι, ἢ πάθους σωματικοῦ δεκτικὴν, ἀλλὰ τὴν σεσημασμένην τῇ φύσει τῆς θεότητος σάρκα. ὅθεν καὶ κύριον τὸν Δαυὶδ ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, καὶ υἱὸν ὀνομάζει. τί οὖν ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; φησί· τίνος ἐστὶν υἱός; λέγουσιν αὐτῷ· τοῦ Δαυίδ. ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· πῶς οὖν

ANNO CHRISTI 431.

οὖν Δαυὶδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; ὡς υἱὸς ὢν τῆς Δαυὶδ πάντως κατὰ σάρκα, κατὰ δὲ τὴν θεότητα κύριος. εἰ μὲν οὖν τὸ *ἑνοῦσθαι θεότητος τὸ σῶμα ναὸν, καὶ ναὸν κατ' ἄκρον τινὰ καὶ θεῖον λελαλημένον

*Χριστοῦ

*ἀναφέρει σωτήριον· * ὡς οἰκειοῦσθαι τὰ τούτου τῇ τῆς θεότητος φύσιν ὁμολογεῖσθαι, καλὸν καὶ τῶν εὐαγγελικῶν παραδόσεων ἄξιον. τὸ δὲ δὴ τῷ τῆς οἰκειότητος προσρηθὲν ὄνομα καὶ τὰς τῆς σωτηριώδους σαρκὸς ἰδιότητας, γέννησιν λέγω, καὶ πάθος, καὶ νέκρωσιν, ἢ πλανωμένης ὄντων ἀληθῶς καθ' ἕλλειψιν, ἀδελφὲ, διανοίας, ἢ τὰ τῶν φρενοβλαβῶν Ἀπολιναρίου, καὶ Ἀρείου, καὶ τῶν ἄλλων νοσούσης αἱρέσεων· μᾶλλον δὲ, ὅπου κἀκείνων βαρύτερον. ἀνάγκη γὰρ τῷ τῆς οἰκειότητος τοῦ ὀνόματος τοὺς προσυρομένους ὀνόματι, καὶ γαλακτοτροφίας κοινωνὸν διὰ τὴν οἰκειότητα τὸν θεὸν λόγον ποιεῖν, καὶ τὸν κατ' μικρὸν αὐξήσεως μέτοχον, καὶ τὸν ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ δηλίας, καὶ βοηθείας ἀγγελικῆς *δεήσεται. καὶ σιωπῶ περιτομὴν, καὶ θυσίαν, καὶ ἱδρῶτας, καὶ πεῖναν, καὶ δίψαν, ἃ τῇ σαρκὶ μὲν ὡς δι' ἡμᾶς συμβάντα, *προσκυνητῶς σωτηριώδη· ὑπὲρ δὲ τῆς θεότητος ταῦτα καὶ ψυχὴν λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν ὡς συκοφάνταις δικαίας καταγνώσεως αἴτια. αὗται τῶν ἁγίων πατέρων αἱ παραδόσεις· ταῦτα τῶν θείων γραφῶν τὰ παραγγέλματα. οὕτω λέγε καὶ τὸν τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θείου, καὶ τὰ τῆς αὐθεντίας θεολογεῖ· ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ πᾶσι, καὶ πρὸς πάντας, καθὰ ὁ Παῦλός φησι.

*δεήσεως

*προσκυνητῶς σωτηριώδη.

ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis? Est enim plane filius Dauid secundum carnem; secundum diuinitatem vero, eiusdem dominus est. Rectum proinde, euangelicæque traditioni consentaneum est, vt Christi corpus diuinitatis templum esse confiteamur, illudque nexu vsque adeo sublimi, diuinoque & admirabili ipsi coniunctum, vt dicamus diuinam naturam ea sibi vindicare, quæ corporis alioqui sunt propria. Verum propter hanc appropriationem diuino verbo adscribere natiuitatem, passionem, mortem, ceteraque carnis proprietates, id demum, mi frater, mentis est aut ethnicorum more vere errantis, aut certe insani Apollinarii, & Arii, aliorumque hæreticorum morbo, aut alio etiam grauiori laborantis. Necesse est enim istos per appropriationis vocabulum eo trahi, vt Deum Verbum lactationis participem, & succedanei incrementi capacem, & ob formidinem passionis tempore declaratam, angelici præsidii indigum faciant. Missa hic facio circumcisionem, sacrificium, sudorem, famem, sitim, quæ carni acciderunt, nostrique causa eamdem affecerunt. Quod si hæc eadem diuinitati adscriberelubeat, & falsa erunt, & nobis veluti calumniatoribus iustæ damnationis causam afferent. Hæ sunt sanctorum patrum traditiones; hæc sanctarum scripturarum mandata. Ad hunc modum & de diuina clementia & de Dei maiestate theologus disceptet: *Hæc meditare, in his esto; vt profectus tuus manifestus sit omnibus, & ad omnes;* vt inquit Paulus.

IV.

Quod vero eorum qui offensi sunt, curam amplecteris, recte facis, & gratias habeo animæ tuæ, sedulo quæ Dei sunt meditanti, anxiamque rerum nostrarum curam gerenti. Verum a clericis fortasse tuæ pietatis, qui quod Manichæorum hæresi infecti essent, a sacra Synodo exauctorati hic sunt, delusum te scias. Nam res ecclesiasticæ quotidie crescunt & augentur; & aggregatio populorum eos sortitur Dei beneficio successus, vt qui multitudinem intuentur, non possint cum propheta non exclamare:

Isai. 11. v. 9. *Repleta est terra cognitione Domini, sicut aqua multa cooperit maria.* Imperatores quoque propter dogmatis illustrationem in summa lætitia vitam agunt. Et vt verbo concludam, illam de cunctis hæresibus Deum impugnantibus, rectaque ecclesiæ doctrina vocem apud nos quotidie ad effectum deduci comperias: *Domus*

2. Reg. 3. *Saul procedebat, & infirmabatur: & domus Dauid procedebat, & confirmabatur.* Hæc fraterno affectu fratri a nobis dantur consilia. *Si quis autem voluerit esse contentiosus*, hic beatum Paulum per nos clamantem intelliget:

1. Cor. 11. v. 16. *Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesiæ Dei.* Vniuersam quæ tecum est, fratrum societatem ego, quique mecum sunt, plurimum saluere iubemus. Semper incolumis pro nobis Deo supplices, obseruandissime & piissime.

δ'.

Anno Christi 431.

Τῆς δέ γε τῶν σκανδαλιζομένων φροντίδος καλῶς μὲν ποιεῖς ἀντεχόμενος, καὶ χάρις τῇ τῶν θείων μεριμνητικῇ σου ψυχῇ, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν φροντιζούσῃ. γίνωσκε δὲ πεπλανημένον σαυτὸν ὑπὸ τῶν τῆς σῆς ἴσως διαθέσεως κληρικῶν, ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου καθῃρημένων, ὡς τὰ Μανιχαίων φρονούντων. τὰ γὰρ τῆς ἐκκλησίας καθ' ἑκάστην προκόπτει, καὶ τὰ τῶν λαῶν ἐν ἐπιδόσει τοσαύτῃ διὰ τὴν τοῦ * θεοῦ χάριν, ὡς τὰ τοῦ προφήτου, βλέποντας τὰ πλήθη, βοᾷν· ἐνεπλήσθη ἡ γῆ τοῦ γνῶναι ⓦ * κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. τά τε τῶν βασιλέων ἐν ὑπερβαλλούσῃ χαρᾷ, * πεφωτισμένων τοῦ δόγματος. καὶ ἵνα συνελὼν ἐπιστείλω, ἐκείνην ἐπὶ ταῖς θεομάχοις ἁπάσαις αἱρέσεσι, καὶ τῇ τῆς ἐκκλησίας ὀρθοδοξίᾳ, καθ' ἑκάστην εὕροι τις ἂν παρ' ἡμῖν τὴν φωνὴν πληρουμένην· ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει, καὶ ὁ οἶκος Δαυὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο. ταῦτα παρ' ἡμῶν ὡς ἀδελφῶν πρὸς * ἀδελφὸν συμβουλεύματα. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλονεικεῖν, κεκράξεται καὶ δι' ἡμῶν πρὸς ⓦ τοιοῦτον ὁ Παῦλος· ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐῤῥωμένος, καὶ ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης, πάντα μοι τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε.

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Επιστολὴ Κυρίλλου πρὸς τοὺς ἐγγράφως αὐτὸν αἰτιασαμένους, ὅτι περ οὐ σεσιώπηκεν, ἐξ ἀκοῆς μαθὼν ἕρπειν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὴν δυσσεβῆ τοῦ Νεστορίου διδασκαλίαν.

ΕΠΕΙΔΗ μοι γέγραφεν ἡ εὐλάβεια ὑμῶν, ὡς λυπουμένου τοῦ θεοσεβεστάτου Νεστορίου, ὅτι τὴν πρὸς μονάζοντας ἐποίησα ἐπιστολὴν, ἀνασειράζειν βουλόμενος τοὺς ἐπὶ τῷ θρύλλῳ σκανδαλισθέντας· ἀναγκαίως τοῦτό φημι, ὅτι περ οὐ τοσοῦτον γέγονε *παρ' ἡμῶν, ὅσον παρὰ τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας. ἐγὼ μὲν σκανδαλισθεῖσιν ἀνθρώποις ἀπὸ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ, τὴν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐξεθέμην λόγον· αὐτὸς δὲ ἠνέσχετο ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ καὶ τῇ τῶν ὀρθοδόξων, τοῦ καλοῦ Δωροθέου τοῦ ἐπισκόπου φανερῶς λέγοντος· ἀνάθεμα εἴτις εἶναι λέγει τὴν ἁγίαν Μαρίαν θεοτόκον. καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἀκούσας σεσίγηκεν, ἐκείνου λέγοντος, ἀλλὰ καὶ εἰς κοινωνίαν αὐτὸν εὐθὺς τὴν μυστικὴν ἐδέξατο, καὶ κοινωνὸν ἐποίησεν. ἰδοὺ τοίνυν ἀνεθεματίσθημεν ἐπ' αὐτοῦ, ἵνα τέως μὴ λέγοιμι παρ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἐπ' ἐκκλησίας ἐφθέγξατο τοιαῦτα παρὰ γνώμην αὐτοῦ. τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρὸς θεὸν ἀποδημήσαντες πατέρες ἡμῶν, ἀνεθεματίσθημεν. τί οὖν ἐκώλυε καὶ ἡμᾶς ταῖς ἐκείνου φωναῖς γράψαι τἀναντία, καὶ εἰπεῖν· εἴτις οὐ λέγει

*παρ' ἡμῶν

CAPVT X.

Epistola Cyrilli ad eos perscripta, quorum literis notatus fuerat, quod vulgi rumore persuasus impiam Nestorii doctrinam in peius serpere, non siluisset.

QVANDOQVIDEM pietas vestra ad me scribit, religiosissimum Nestorium magnam ex iis literis cepisse molestiam, quas ad monasticam vitam agentes scripsi, illos reuocare studens, qui ex disseminatis rumoribus offensi erant; fateri cogor, hoc quidquid est ægritudinis, nõ tam ex me, quam ex eius religiositate ortum esse. Nam ego hominibus propter illius exegeses maiorem in modum offensis, rectæ fidei doctrinam exposui: ille vero in catholica orthodoxorumque ecclesia, bonum episcopum Dorotheum aperte dicentem tulit: Si quis S. Mariam deiparam esse dixerit, anathema sit. Neque solum conticuit, cum hæc illum loquentem audiret, verum eumdem quoque ipsum ad mysticam communionem mox admisit, mysteriorumque participem effecit. En igitur ipso præsidente, ne dicam interea ab ipso sententiam proferente, anathemate ferimur. neque enim Dorotheus præter sententiam Nestorii hæc in ecclesia dixisset. Itaque nosipsi, qui etiamnum in vita manemus, ceteriq; terrarum orbis episcopi, tum patres quoque nostri, qui iam ad Deum profecti sunt, anathemate percussi sumus. Quid vetabat & nos quoque vocibus illius contraria scribere, ac dicere: Anathema

si quis Mariam deiparam esse negauerit? Verum id hactenus propter illum facere nolui, ne sint qui episcopum Alexandrinum, Ægyptiamve synodum anathematis sententiam in Nestorium tulisse dicant. Quod si piissimi occidentis & orientis episcopi intellexerint, se omnes ab illo anathemate plexos esse; (omnes namque sanctam Mariam deiparam esse profitentur) quo id tandem animo accepturi sunt? An non omnes ægerrime istud patientur, non tam propter seipsos, quam propter sanctos patres, in quorum monumentis sacram virginem Mariam semper deiparam appellatam comperimus? Sane nisi videretur futurum onerosum, non pauca diuersorum patrum volumina misissem, in quibus non semel, sed frequentissime vocem hanc positam inuenias, qua sacram virginem deiparam esse confitentur.

θεοτόκον εἶναι τὴν Μαρίαν, ἀνάθεμα; ἀλλ' οὐ πεποίηκα τοῦτο, δι' αὐτὸν τέως, ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι ἀνεθεμάτισεν αὐτὸν ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ἤτοι ἡ σύνοδος ἡ Αἰγυπτιακή. ἐὰν δὲ μάθωσιν οἵ τε κατὰ δύσιν καὶ ἀνατολὴν θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, ὅτι ἀνεθεματίσθησαν πάντες· πάντες γὰρ λέγουσι καὶ ὁμολογοῦσιν, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Μαρία· πῶς ἄρα διατεθήσονται; ἢ πῶς οὐχ ἅπαντες λυπηθήσονται, καὶ εἰ μὴ δι' ἑαυτοὺς, ἀλλ' οὖν διὰ τοὺς ἁγίους πατέρας, ὧν ἐν τοῖς συγγράμμασιν εὑρίσκομεν ἀεὶ θεοτόκον ὀνομαζομένην τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν; εἰ δὲ μὴ ἐδόκει φορτικὸν εἶναι τὸ ἐσόμενον, πολλὰς ἂν ἔπεμψα βίβλους πολλῶν ἁγίων πατέρων, ἐν αἷς ἐστιν εὑρεῖν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις κειμένην τὴν φωνὴν, ἐν ᾗ ὁμολογοῦσιν εἶναι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν.

Anno Christi 431.

CAPVT XI.

Cyrilli epistola ad quemdam Nestorii studiosum.

NOVI dilectionis tuæ sinceritatem, neque studium ignoro. Et si quidem ad aliquem morum meorum ignarum scriberẽ, pluribus sane verbis persuadere conarer, me pacis quidem perstudiosum, a litibus vero ac rixis alienum esse prorsus; denique talem, qui omnes amare, & ab omnibus vicissim amari peroptem. Sed quia ad eum scribo, cui studia mea comperta sunt, breuiter vnũ monebo; nempe, si rerum aut pecuniarum iactura fratris ægritu-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Επιστολὴ Κυρίλλου πρός τινα ζηλωτὴν, περὶ Νεστορίου.

ΟΙΔΑ μὲν τῆς σῆς ἀγάπης τὸ εἰλικρινὲς, καὶ οὐκ ἠγνόηκα τὴν σπουδήν. καὶ εἰ μὲν ἔγραφον πρός τινα τῶν ἐμὸν οὐκ εἰδότα τρόπον, πολλοῖς ἂν ἐχρησάμην λόγοις, ἀναπείθων, ὅτι σφόδρα εἰμί τις εἰρηνικὸς, καὶ οὐ δύσερις, οὔτε φιλόμαχος, ἀλλ' εὐχόμενος καὶ φιλεῖν ἅπαντας, καὶ φιλεῖσθαι παρὰ πάντων. ἐπειδὴ δὲ πρὸς εἰδότα γράφω, βραχυλογήσας ἐκεῖνο διδάσκω· ὅτι εἰ πραγμάτων ἦν, ἢ χρημάτων ἀφαίρεσιν ὑπομεῖναι, καὶ παῦσαι λύπην

ANNO CHRISTI 431.

ἀδελφοὶ, ἑτοιμασάμεθα ἂν ἡδέως, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν τε τῆς ἀγάπης ἠγεῖσθαι πρόθυμότερον. ὅπερ ἂν ὁ τῆς πίστεως λόγος ὄντι, καὶ ἐσκωδαλίσθησαν καὶ αἱ καθ' ἅπασαν ὡς ἔπος εἰπεῖν τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν ἐκκλησίαι· οὐ γὰρ ὅστις τὴν ἐξ οἱασδηποτοῦν πόλεως ἢ χώρας ἐρχομένων, καὶ μὴ λέγων, ὅπου τοῦτό ἐστι τὰ θρυλλούμενα; καὶ ποία καινὴ μάθησις τὰς ἐκκλησίας ὑπαφέρεται; πρὸς ταῦτα παρασκευάσθημεν ⓓ πεπεισθέντες ὑπὸ θεοῦ ⓜ τὸ μυστηρίου λόγον; πρὸς οἷς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως δικάσονται ⓓ μυσταγωγούμενοι παντός. ἐρρόσθω γὰρ οὕτω τηρῆσαι τὴν πίστιν, ὡς μεμυσταγώγηνται ὑφ' ἡμῶν. καὶ εἰ μὴ ὀρθῶς τοῦτο πεπράξαμεν, ὑπολήψόμεθα καὶ μισθὸν, τυχόμεθα δὲ καὶ ἐπαίνων· εἰ δὲ ἑτέρως καὶ διεστραμμένως, ποίαν φλόγες ἡμῖν ἐρκέσουσιν; ἀκουσόμεθα γὰρ· ὅπου τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ ⓜ λαόν μου ἀπέκτεινας, καθ' ὃ γεγραμμένον. καὶ ἕκαστος μὲν τῶν ἐν τάξει λαϊκῶν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ὑπεραπολογήσεται· ἡμεῖς δὲ ⓓ ταῖς τῆς ἱερωσύνης λειτουργίαις πεφορτισμένοι οὐχ ὑπὲρ μόνων ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων τῶν πιστευόντων εἰς Χριστὸν ὑπολογησόμεθα. ἐμοὶ τοίνυν οὐδείς ὄντι λόγος οὐ λύπης, οὐχ ὕβρεως, οὐ λοιδορίας τῆς οὕτω πολλῆς, ἧς πεποίληται κατ' ἐμοῦ τῶν ἀνυπολήπτων τινές. ἀλλ' οἰχέσθω ταῦτα πάντα πρὸς λήθην· δικάσει γὰρ καὶ τοῖς πεφλυαρηκόσι θεός. μόνον σωζέσθω τὰ τῆς πίστεως. καὶ φίλος εἰμὶ καὶ ἀγαπητὸς, καὶ οὐδενὶ παραχωρῶν πρὸς τὸ χρῆναι μείζονος φιλεῖν ⓜ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Νεστόριον· ὃν, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ

dinem sanare liceret, me eam iacturam subiturum esse promptissime, ne quid caritate prius habere viderer. At quia fidei negotium agitur, & offensionem passæ sunt, vt semel dicam, omnes quotquot per Romanum imperium sunt ecclesiæ; (nemo enim est, ex quacumque demum ciuitate aut regione aduenerit, qui non quærat: Ecquinam sunt hi rumores? ecquæ noua hæc doctrina ecclesiis ingeritur?) quod nos remedium huic malis adhibebimus, quibus diuinorum mysteriorum doctrina a Deo concredita est? quos ii qui a nobis initiantur & erudiuntur, iure accusare poterunt, ac dicere, eam se fidem tenuisse, quam a nobis edocti fuerant. Quare si bona fide munus id obiuerimus, dignam mercedem laudati assequemur: sin autem aliter, hoc est peruerse; quæ nobis flammæ ad supplicium sat esse poterunt? Audiemus enim illud: *Terram meam perdidisti, & populum meum occidisti;* sicut scriptum est. Sane e laicis quilibet de sua dumtaxat vita rationem redditurus est: nos vero, quorum humeris sacerdotii onus incumbit, non pro nobis tantum rationem reddituri sumus, sed pro omnibus Christi fidelibus. Me igitur nulla neque iniuria, neque contumelia, neq; conuicia mouent, etiam si quamplurima per quosdam petulantiores illata mihi sint. Sed hæc omnia obliuione conterantur. Deus enim istiusmodi nugatores iudicaturus est. Tantum fides integra & salua sit. Ego vero & amo & diligo; neque vlli concedam, vt religiosissimum episcopum Nestorium ardentius amet, quam ego: quem etiam (Deum *Is.* 14. v. 20.

testor) in Christo peropto apud omnes bene audire, notamque ob ea quæ pridem acta sunt, contractam eluere; ac palam facere, calumniam esse meram, non veritatem, quæ de fide a nonnullis inuulgata sunt. Nam si Christi mandato ad inimicorum dilectionem vrgemur; quomodo consentaneum non est, vt amicos & consacerdotes omni beneuolentiæ studio complectamur? Quod si exoriantur qui fidem demoliri satagant, nostras ipsorum animas non prodituros, licet ipsa quoque mors capiti nostro impendeat, nulli debet esse dubium. Nam si pro gloria Dei veritatem prædicare formidauerimus, ne videlicet in aliquam molestiam incidamus; qua, quæso, fronte sanctorum martyrum certamina & triumphos apud populum laudibus euehemus? quippe quos vno hoc nomine præcipue decantamus, quod præstiterunt hoc quod dictum est: *Vsque ad mortem certa pro veritate.*

Eccl. 4. v. 33.

φημι, καὶ εὐδοκιμεῖν ἐν Χριστῷ βούλομαι, καὶ ὧν ἐπὶ τοῖς ἤδη παρελθοῦσιν ἀφανίσαι μῶμον, καὶ δεῖξαι συκοφαντίαν, καὶ οὐ πάντως ἀλήθειαν, τὰ παρά τινων ἐπὶ τῇ πίστει θρυλλούμενα. εἰ δὲ προστετάγμεθα παρὰ Χριστοῦ καὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπᾶν, πῶς οὐ μᾶλλον ἀκόλουθον ἀδελφοῖς τε καὶ συνιερεῦσι τοῦτο ποιεῖν; ὅτι γὰρ εἰ παραλύοιτο παρά τινων ἡ πίστις, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οὐ προδώσομεν, κἂν εἰ προκείοιτο παθεῖν καὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, οὐκ ἔστιν ἀμφίβολον. εἰ γὰρ δεδίαμεν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, ἵνα μὴ περιπέσωμεν ἀηδίαις, ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐγκώμια ποιησόμεθα πρὸς τοὺς λαοὺς; οὓς ἐπαινοῦμεν, ὅτι περ τετηρήκασι τὸ εἰρημένον· ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.

Anno Christi 432.

CAPVT XII.

Eiusdem Cyrilli epistola ad clericos Constantinopolitanos, mutuis dissidiis inter se cõflictãtes.

COMMENTARIO, quem misistis, perlecto, comperi Anastasium presbyterum, sermone vobiscum habito, pacis & amicitiæ studium simulasse, ac inter cetera dixisse: Hoc ipsum quod is (*nempe Cyrillus*) ad solitariam vitam agentes scripsit, & nos quoque sentimus. mox ad proprium suum scopum respectantem, hæc de me subdidisse: Nam ille quoque sacram Synodum vocis huius, deiparæ, nullam vsquam men-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Κωνσταντινουπόλεως κληρικοὺς στασιάζοντας.

ΑΝΕΓΝΩΝ τὸ ὑπομνηστικὸν τὸ ἀποσταλὲν παρ' ὑμῶν, δι' οὗ ἐμάνθανον, ὅτι Αναστάσιος ὁ πρεσβύτερος συντυχὼν ὑμῖν προσεποιεῖτο ζητεῖν καὶ φιλίαν καὶ εἰρήνην, καὶ ἔλεγεν· ὅτι ὡς ἔγραψε τοῖς μονάζουσιν, οὕτω φρονοῦμεν. εἶτα πρὸς ἴδιον σκοπὸν βλέπων ἔλεγε περὶ ἐμοῦ· ὅτι καὶ αὐτὸς εἴρηκε τὴν ἁγίαν σύνοδον μὴ μεμνῆσθαι τῆς λέξεως, τῆς θεοτόκου φημί. ἐγὼ δὲ

ANNO CHRISTI 431.

γέγραφα, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐμνήσθη ἡ σύνοδος τῆς λέξεως, καλῶς ἐποίησεν· οὔτε γὰρ ἐκινήθη τοιοῦτόν τι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ· διὸ οὔτε ἦν ἀνάγκη τὰ μὴ ζητούμενα φέρειν εἰς μέσον, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῇ δυνάμει τῶν ἐννοιῶν οἶδε θεοτόκον τὴν ἁγίαν * Μαρίαν. αὐτὸν γὰρ λέγει τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, ἀνελθεῖν εἰς οὐρανοὺς, ἥξειν δὲ καὶ κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν. καὶ οὐχ ὅτι πάντως αὐτὸς ὁ ἐκ θεοῦ κατὰ φύσιν γεννηθεὶς λόγος ἀπέθανεν, ἢ ἐνύχθη τῇ λόγχῃ εἰς τὴν πλευράν. ποίαν γὰρ ἔχει, εἰπέ μοι, πλευρὰν τὸ ἀσώματον; ἢ πῶς ἂν ἀπέθανεν ἡ ζωή; ἀλλ' ὅτι ἑνωθεὶς τῇ σαρκὶ, εἶτα παρούσης αὐτῆς, ὡς τοῦ ἰδίου πάσχοντος σώματος, αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν οἰκειοῦται τὸ πάθος. σφιζόμενοι τοίνυν, καὶ ἀπατῶντες ἑαυτοὺς, ταῦτα λέγουσιν.

Ὅτι δὲ ψεύδονται, καὶ τὸν ἴδιον ἔχουσιν ἰὸν * εἰς τὴν καρδίαν, ἔστι δὴ καὶ διὰ τούτου ἰδεῖν. ἀπεστάλησαν γὰρ τῷ Βουφᾷ Μαρτυρίῳ τῷ διακόνῳ, τῷ φροντίζοντι τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, δύο χαρτία· ἓν μὲν συνταχθὲν παρὰ Φωτίου, ἢ παρ' ἑτέρου τινὸς, κατὰ τῶν τόμου τοῦ πρὸς τοὺς μονάζοντας· ἐν δὲ ὡς ἐν σχήματι τετράδος, ἀλλόκοτον ἔχον τὴν ἐπιγραφήν. ἔχει δὲ οὕτως· πρὸς τοὺς διὰ τὴν συνάφειαν ἢ τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς * σμικροῦντας, ἢ

tionem fecisse fatetur. Ego vero ad hunc modum scripsi: Quamuis Synodus voculæ huius, deiparæ, non meminerit, non ideo tamen officio recte functa non fuit: per id enim tempus nihil eiusmodi in cõtrouersiam adducebatur. Quare quæ tum ambigua non habebantur, ea in medium proferre nullum operæ precium erat. Quãquam si sententiarum vim expendere lubeat, sacram Virginẽ deiparam esse nequaquam dissimulauit: quãdoquidem illum ipsum, qui ex Deo patre natus est, per quem facta sunt omnia, incarnatum & hominem factum, mortem item perpessum, & ex mortuis resuscitatum ad cælos ascendisse, viuorum denique ac mortuorum iudicem olim venturum esse asserit. Non quod naturale Dei Verbũ secundum se aut mortuum, aut lancea in latere omnino percussum sit. Nam quale, dic mihi, latus habere id potest, quod corporis expers est? aut quomodo vita ipsa mortua est? At quia Verbum carni se vniuit, factum est, vt carne patiente, tamquam proprio corpore cruciatum subeunte, ipsum Verbum corporis perpessionem vti propriam in se transferret. Fallunt proinde ac decipiunt semetipsos, qui hæc dicunt.

Porro autem quod imposturam faciant, virusque in pectore suo reconditum gerant, vel hinc colligere licet, quod ad Bupham Martyrium diaconum qui ecclesiasticorum negotiorum administrationi præfectus est, duas chartulas miserunt, alteram a Photio, aut alio eius farinæ homine, contra commentarium quem ad monachos scripseram, compositam; alteram forma quaternionis cum noua plane & absurda inscriptione ad hunc modum: Aduersus eos qui propter vnionem, aut Vnigeniti deitatem imminuunt, aut

humanitatem deificant. At vero proœmium hæreticorum conuicia tamquam petulantius facta insectatur. Deinde conatur ostendere corpus hoc ipsum esse quod passum est, non autem Dei Verbum: quasi vero sint qui impatibile Dei Verbum pati posse vnquam dixerint. Verum nemo eo insaniæ prolapsus est. Ceterum vt sæpe iam monuimus, sacra Synodus ipsum Dei Verbum, per quod omnia condita sunt, passum affirmat; passum autem carne, secundũ scripturas. Corpore namque illius patiente, ipsum pati dicitur: quemadmodum & hominis cuiusuis anima, etsi nulla (quod quidem ad propriam naturam attinet) passione affecta, tamen corpore quod informat, patiente, pati asseritur. Sed quia scopus illis præfixus est, duos Christos, totidemque filios constituere; alterum quidem per se hominem, alterũ vero per se Deum; solamque personarum inter se coniunctionem admittere; hinc est quod versutiis agant, *& excusationes in peccatis*, vt scriptum est, *fingant*. Proinde si quando in illos incideritis, ita dicite: Perperam quidem agitis, dum nonnullos, vt episcopo vestro obloquãtur, subornatis, illosque fouetis & patrocinium illorũ suscipitis, ac vestræ improbitatis instrumenta illos facitis. Verum non est hæc ægritudinis causa: imo episcopus vester nihil quidquam offensus est illi qui istic agit. Sed turbat vniuersos cum orientis tum occidentis quoque episcopos, quod doctrina de Christo nequaquã sincera tradatur, sed peruersa. Ad cuius demonstrationem, publicamque redargutionem vnum hoc sat est, quod eiusmodi in illius exegesibus legantur, cuiusmodi a nemine vnquam in ecclesiis dicta compe-

ἀποθεοῦντας τὴν ἀνθρωπότητα. τὸ δὲ προοίμιον εἰς τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν λοιδορίας, ὡς ἐπὶ σκληρῶν γενομένας, ἐπαποτείνεται. καὶ δῆθεν πειρᾶται δεικνύειν, ὅτι τὸ σῶμά ἐστι τὸ πεπονθὸς, καὶ οὐχ ὁ θεὸς λόγος· ὥς τινων λεγόντων, ὅτι ὁ ἀπαθὴς τοῦ θεοῦ λόγος παθητός ἐστιν. ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω μαίνεται. ὡς δὲ πολλάκις εἴπομεν, ἡ ἁγία σύνοδος αὐτὸν ἔφη παθεῖν τὸν λόγον, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· παθεῖν δὲ σαρκὶ κατὰ τὰς γραφάς. παθόντος γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, αὐτὸς λέγεται παθεῖν· ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, καίτοι πάσχουσα μηδὲν εἰς ἰδίαν φύσιν, πάσχειν λέγεται, τοῦ αὐτῆς παθόντος σώματος. ἀλλ' ἐπεὶ σκοπὸς ἐκείνοις δύο λέγειν Χριστοὺς, καὶ δύο υἱοὺς, καὶ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἰδικῶς, τὸν δὲ θεὸν ἰδικῶς, εἶτα μόνων τῶν προσώπων ποιοῦσι τὴν ἕνωσιν, διὰ τοῦτο ποικίλλονται, καὶ προφάσεις πλάττονται ἐν ἁμαρτίαις, καθὰ γέγραπται. συντυχόντες τοίνυν αὐτοῖς ἐκεῖνα λέγετε· ὅτι ποιεῖτε μὲν κακῶς, εἰσβάλλοντές τινας καταφλυαρεῖν τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν, καὶ τούτους θάλποντες καὶ συγκροτοῦντες, καὶ ὄργανα τῆς ἑαυτῶν μοχθηρίας ποιούμενοι. πλὴν οὐχ αὕτη τῆς λύπης ἐστὶν ἡ πρόφασις, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐχθρός ἐστιν ὁ ἐπίσκοπος ὑμῶν τοῦ ἐνταῦθα· λυπεῖ δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ δύσιν ἐπισκόπους τὸ μὴ γίνεσθαι ὀρθῶς τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἀλλὰ διεστραμμένως. ἀρκεῖ δὲ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ ἔλεγχον αὐτῶν, τὸ μηδεπώτοτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῦτα παρά τινος εἰρῆσθαι, οἷον δὴ τὸ κείμενον ἐν ταῖς αὐτοῦ

ἐξηγή-

ANNO CHRISTI 431.

ἐξηγήσεσιν. ἔχει δὲ οὕτως. (Νεστόριος· οὐ ταῖς κραυγαῖς κρίνω τὴν εἰς ἐμὲ φιλοστοργίαν, ἀλλὰ τῷ περὶ τὰ δόγματα πόθῳ, καὶ τῷ μεμνῆσθαι τῆς τοῦ δεσπότου καὶ θεότητος ἅμα καὶ ἀνθρωπότητος. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ προσέχω τοῖς *ἡμετέροις δήμοις, εὐλάβειαν μὲν πολλὴν κεκτημένοις, καὶ θερμοτάτην εὐσέβειαν, ἐπὶ δὲ τῆς περὶ τὸ δόγμα θεογνωσίας, ἀγνοίας πεπληρωμένοις. τοῦτο δὲ οὐκ ἔγκλημα τῶν λαῶν· ἀλλὰ πῶς ἂν εὐπρεπῶς εἴποιμι, τὸ μὴ ἔχειν τοὺς διδασκάλους καιρὸν καί τι τῶν ἀκριβεστέρων *ὑμῖν παραθέσθαι δογμάτων;) πῶς γὰρ οὐκ ἐσχόλασαν οἱ πρὸ αὐτοῦ; ἆρά γε εὐστομώτερός ἐστιν Ιωάννου; ἴσος δὲ τοῦ μακαρίου Αττικοῦ, ἢ συνετώτερος; τίς ἡ ὀφρὺς αὕτη; μᾶλλον δὲ πῶς οὐχ ὡμολόγησεν ἐναργῶς, ὅτι ξένην καὶ ἀσυνήθη διδασκαλίαν εἰσήγαγε, καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ μὴ ἐγνωσμένην διὰ τὴν ἀτοπίαν μήτε ἐν συλλόγῳ πιστῶν, μήτε ἐν ἁγίαις ἐκκλησίαις; ἐμοὶ τοίνυν πρὸς αὐτὸν περὶ πραγμάτων τέως λόγος οὐδὲ εἷς. γένοιτο δὲ μᾶλλον μετανοῆσαι αὐτὸν, καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογῆσαι πίστιν· καὶ ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεποίηκεν ἐρεθίζων, καὶ ἐπαλείφων κατ' ἐμοῦ τοὺς ἐχθροὺς, ἀπολογήσεται τῷ θεῷ. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ κακῶς ἡμᾶς λέγουσιν αἱ κοπρίαι τῆς πόλεως, Χαιρήμων, Οὐίκτωρ, Σωφρονᾶς, καὶ τὸ τοῦ φυρατοῦ Φλαβιανοῦ παιδαρύλλιον· ἀεὶ γὰρ γεγόνασι καὶ περὶ ἑαυτοὺς, καὶ περὶ πάντας κακοί. ἴσω δὲ ὁ εἰσβαλὼν αὐτοὺς, ὅτι οὔτε ἀποδημίαν φοβούμεθα, οὔτε ἀπολογίαν τὴν πρὸς ἐκείνους, καὶ εἰ γένοιτο τούτου καιρός. συμβαίνει γὰρ,

riuntur. Sic autem habent. Nestorius. Populi erga me studium non vulgi acclamationibus, sed dogmatum desiderio metior, ac etiam si deitatis simul atque humanitatis Domini sint memores. Et paucis interiectis. Animaduerto plebem nostram præclaro religionis & pietatis studio feruere; sed magna interim diuinæ notitiæ ignoratione teneri video: neque tamen id ipsi populo vitio vertendum existimo, sed (vt modeste loquar) quia doctoribus nõ tantum suppetit otii, vt quidpiam accuratius de dogmatibus vobis proponant. Quod hoc supercilium? Numquid qui illum antecesserunt, doctrinæ fidei operam non dederunt? Numquid eloquẽtior est Ioanne? Numquid æqualis, vel sapientior est beato Attico? Imo vero cur ingenue non agnoscit, doctrinam se inuexisse peregrinam, planeq; inusitatam, talem denique quæ præ sua absurditate maioribus in nullis vnquã ecclesiis, aut fidelium cœtibus cognita fuit? Mihi itaque cum eo nihil negotii est. Id potius eueniat, vt ad sanam mentem redeat, rectamque fidem agnoscat. De his vero quæ in me commisit, irritando, & hostes aduersum me instigando, apud Deum causam dicet. Nihil autem mirum est, si ciuitatis fæces, Chæremon, Victor, Sophronas, & facinorosi Flauiani puerulus, suis nos maledictis insectentur. semper enim cum in seipsos, tum in ceteros quoq; omnes improbi extiterunt. Norit autem qui hosce aduersum nos armauit, nos neque longam peregrinationem formidare, neq; publicum iudicium, si qua opportunitas tulerit, detrectare. Vsu nam-

que interdum venire solet, vt vel exiguarum planeque leuium rerum occasione Saluatoris nostri prouidentia Cõcilium cogat, quo nimirum ecclesiam suam, quæ illibatam semper inconfusamque ac illustrem fidem colit, a sordibus repurget. Neque tamen miser ille, licet complures & graues viri eius opera nos accusaturi essent, rerum nostrarum iudicem fore se speret, quamuis iure Amphictyonum hoc sibi demandari faciat. nos enim istuc venientes, ab eius iudicio prouocabimus: &, si Deo placuerit, ipse de suis blasphemiis in iudicio respondere cogetur. Non igitur pacem detrectamus, sed potius eam captamus, modo tamen rectæ fidei edatur confessio, desinantque talia in medium proferre, quæ veluti peregrina lethiferum malum nobis adsciscũt. Nam blasphemus ac maledicus quaternio qui missus est, tantum in se continet peruersitatis, vt ipsum quoque lectorem lue inficiat.

Quoniam vero cauillatur, scripturam, hoc est sacram Synodum vocem inusitatam deprompsisse, dum sanctam virginem Theotocon nominauit; interrogetur & ipse vicissim cum suis, vbinam Christotocon, aut Theodochon, id est Dei susceptricem, vsquam scriptum compererint. Inter alia namque & hoc quoq; ad verbum interserit: De virgine Theodocha non disputemus, quasi ipsi aliquid cum Deo commune fuerit: prorsus quid dicat, aut quid affirmet, nõ intelligens. Si enim Deũ nõ peperit, neq; Christum Deum in vtero habuit, quo pacto Theodochos est? Quin & ipsum quoque Patrem alicubi Theotocon appellat. Vbi autem hasce voces legerit, ignoro. Reliquæ porro maculæ, quæ non paucæ numero ex

ὅπ ἡ τῆς σωτῆρ☉ οἰκονομία διὰ μικρῶν κ) ὑπελεσάτων πραγμάτων σωάγ σωόδον, ἵνα καθαίρῃ τὴν ἑαυτῆ ἐκκλησίαν, ἄσπιλον καὶ ἀσύγχυτον ἔχουσαν * τὴν ὑγιῆ πίστιν. μὴ πρεσβοκάτω δὲ ὁ βέλλαιος, ὅπ εἰ κ) πλείοις καὶ ἀξιόλογοι εἶεν ☉ διὰ τῆς αὐτῆ ἀσυσδῆς κατηγορεῖν ἡμῶν μέλλοντες, δικασὴς ἔσαι τῶν καθ' ἡμᾶς, κἂν τῆτο προσταχθῇ ὑπ' * Αμφικτόν☉. παραιτησόμεθα γὰρ ἐκεῖσε ἐλθόντες· καὶ, σὺν θεῷ φαίαι, τὰς αὐτῆ δυσφημίας ἀπολογήσεται. ὅθεν φεύγομεν τὴν εἰρωνίαν οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἁρπάζομεν, ἐὰν ὁμολογηθῇ ἡ πίστις ὀρθὴ, κ) παύσωνται τῆς λέξεν τοιαύτας, ἅπερ ξενοεπουῦτες, ἀπαλουῦται θανάτον. τοσαύτην γὰρ διαφορὰν ἔχει τὸ ἀποσταλὲν τετράδιον τῆς αὐτῆ δυσφημιῶν, ὡς μολυνέσθαι κ) ☉ ἀναγινώσκοντα.

Επεδὴ δὲ αἰτᾶται, ὡς λέξιν ἀσυνήθη* εἴρηκεν ἡ γραφὴ, ἤγουν ἡ ἁγία συνόδ☉, θεοτόκον ὀνομάσασα τὴν ἁγίαν παρθένον, ἐφαπάδωσαν αὐτοὶ, ποῦ Χριστοτόκον, ἢ θεοδόχον βῦρον γεγραμμένον. πρὸς τοῦτῳ κἀκεῖνο ἐνέθηκεν αὐτῆς λέξεσιν οὕτω· τὴν θεοδόχον τῷ θεῷ μὴ συνθεολογῶμεν πρέπον☉· ἐπεὶ εἰδὼς ὁ λέγ. εἰ γὰρ μὴ τέτοκε θεόν, μηδὲ ἔχειν ἐν τῇ κοιλίᾳ θεὸν ὅτε Χριστὸν, πῶς ἔτι θεοδόχος ὄν; καὶ αὐτὸν δὲ ☉ πατέρα εἶπε θεοτόκον. ποῦ τοίνυν αὐέγνω τὰς λέξεις ταύτας, ἀγνοῶ. πλὴν ὅτι καὶ ἄλλα πολλὰ ὑπισύρονται ἐγκλήματα

Anno Christi 431.

* ἐν

* ἐφ'

* Ἴσως ἀφ' ἁγίου.

* ἐκ

ANNO CHRISTI 431.

ἐκ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ, φυλαχθήσονται ἕως καιροῦ, εἰ μή τις γένηται μετάγνωσις. τὸ δέ γε σχεδάριον τῆς δεήσεως τὸ παρ' ὑμῶν ἀποσταλὲν, ὡς ὀφεῖλον ἐπιδοθῆναι μὲν βασιλεῖ, οὐκ ἄνευ δὲ γνώμης * ὑμῶν, λαβὼν ἀνέγνων. ἐπεὶ δὲ πολλὴν εἶχε καταδρομὴν κατὰ τοῦ ἐκεῖσε ἢ ἀδελφοῦ, ἢ πῶς ἂν εἴποιμι, τέως ἐπέσχον, ἵνα μὴ ἐπέρχοιτο ἡμῖν λέγων· κατηγορήσατέ μου ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ὡς αἱρετικοῦ. ὑπηγορεύσαμεν δὲ ἑτέρως, μετὰ τοῦ καὶ παραιτεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κρίσιν, εἰπόντες καὶ τῆς ἔχθρας τὸν τρόπον, καὶ τὴν δίκην μεταπάσαι, εἰ ἐνίστανται ὅλως ἐκεῖνοι, εἰς ἑτέρους ἄρχοντας. ἀναγνόντες τοίνυν τὸ σχεδάριον, ἐπίδοτε, εἰ καλέσειε χρεία· κἂν ἴδοιτε ὅτι ἐπιβουλεύων ἐμμένει, καὶ ἀληθῶς πάντα κινεῖ τρόπον τὸν καθ' ἡμῶν ὁρῶντα, σπουδαίως γράψατε. καὶ ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐλαβεῖς καὶ φρονίμους, ἐπισκόπους τε καὶ μονάζοντας, ἐξαποστελῶ πρώτῳ καιρῷ. οὐ γὰρ μὴ δώσω ὕπνον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ ἀγωνίσωμαι τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ἀγῶνα. * τοιγαρτοὶ μεμαθηκότες τὴν ἡμῶν γνώμην, ἀνδρίσασθε. ἤδη γὰρ καὶ γενήσονται παρ' ἡμῶν γράμματα, ἃ δεῖ, καὶ πρὸς οὓς δεῖ. σκοπὸς γάρ μοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καὶ καμεῖν, καὶ ὑποστῆναι πᾶν ὁτιοῦν τῶν νομιζομένων εἶναι δεινῶν ἐν βασάνοις, ἕως οὗ καὶ τὸν ἡδύν μοι διὰ τοῦτο ὑπομείνω θάνατον.

* ἡμῶν.

* τοιγαρτοῦν

illius enarrationibus colliguntur, nisi resipiscentia aliqua consecuta fuerit, in suum tempus asseruabuntur. Libellum supplicem a vobis ad me missum, qui imperatori porrigendus est, non tamen sine nostra sententia, accepi & legi: verum quod prolixe in eum inuehatur qui istic agit, siue fratris, siue alio quocumque nomine censeatur, hactenus suppressi, ne aduersum nos insurgens, se per nos hæreseos apud imperatorem delatum cauilletur. Itaque aliis verbis illum dictauimus, eum quoque nobis iudicem detrectantes, expresso inimicitiarum modo; & præsentem controuersiam, si omnino importuni esse perrexerint, ad aliud forum transferri rogantes. Cum itaque libellum perlegeritis, si qua necessitas poposcerit, tradite: & si eum in hisce insidiis perseuerantem, & nihil non aduersum nos molientē animaduerteritis, diligenter perscribite. Eligam enim viros pios ac prudētes, cum episcopos, tum monachos quoque, quos etiam primo quoque tempore ad vos mittam. *Neque enim oculis meis*, vt scriptū est, *somnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, neque requiem temporibus meis*, donec certamine pro omnium salute perfunctus fuero. Quare cum meam nunc sententiam didiceritis, viriliter agite. quamprimum enim parabuntur a me literæ & quales oportet, & ad quos oportet. Statui enim propter Christi fidem quemuis laborem subire, quæuis quoque perferre tormenta, etiam ea quæ inter supplicia censentur grauissima, donec tandem mortem, hac de causa susceptam, mihi iucundam pertulero.

Ps. 131. v. 4.

CAPVT XIII.

Conteſtatio publice propoſita a clericis Conſtantinopolitanis, & publicata in eccleſia, quod Neſtorius eiuſdem ſit ſententiæ cum Paulo Samoſateno, ante CLX. *annos ab orthodoxis epiſcopis anathemate condemnato.*

QVICVMQVE ſchedam hanc accepturi ſunt, eos per ſacroſanctam Trinitatem adiuro, obteſtorque, vt eamdem epiſcopis, preſbyteris, diaconis, lectoribus, necnon & laicis quoq; Conſtantinopoli habitantibus oſtendant; eiuſdemque exemplum ad euidentem hæretici Neſtorii confuſionem iiſdē impertiantur; vt qui eadem prorſus ſentiat, quæ Paulus Samoſatenus ante centum ſexaginta annos a catholicis epiſcopis anathemate condemnatus. Quæ autem ab vtroque dicta comperiuntur, ea ad hunc modum ſe habent. Paulus Samoſatenus ait: Maria Verbum non peperit. Neſtorius ab huius ſenſu non recedens: Heus tu (inquit) bone vir, Maria diuinitatem nō edidit. Addit Paulus: Neque enim erat ante ſæcula. Neſtorius ait: Diuinitati, quæ tempora condidit, matrem temporaneam aſſignant. Rurſum Paulus: Maria Verbum ſuſcepit; neq; eſt antiquior Verbo. Neſtorius ait: Qui fieri queat, vt Maria ex ſe genuerit antiquiorem ſe? Paulus ait: Maria edidit hominē nobis aſſimilem. Neſtorius dicit: Qui ex Virgine natus eſt, homo eſt. Paulus ait: Atqui per omnia nobis præſtantior eſt. nam *de Spiritu ſancto eſt*, diuiniſque edi-

Matth. 1. v. 20.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Διαμαρτυρία προτεθεῖσα ἐν δημοσίῳ* παρὰ τῶν κληρικῶν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ κατὰ ἐκκλησίαν ἐμφανισθεῖσα, ὡς ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ Νεστόριος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως τοῦ ἀναθεματισθέντος πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων.

ΟΡΚΙΖΩ τὸν λαμβάνοντα τόδε τὸ χαρτίον κατὰ τῆς ἁγίας τριάδος, ὥστε φανερὸν αὐτὸ ποιῆσαι ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, λαϊκοῖς οἰκοῦσι Κωνσταντινούπολιν· ἔτι τε καὶ τὸ ἴσον αὐτοῖς ἐκδοῦναι πρὸς ἔλεγχον τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ τοῦ ἀναθεματισθέντος Παύλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων. ἔστι δὲ τὰ εἰρημένα οὕτως. Παῦλος εἶπε· Μαρία τὸν λόγον οὐκ ἔτεκε. Νεστόριος συμφώνως εἶπεν· οὐκ ἔτεκεν, ὦ βέλτιστε, Μαρία τὴν θεότητα. Παῦλος· οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ αἰώνων. Νεστόριος· καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῷ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι θεότητι. Παῦλος· Μαρία τὸν λόγον ὑπεδέξατο, καὶ οὐκ ἔστι πρεσβυτέρα τοῦ λόγου. Νεστόριος· πῶς οὖν Μαρία τὸν ἑαυτῆς ἀρχαιότερον ἔτεκεν; Παῦλος· Μαρία ἔτεκεν ἄνθρωπον ἡμῖν ἴσον. Νεστόριος· ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου. Παῦλος· κρείττονα δὲ κατὰ πάντα. ἐπεὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ ἐπαγγελιῶν, καὶ

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἐκ τῶν γεγραμμένων ἡ ἐπ' αὐτῷ χάρις. Νεστόριος εἶπε· τεθέαμαι, φησί, τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεραὶ, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον· ἐντειλάμενος, φησί, τοῖς ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο, διὰ πνεύματος ἁγίου ἀνελήφθη. τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν. Παῦλος εἶπε· ἵνα μήτε ὁ ἐκ Δαυὶδ χρισθεὶς ἀλλότριος ᾖ τῆς σοφίας, μήτε ἡ σοφία ἐν ἄλλῳ οὕτως οἰκῇ. καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις ἦν, μᾶλλον δὲ ἐν Μωσεῖ· καὶ ἐν πολλοῖς* κυρίοις, μᾶλλον δὲ ἐν Χριστῷ, ὡς ἐν ναῷ θεοῦ. καὶ ἀλλαχοῦ λέγει, ἄλλον εἶναι τὸν Ιησοῦν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν λόγον. Νεστόριος εἶπε, μὴ ἐσχωρεῖν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεννηθέντα, ἄλλο ἅπαξ γεννηθῆναι, καὶ* ταῦτα τῇ θεότητι. Ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς λέγων ὁ παραβάτης, οὐκ ἐτέχθη ἀπὸ Μαρίας ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ πατρός. ἰδοὺ συναινεῖ τῷ αἱρετικῷ Παύλῳ τῷ Σαμοσατέων, τῷ λέγοντι ἄλλον εἶναι τὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Ιησοῦν Χριστὸν, καὶ οὐκ ἔστιν εἷς, ὡς ἡ ὀρθοδοξία κηρύττει.

*ἴσως, ἁγίοις

*τοῦτο θεότητα.

Διὰ τοῦτο ἐσημειωσάμην σοι, ὦ *ζητητὰ τῆς ἁγίας πίστεως, καὶ μέρος τοῦ μαθήματος τῆς ἐκκλησίας Αντιοχέων, ἐξ ἧς καὶ τὴν τῶν χριστιανῶν* ἐπίκλησιν ἐν πρώτοις ἔσχομεν, ὅτι οὐκ οἶδεν ἄλλον καὶ ἄλλον θεοῦ υἱὸν, ἀλλ' ἕνα τὸν πρὸ πάντων αἰώνων γεννηθέντα θεὸν ἐκ θεοῦ* ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ὁμοούσιον τῷ πατρί· καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τεχθέντα. ἔχει γὰρ ῥη-

*ζηλωτὰ

*πίστεν

*al. καὶ πατρὸς.

tus promissis, & iuxta scripturam gratia illi data est. Nestorius ait: *Vidi Spiritum descendentem quasi columbam, & manentem super illum, necnon ascensionis vim illi impertientem: quandoquidem præcipiens apostolis, quos elegerat, per Spiritum sanctum assumptus est.* Hic igitur ille est, qui hanc tantam gloriam Christo impertitus est. Paulus ait: Vt neque is qui genere ex Dauid ducto inunctus est, a sapientia alienus sit; neque tantam sapientiam in alio quopiam, quanta in ipso, extitisse putemus. Sane fuit illa in prophetis, sed amplior in Moyse: fuit in multis sanctis; at vero in Christo, tamquam in Dei templo, amplissima extitit. Idem in alio loco alium docet esse Iesum Christum, alium rursus Deum Verbum. Nestorius ait: Fieri nequit, eum qui ante omnia sæcula natus est, denuo nasci, idque secundum diuinitatem. En manifestus legis transgressor deprehenditur Nestorius, vt qui eum qui ex patre genitus est, natum ex sacra virgine neget. En Paulo Samosateno hæretico, qui alium asserit esse Verbũ, & alium Iesum Christum, neque vnum esse, vt orthodoxa profitetur ecclesia, planissime adstipulatur.

Ioan. 1. v. 32.

Act. 1. v. 2.

Accipe proinde, o sanctæ fidei zelator, partem quoque sacræ institutionis ecclesiæ Antiochenæ, quam hic tibi assignamus: ex ea enim Christianum nomen ad nos primum defluxit. Illa ergo non alium & alium Dei Filium agnoscit, sed vnum eumdemque, qui ante omnia sæcula ex Deo & Patre, Patri consubstantialis genitus est; imperante vero Augusto Cæsare ex Maria virgine natus est. Nam his ipsis verbis vtitur:

Act. 11. v. 26

Deum verum de Deo vero, consubstantialem Patri, per quem sæcula constituta, & omnia facta sunt. Qui propter nos descendit, & natus est ex Maria sancta semper virgine, & sub Pontio Pilato crucifixus est. & reliqua, quæ in symbolo consequuntur. Subscribit his B. Eustathius quoque Antiochenæ ecclesiæ quondam episcopus, qui fuit e numero trecentorum decem & octo episcoporum, qui in magna illa & sancta Synodo conuenerunt. Scribit is autem in hunc modum: Non solum homo est, sed Deus quoque; quemadmodum propheta Ieremias testatum facit. *Hic*, inquit, *Deus noster est, nec æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Et quando, quæso, cum hominibus conuersatus est, nisi tum demum, cum ex sacra virgine vt homo natus, simul cum ipsis adoleuit, simul incrementa, simul cibum, simul potum sumpsit, simul denique reliqua omnia humana exercuit? Si quis ergo dicere ausus fuerit, alium esse Filium vnigenitum, ante omnia sæcula ex Deo & Patre natum; & alium qui genitus est ex virgine Maria, & non vnum eumdemque Dominum Iesum Christum, anathema sit.

Baruch. 3. v. 36.

τῶς θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ καὶ αἰῶνες κατηρτίσθησαν, καὶ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς κατελθόντα, καὶ γενηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας τῆς ἀειπαρθένου, καὶ σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. καὶ τὰ ἑξῆς τῷ συμβόλου. συμφέρει δὲ τούτοις καὶ ὁ μακάριος ἐπίσκοπος Εὐσταθίος, ὁ τῆς αὐτῆς Ἀντιοχείας, εἷς ὢν * ἀπὸ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἐπισκόπων ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου, λέγων οὕτω· τὸ μὴ μόνον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ θεὸν, καθὼς καὶ Ἱερεμίας ὁ προφήτης λέγει· οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. πότε δὲ συναναστράφη ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὅτε συνεγενήθη μετ' ἀνθρώπων ἐκ παρθένου, καὶ συνενήπιασε, καὶ συνηυξήθη, καὶ συνέπιε, καὶ συνέφαγε, καὶ τ' ἄλλα; εἴ τις οὖν τολμήσει λέγειν ἄλλον εἶναι υἱὸν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων μονογενῆ, καὶ ἐκ τῆς παιδὸς γενηθέντα, καὶ ἄλλον ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου τεχθέντα, καὶ οὐ αὐτὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἔστω ἀνάθεμα.

ANNO CHRISTI 431.

* ἀπ

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Κελεστῖνον ἐπίσκοπον Ρώμης.

Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ πατρὶ Κελεστίνῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΙ μὲν ἦν σιωπῆσαι, καὶ μὴ πάντα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ γράφοντα τὰ κινούμενα, καὶ μέμψεως ἔξω γενέσθαι, καὶ διαφυγεῖν δύνασθαι τὸ δοκοῦν λυπηρὸν, καὶ μάλιστα ἐν ἀναγκαίοις οὕτω πράγμασιν, ὅπου καὶ ἡ τῆς πίστεως ὀρθότης παρασαλεύεται παρά τινων, ἔφην ἂν ἐμαυτῷ· καλὴ καὶ ἀκίνδυνος ἡ σιωπή· καὶ τὸ ἠρεμεῖν τοῦ ταράττεσθαι κρεῖττον. ἐπεὶ δὲ καὶ θεὸς ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν τὸ νηφάλιον ἐν τούτοις, καὶ τὰ μακρὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἔθη πείθουσιν ἀνακοινοῦσθαι τῇ σῇ ὁσιότητι, γράφω πάλιν ἀναγκαίως, ἐκεῖνο δηλῶν, ὅτι διακυκᾷ τὰ πάντα καὶ νῦν ὁ σατανᾶς, καὶ κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ μαίνεται, καὶ ὀρθοποδοῦντας ἐν πίστει τοὺς ἁπανταχόσε λαοὺς πειρᾶται διαστρέφειν. οὐ γὰρ ἠρεμεῖ τὸ παμπόνηρον ἐκεῖνο θηρίον, καὶ * εὐφόρητον εἰς ἀσέβειαν. ἐσίγων μὲν οὖν ἐν παρωχηκότα καιρόν· καὶ οὐδὲν ὅλως οὔτε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν γέγραφα περὶ τοῦ νῦν ὄντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν διέποντος, οὔτε μὴν πρὸς ἕτερον τῶν συλλειτουργῶν, τὸ ἐν τούτοις προπετὲς οὐκ ἔξω μώμου κεῖσθαι * πιστεύων. ἐπεὶ δὲ εἰς ἀκμὴν ὥσπερ ἥκομεν

* ἀφόρητον

* νομίζων

CAPVT XIV.

Epistola Cyrilli episcopi Alexandrini ad Cælestinum episcopum Romanum.

Beatissimo, Deoque dilectissimo patri Cælestino Cyrillus in Domino Sal.

SI in rebus vsque adeo necessariis, vbi recta fides male a quibusdam deprauata distortaq; periclitatur, citra notam silere, & cuncta quæ hactenus mota agitataque sunt, citra morositatis vitium, pietatem tuam celare liceret, dixissem vtique mihi: Bona ac periculi expers res est silẽtium. & illud rursum: Præstat quietam vitam agere, quam turbis operam dare. Quoniam vero Deus hisce in rebus vigilantiam a nobis exigit, & vetus ecclesiarum consuetudo suadet, vt eiusmodi res sanctitati tuæ communicentur; scribo plane necessitate adactus illud significans; nempe satanam, pessimam illam infrenemq; bestiam, quæ ab impietatis studio nunquam desistit, in præsentia quoq; omnia miscere, contraque Dei ecclesias insanire, necnõ in omnium vbique populorum, qui in rectæ fidei semita ambulabant, subuersionem studiose eniti. Sane hactenus altum tacui: neque enim quidquã omnino de illo qui Constantinopolitanam ecclesiam hoc tempore administrat, vel ad religionem tuam, vel ad vllum alium consacerdotum scripsi; non ignorans, præcipitem celeritatem in eiusmodi rebus cum vitio coniunctam esse solere. At quia nunc ad extremum propemodum ma-

lorum deuenimus, existimaui rupto silentio ordine omnia quæ acciderunt, exponere.

Is igitur, cuius paulo ante mentionem feci, vbi primum episcopus creatus est, cum piis exhortationibus domesticos æque ac peregrinos, quorum magna multitudo ex omnibus ciuitatibus & regionibus ad id loci confluere solet, instituere debuisset, ea studuit effutire, quæ absurda, & rationi dissentanea, & ab apostolica & euãgelica fide, quam maiores nostri magna semper constantia retinuerunt, nobisque perinde ac preciosam quamdam margaritam tradiderunt, omnino discrepantia sunt. Porro autem homilias, quas pro concione non infrequẽter habuit, & hucusque habere non desinit, tamquam euidens quoddam doctrinæ illius argumentum, ad tuam pietatem misi. Fateor autem, in animo fuisse synodicis literis illum commonefacere, nos cum eo communionem retinere non posse, qui talia doceret ac saperet: verum hæc quidem non feci, sed ratus lapsis manum porrigendam, prostratosque tamquam fratres erigendos esse, hortatus sum illum per literas, vt a peruersa illa doctrina resipisceret: sed hactenus nihil quidquam promouimus. Imo vero posteaquam animaduertit, tantum abesse vt cum eo consentiamus, vt ipsum quoque obiurgemus, & vt a suis commentis (dogmata enim non facile vocauerim) abscedat admoneamus; nullam insidiarum struendarum viam non tentauit, & hucusque tentare non cessat. Cum vero fore sperabamus, vt medicinam admitteret, atque ab iis quæ contra Christum docuerat, abstineret; comperimus hac nos spe frustratos esse, cum tale quid

τοῦ κακοῦ, δεῖν ᾠήθην ἀναγκαίως ἀνεῖναι λοιπὸν τὴν γλῶτταν, καὶ πάντα εἰπεῖν τὰ κεκινημένα. ὁ γὰρ μνημονευθεὶς ἅμα κεχειροτόνηται, καὶ δέον ταῖς παραινέσεσι ταῖς εἰς τὸ ἀγαθὸν ὠφελεῖν τούς τε ἐκεῖσε λαοὺς, καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους· πάμπολλοι δὲ οὗτοι, καὶ ἀπὸ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πόλεώς τε καὶ χώρας· σπουδὴν ἔθετο λαλεῖν ἔκτοπά τινα, καὶ ἔξω λόγου, καὶ ὅσα μακρὰν ἐστὶ τῆς ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως, ἣν μέχρι παντὸς τετηρήκασιν οἱ πατέρες, παρέδοσάν τε ἡμῖν ὡς πολύτιμον μαργαρίτην. καὶ τὰς μὲν ὁμιλίας, ἃς ἐπ' ἐκκλησίας εἴρηκε, καὶ τοῦτο πλειστάκις, καὶ λέγων οὐ παύεται, πέπομφα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, * ὡς εἴδησιν ἀκριβῆ. ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ, καίτοι βουληθεὶς συνοδικῷ γράμματι φανερὸν αὐτῷ καταστῆσαι, ὅτι ταῦτα λέγοντι καὶ φρονοῦντι κοινωνεῖν οὐ δυνάμεθα, τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκα· λογισάμενος δὲ, ὅτι χρὴ τοῖς ὀλισθήσασι χεῖρα διδόναι, καὶ ὡς ἀδελφοὺς πεσόντας ἐγεῖραι, παρῄνεσα διὰ γραμμάτων, ἀποχέσθαι τῆς τοιαύτης κακοδοξίας· ἀλλ' ὠνήσαμεν οὐδέν. ἐπεὶ δὲ μεμάθηκεν, ὅτι τοσοῦτον ἀφεστήκαμεν τοῦ τὰ αὐτὰ φρονεῖν, ὡς καὶ ἐπιπλήττειν αὐτὸν μεταστῆναι τῶν οἰκείων εὑρημάτων· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι δογμάτων· πάντα τρόπον ἐπιβουλῆς κεκίνηκε, καὶ εἰς ἔτι σαλεύων οὐ παύεται. ὅτε δὲ προσεδοκῶμεν αὐτὸν θεραπεύεσθαι, καὶ ἀποχέσθαι τῶν κατὰ Χριστοῦ * δογμάτων, ἔγνωμεν ὅτι διημαρτήκαμεν τῆς ἐλπίδος, τοιούτου

Anno Christi 432.

* [illegible]

* [illegible]

τινὸς

ANNO CHRISTI 431.

τινὸς γεγονότος. Ην ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπίσκοπος ὀνόματι Δωρόθεος, τὰ αὐτὰ φρονῶν αὐτῷ, ἀνὴρ χρειοκόλαξ, καὶ προπετὴς χείλεσι, καθὼς γέγραπται· ὃς ἐν συνάξει καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐκκλησίας τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀναστὰς μεγάλῃ τῇ φωνῇ τετόλμηκεν εἰπεῖν· εἴ τις θεοτόκον εἶναι λέγει τὴν Μαρίαν, οὗτος ἀνάθεμα ἔστω. καὶ γέγονε μὲν κραυγὴ μεγάλη παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ἐκδρομή· οὐ γὰρ ἤθελον ἔτι κοινωνεῖν αὐτοῖς τοιαῦτα φρονοῦσιν· ὥστε καὶ νῦν ἀποσυνάκτους εἶναι τοῦ λαοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, πλὴν ὀλίγων ἐλαφροτέρων, καὶ τῶν κολακευόντων αὐτόν. Τὰ δὲ μοναστήρια σχεδὸν ἅπαντα, καὶ οἱ τούτων ἀρχιμανδρῖται, καὶ τῆς συγκλήτου πολλοὶ οὐ συνάγονται, δεδιότες μὴ ἀδικηθῶσιν εἰς πίστιν, αὐτοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, οὓς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἀναβαίνων ἤγαγε, * πάντων λαλούντων τὰ διεστραμμένα. ἐπεὶ δὲ τῶν ὁμιλιῶν αὐτοῦ ἐνεχθεισῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἔμαθον, ὅτι ἐλαφρότεροί τινες συνηρπάσθησαν, καὶ λοιπὸν ἐνδοιάζοντες πρὸς ἀλλήλους ἔφασκον· ἆρα ὀρθῶς λέγει; ἆρα ἐπλανήθη; δεδοικὼς μὴ ῥιζωθῇ τὰ τῆς νόσου ἐν ταῖς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς, ἔγραψα τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον μοναστηρίοις καθολικὴν ἐπιστολὴν, βεβαιῶν αὐτοῦ εἰς πίστιν ὀρθήν. εἶτά τινες ἀπήγαγον ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει τὰ ἴσα· καὶ ὠφέληνται μὲν ἀναγνόντες πάνυ πολ-

* πάντα

contigisset. Erat episcopus quidam, Dorotheus nomine, Constantinopoli, eadem quæ Nestorius, sapiens & sentiens, vir quæstus causa adulationi impense deditus, linguaque ad temeritatem vsque, vt scriptum est, promptus. Hic dum frequens esset in ecclesia populus, reuerendissimo Nestorio in cathedra Constantinopolitanæ ecclesiæ sedente, surrexit, & magna elataque voce inclamare ausus est: Si quis Mariam deiparam dixerit, anathema sit. Mox ingens vniuersi populi clamor & discessio consecuta est. Nolebant enim diutius cum eis communionem habere, qui tali mente taliq; sensu præditi essent. Quin & hoc ipso quoque tempore plebs Constantinopolitana (leuibus quibusdam vanisque hominibus, & iis qui ipsi adulantur, dumtaxat exceptis) a synaxi abstinet. Abstinent ab eadem omnia pene monasteria, eorumque Archimandritæ: abstinet & magna quoque pars senatus, verentes ne ipsomet, & illis quoque, quos Antiochia discedens, inde secum abduxerat, quiduis peruersum euomentibus, aliquod in fide detrimentum accipiant. Quoniam vero homiliis illius in Ægyptum perlatis, leues quosdam homines in errorem abductos, rectene ille sentiret & loqueretur, an secus, anxie inter se disquirere cognoueram; metuens, ne forte morbi contagium in simpliciorum mẽtibus altiores radices paulatim ageret, ad Ægypti monasteria generalem epistolam scripsi, nutantesque in recta fide confirmaui. Cuius quidem epistolæ exempla ad Constantinopolitanam vrbem quorumdam opera deportata, ibidemque lecta, tanto adiumento

fuerunt, vt plurimi e magiſtratu eius rei cauſa per literas gratias mihi egerint. Verum hoc ipſum Neſtorio quoddam iræ contra me ſuſceptæ fomentum ſubminiſtrauit. Me itaque vt hoſtem impugnat, aliud plane nihil de quo me incuſet habens, quam vnum hoc, quod eadem, quæ ille, ſentire recuſo; eamque, quam a maioribus accepimus, necnon ex diuinis ſcripturis didicimus, fidem amplectendam eſſe, ſerio perſuadens, non paucos ad ſanam mentem reduxerim. Verum floccifaciens quæ aduerſum me machinatus eſt, Deoque qui omnia poteſt & nouit, omnia committens, alteram rurſus epiſtolam, quæ rectæ fidei expoſitionem breui compendio complecteretur, ad memoratum Neſtorium exaraui, hortans obteſtanſque vt ad modum quem epiſtola præfinit, ſapiat & loquatur: ſed nihil omnino apud illum etiam tum profeci. nam ad hoc vſque tempus eadem illa quæ initio probarat, probare pergit, nec modum vllum peruerſa docendi facit. Sciat nihilominus & hoc quoque pietas tua, idem ſentire cunctos etiam orientales epiſcopos, & offendi omnes, ac dolere, & præcipue reuerendiſſimos Macedoniæ epiſcopos. Et quia hoc Neſtorius non ignorat, ſe omnibus ſapientiorem exiſtimat; ſe ſolum diuinæ ſcripturæ ſcopũ attigiſſe, ſe ſolum Chriſti myſteriũ cognouiſſe opinatur. Atqui quomodo nõ magis oportuit illud pro certo habere, cum omnes per terrarum orbem ſparſi orthodoxi epiſcopi & laici Chriſtum Deum, virginem vero quæ illum genuit, deiparam eſſe confiteantur,

λὰ, ὥστε καὶ γεγράφασιν εὐχαριστοῦντες πλεῖστοι τῶν ἐν τέλει. γέγονε δὲ αὐτῷ καὶ τοῦτο τροφὴ τῆς κατ' ἐμοῦ λύπης, καὶ ὡς ἐχθρῷ μάχεται, οὐδὲν ἕτερον ἔχων ἐγκαλεῖν, ἢ ὅτι μόνον οὐκ ἀνέχομαι τὰ ἴσα φρονεῖν αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ ἐπηνώρθωσα πολλοὺς, ἣν παρελάβομεν ἐκ πατέρων πίστιν, καὶ ἃ ἐμάθομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς, ἐκεῖνα δὴ καταπείθων αὐτοὺς οἴεσθαι δεκτά. ὅμως καὶ οὐ φροντίσας τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων κατ' ἐμοῦ, ἀλλὰ θεῷ δοὺς τῷ πάντα εἰδότι καὶ ἰσχύοντι, πάλιν ἑτέραν ἐπιστολὴν γέγραφα τῷ μνημονευθέντι, τὴν ἔκθεσιν ὡς ἐν συντόμῳ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἔχουσαν, παρακαλῶν τε ἅμα καὶ διαμαρτυρόμενος οὕτω καὶ φρονεῖν καὶ λαλεῖν· ἀλλ' ὤνησα πάλιν οὐδὲν, ἔχεται δὲ καὶ εἰς δεῦρο τῶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ οὐ παύεται λαλῶν τὰ διεστραμμένα. γινωσκέτω δὲ καὶ τοῦτο ἡ σὴ θεοσέβεια, ὅτι καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπισκόποις συνᾴδει τὰ λεγόμενα· καὶ δυσχεραίνουσι πάντες, καὶ λυποῦνται, καὶ μάλιστα οἱ κατὰ τὴν Μακεδονίαν εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι. καὶ τοῦτο εἰδὼς, οἴεται ὅτι πάντων ἐστὶ σοφώτερος, καὶ μόνος οἶδε τὸν σκοπὸν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. καίτοι πῶς οὐκ ἔδει πληροφορεῖσθαι μᾶλλον αὐτὸν, ὅτι πάντων τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὀρθοδόξων ἐπισκόπων καὶ λαϊκῶν ὁμολογούντων, ὅτι καὶ θεὸς * ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ θεοτόκος ἡ τεκοῦσα αὐτὸν παρθένος, πλανᾶται μόνος

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

αὐτὸς τοῦτο ἀρνούμενος; ἀλλ' ὀφρύεται, καὶ οἴεται ὅτι τῇ δυναστείᾳ τοῦ θρόνου πᾶσιν ἐπιβουλεύων, καὶ ἡμᾶς, ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀναπείσει τὰ αὐτὰ φρονεῖν αὐτῷ. Τί τοίνυν δράσομεν, οὔτε ἀναπείθοντες αὐτὸν, οὔτε παῦσαι δυνάμενοι τῶν τοιούτων ὁμιλιῶν, καὶ ὁσημέραι κατεφθαρμένων τῶν λαῶν τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ δυσχεραινόντων μὲν, ἐκδεχομένων δὲ τὴν παρὰ τῶν ὀρθοδόξων διδασκάλων ἐπικουρίαν; καὶ οὐ περὶ τῶν τυχόντων ὁ λόγος ἡμῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκίνδυνος ἡ σιωπή. εἰ γὰρ δυσφημεῖται Χριστὸς, πῶς ἡμεῖς σιωπήσωμεν; καίτοι τοῦ Παύλου γράφοντος· εἰ* γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. Οἱ τοίνυν ἐμπεπιστευμένοι τῶν λόγου τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῆς πίστεως τὴν ἀσφάλειαν, τί ἐροῦμεν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ὅταν ἐπὶ τούτοις σιγήσωμεν;

*μὲν

Οὐ πρότερον δὲ τῆς πρὸς αὐτοῦ κοινωνίας ἐκβάλλομεν ἑαυτοὺς μετὰ παρρησίας, πρὶν ἂν ταῦτα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ἀνακοινωσώμεθα. διὸ δὴ καταξίωσον τυπῶσαι τὸ δοκοῦν, καὶ πότερόν ποτε χρὴ κοινωνεῖν αὐτῷ, ἢ λοιπὸν ἀπειπεῖν μετὰ παρρησίας, ὅτι τοιαῦτα φρονοῦντι καὶ διδάσκοντι οὐδεὶς κοινωνεῖ. Οὗτος δ' ἐπὶ τούτοις σκοπὸν τῆς σῆς* θεοσεβείας χρὴ γενέσθαι διὰ γραμμάτων καταφανῆ καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τοῖς κατὰ Μακεδονίαν, καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολήν· ἐπιθυμοῦσι γὰρ αὐτοῖς δώσομεν ἀφορμὰς τοῦ πάντας μιᾷ ψυχῇ καὶ μιᾷ γνώμῃ στῆναι, καὶ ἐπαγωνίσασθαι τῇ ὀρθῇ πίστει πολεμουμένῃ. ὅσον γὰρ τὸ κατ' αὐτοῦ, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν

*τελειότητος

se solum qui hoc inficiatur, errare? Verum fastu tumens, insidiisq; ac sedis potentia fretus, effecturum se arbitratur, vt & nosipsi & reliqui omnes suæ sententiæ subscribamus. Ecquid igitur faciemus, cum neq; illum vt resipiscat, neque vt ab eiusmodi concionibus desistat, inducere queamus? Populus Constãtinopolitanus assidue magis magisque corrumpitur, magnaque animi ægritudine laborans, catholicorum doctorũ præsidium expectat auide. Neque sane de rebus vulgaribus agitur; sed neque silere quoque diutius tutum satis est. Si enim Christus cõuiciis appetitur, quomodo nos tacebimus? maxime vero cũ Paulus scribat: *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispẽsatio mihi credita est.* Qui itaq; verbi ministeriũ, fideiq; custodiã quasi depositã suscepimus, quid in die iudicii dicturi sumus, si nunc contra isthæc obticuerimus? 1. Cor. 9. v. 17.

Non prius autem illius communionem palam aperteque deserimus, quam hæc ipsa pietati tuæ indicaremus. Digneris proinde quid hic sentias præscribere; quo liquido nobis constet, communicarene nos cum illo oporteat, an vero libere eidem denuntiare, neminem cum eo communicare, qui eiusmodi erroneam doctrinã fouet ac prædicat. Porro tuæ integritatis mens, & super hac re sententia piissimis Deoque deuotissimis Macedonię episcopis, necnon totius orientis antistitibus perspicue per literas exponi debet. Nam cupientibus illis ansam dabimus, vt omnes vno animo in vna sententia persistant, rectæque fidei, quæ iam impugnatur, opem ferant. Ad Nestorium quod attinet,

& magni illi, admirabilesque & celebrati patres nostri, qui sacram virginem deiparam esse dixerunt, & nosipsi quoque qui adhuc superstites sumus, vna cum ipsis anathemate percussi sumus. Quamuis enim is ore suo id facere noluerit, attamen sedens & audiens, alium, nempe supra memoratum Dorotheum, vt hoc diceret, induxit, subornauitque: cui etiam confestim, vbi e cathedra descendisset, diuinorum mysteriorum habita celebratione communicauit. Quo autem sanctitas tua tam quæ ille dicit & sapit, quam quæ beati & magni illi patres nostri tradiderunt, clare perspiciat; misi tomos, capitum sententias continentes: quas quoque, quantum quidem per illos fieri potuit qui Alexandriæ viuunt, Latine reddi curaui. Epistolas quoque a me scriptas tradidi carissimo Possidonio, studiose illi iniungens, vt tuæ sanctitati eas offerat.

ὁ μεγάλοι καὶ θαυμαστοὶ καὶ εὐδόκιμοι θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν εἰπόντες παρθένον, ἀνεθεματίσθησαν, καὶ ἡμεῖς δὲ σὺν αὐτοῖς οἱ ζῶντες ἔτι. καὶ ἐπεὶ ἰδίᾳ φωνῇ τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἠθέλησεν, ἄλλον ἔστησε τὸν μνημονευθέντα Δωρόθεον, καὶ τοῦτο εἰπεῖν παρεσκεύασεν, αὐτοῦ καθεζομένου καὶ ἀκούοντος· ᾧ καὶ κατελθὼν ἀπὸ τοῦ θρόνου εὐθὺς κεκοινώνηκεν, ἐπιτελέσας τὰ θεῖα μυστήρια. ὑπὲρ δὲ τοῦ εἰδέναι σαφῶς τὴν σὴν ὁσιότητα, τίνα ἐστὶν ἃ αὐτὸς μὲν λέγει καὶ φρονεῖ, τίνα δὲ οἱ μακάριοι καὶ μεγάλοι πατέρες ἡμῶν, ἀπέστειλα τόμους, κεφαλαίων περικοπὰς ἔχοντας· ἑρμηνευθῆναι δὲ παρεσκεύασα, ὡς ἐνεδέχετο τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. καὶ τὰς παρ' ἐμοῦ γραφείσας ἐπιστολὰς δέδωκα τῷ ἀγαπητῷ Ποσειδωνίῳ, ἐντειλάμενος καὶ αὐτὰς προσαγαγεῖν τῇ σῇ *ὁσιότητι.

Anno Christi 431.

CAPVT XV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Epistola Cælestini papæ ad Cyrillum.

Ἐπιστολὴ Κελεστίνου πρὸς Κύριλλον.

Cælestinus dilecto fratri Cyrillo.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Κυρίλλῳ Κελεστῖνος.

LITERÆ, quas sanctitas tua per filium nostrum Possidonium ad nostram mœstitiam misit, multa nos lætitia affecerunt; etsi interim gaudium quod in illis offerebatur, vicissitudine quadam cum dolore commutauerimus. Etenim dicta illius intuentes, anxiaque cogitatione pertractantes, qui prauis suis sermonibus Constantinopolitanam ec-

ΤΗ, ἡμετέρᾳ συγνότητι τὰ διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου ἀποσταλέντα παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος γράμματα ἀπέδωκεν εὐθυμίαν, καὶ ἀντικατηλλαξάμεθα τὸ ἥδον πρὸς τὸ λυπούν. ἀποβλέποντες γὰρ καὶ ἐννοούντες, ἅπερ εἶπεν ὁ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκ-

ANNO CHRISTI 431.

κλησίαν διεσταλμένας τῶ σομιλίας ταράττειν ὀπαδῶν, οὐ σμικρῶ κατ' αὐτὸ τὸ ψυχικὸ πεπληγμένοι πόνῳ, διαφόροις σκέψεων κένδοις βασανιζόμθα, ἐννοοῦντες * ὅπως βοηθῶν εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ πίστ. ὡς δὲ τὸ ἡμετέραν διανοιαν εἰς τὰ παρὰ τῆς σῆς ἀδελφότητος γραφέντα μετεσκήναμεν, ὥφθη ἡμῖν διὰ τοῦ ἑτοιμοτάτη θεραπεία, δι' ἧς ἡ λοιμώδης νόσος ὑγιεινῷ φαρμάκῳ ἀπελαθείη· φημὶ δὴ τὴν καθαρᾶς πηγῆς ἔκροιαν, τὸ ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς σῆς ἀγάπης ἐκρέουσαν, δι' οὗ πᾶσα * καθαιρεῖται ἡ ἰλὺς τοῦ κακῶς διαχεομένου ῥείθρου, καὶ πᾶσιν αὐοίγεται ὁ ζόφος τῆς δεούσης περὶ τὸ ἡμετέραν πίστιν εὐνοίας. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνον εἰζόμθα καὶ μεμφόμθα, οὕτω τὴν σὴν ἀγιότητα, ὥσπερ προσῆσαν ἐν τοῖς ἰδίοις γράμμασι, τῇ τοῦ κυρίου ἀγάπῃ περιπλεκόμθα, * εἰδότες ὅτι σὺ καὶ τὸ αὐτὸ περὶ τοῦ δεσπότου φρονοῦμν. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, ⟨ὃν⟩ προνοητικώτατον τοῦ κυρίου ἱερέα ὑπὲρ τοῦ τῆς πίστεως ἔρωτος τοιαύτη διαμάχεσθαι ἀρετῇ, ὥστε τῇ ἀτόπῳ τῶν ἐναντίων τόλμῃ ἀντίστασθαι δυνάσθαι, καὶ τὸν αὐτῶ ἐμπεπυρισμένους τοιαύτας ὑποθήκαις βεβαιοῦν. ὥσπερ τοίνυν ἐκεῖνα ἡμῖν πικρὰ, οὕτω ταῦτα ὅσον ἡδέα· ὥσπερ ἐκεῖνα ἰλυώδη, οὕτω ταῦτα καθαρά. καὶ χαίρομν τοσαύτῃ ἐνεῖναι ὁρῶντες τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἐρρήγνυσιν, ὡς ἤδη σε νενικηκέναι τὰ ὑποδείγματα τῶν πρὸ σοῦ θεσπισαμένων, ζηλωμένων ἀεὶ καὶ αὐτῶν ἐκδίκων τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος. ἀληθῶς τε ἐπὶ σοὶ ἁρμόσει ἡ εὐαγγελικὴ μαρτυρία ἡ λέγουσα· ὁ ποιμὴν ὁ ἀγαθὸς τὴν ψυ-

* ὡς ἔστιν ἐγκαλεῖν βουλόμθα.

* καθαιρεῖται

* ἐρῶντες

cleſiam turbare nititur, non mediocriter animo ſauciati, diuerſis cogitationum ſtimulis agitamur; aſſidue id vnum mente verſantes, quo pacto fideles, vt in ſuſcepta ſemel fide conſtanter retinenda perſeuerent, adiuuare poſſimus: contra vero, cum ad ea cogitationem noſtram conuertimus, quæ dilectio tua ſcribit; præſens remedium, quo peſtifer ille morbus velut ſalutari quodam antidoto depelli poſſe videatur, ſeſe offert: loquor autem de puri fontis ſcaturigine, quæ magna vbertate ex dilectionis tuæ doctrina promanat; per quam quoque omnis illa fæx male currentis riuuli aufertur, omneſque ad certam veramque fidem inſtituuntur. Vt illum igitur notamus & incuſamus, ita tuam ſanctitatem veluti in propriis literis præſentem in Domino amplectimur, quandoquidem vnum idemque nos de Chriſto Domino noſtro ſentimus. Neque mirum ſane, prouidentiſſimum Chriſti ſacerdotem, fidei amore ac ſtudio incenſum, tanta virtute decertare, tum vt abſurdæ aduerſariorum temeritati obuiam eat, tum maxime vt curæ ſuæ concreditos eiuſmodi admonitionibus confirmare queat. Vt illa ergo nobis ſunt peracerba, ita hæc apprime dulcia. Rurſum vt illa ſunt lutulenta & immunda, ita hæc limpida & ſincera. Equidem vehementer gaudeo, tantum vigilantiæ ſtudium reuerentiæ tuæ adeſſe cernens, vt præclara maiorum exempla iam ſuperaſſe videare. nam & ipſi quoque acerrimi ſemper purioris dogmatis vindices extiterunt. Vere & apte euangelicum illud in te quadrare deprehenditur: *Bonus paſtor ponit ani-* Ioan. 10. v. 11.

mam ſuam pro ouibus ſuis. Verum enimuero vt tu bonus es paſtor, ita ille nec mercenarii etiam mali dignus eſt nomine ; quippe qui non ob id accuſatur, quod proprias oues deſeruerit (malorum mercenariorum inſtar,) ſed quod ipſemet eas diſſipare ac lacerare (vt ſæuus lupus) deprehendatur.

Quin & nos quoque, dilecte frater, nonnulla addituri eramus, niſi eadem omnia, quæ nos ſentimus ac tenemus, te itidem ſentire ac tenere perſpiceremus, & in fide tuenda fortiſſimum te propugnatorem eſſe exploratum haberemus. Nam quæcumque ſanctitas tua de hoc negotio perſcripſit, ea omnia Poſſidonius diaconus ordine nobis expoſuit. Omnes ſermonum illius technas retexiſti, fidemque ad eum modum corroboraſti, vt corda in Chriſtũ Deum noſtrum credentia, in alteram partem abduci non facile queant. Magnus ſane hic noſtræ fidei triumphus eſt, quod nimirum & noſtra tam valide probaueris, & his oppoſita per diuinarum ſcripturarum teſtimonia tam potenter expugnaueris. Ecquid tandem impiæ illius nouitatis amator faciet? quam in partem ſe vertet? Qui dum propriis affectibus ſeruire ſtudet, ſuique ipſius verius, quam Chriſti ſectator eſſe mauult, populum fidei ſuæ concreditum occulto prædicationis ſuæ veneno perdere voluiſſe clare deprehenditur: qui ſane & legere, & animo quoque recondere debebat, inanes quæſtiones, cuiuſmodi ſunt quæ ad fidei quidẽ integritatem nihil conducunt, ad animarum vero exitium plurimũ faciunt, vitãdas eſſe potius, quam ſtudioſe conſectandas. Interim

χλὼ αὐξ πίστιν ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων. Ἀλλ' ὥσπερ σὺ ποιμὴν ἀγαθὸς, οὕτως ἐκεῖνος οὐδὲ ὡς κακὸς μισθωτὸς καταγορεύεται ἄξιος· ὃς οὐ διὰ τοῦτο διαβάλλεται, ὡς τὰ ἑαυτοῦ καταλιπὼν πρόβατα, ἀλλ' ὅτι κυρέθη αὐτὸς διασπαράττων αὐτά. Ἀνευ Ἑλλην.

Προσθεῖναι δέ τινα καὶ ἡμεῖς ἐμέλλομεν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, εἰ μὴ ἐωρῶμέν σε τὰ αὐτὰ φρονοῦντα πάντα, ἅπερ φρονοῦμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ σὺ τῇ βεβαιώσει τῆς πίστεως ἐδοκιμάζομέν σε ἔκδικον ἰσχυρότατον. ἀπεδόθη γὰρ ἡμῖν καὶ τάξιν πᾶσαν * διὰ τοῦ ὑποφήμου Ποσιδωνίου τοῦ διακόνου, ὅσα περὶ τούτου τοῦ πράγματος ἡ σὴ ἁγιότης γεγράφηκε. πάντα τὰ δίκτυα τῆς * δολίας προσομιλίας ἐγύμνωσας, καὶ οὔπω πίστιν ὠχύρωσας, ὡς μὴ δύνασθαι τινὰ καρδίαν τῶν τῷ Χριστῷ καὶ θεῷ ἡμῶν πιστευόντων εἰς ἕτερον ἑλκυσθῆναι μέρος. μέγας οὗτος ὅτι τῆς ἡμετέρας πίστεως θρίαμβος, τὸ ἀποδεῖξαι τὰ ἡμέτερα οὕτως ἰσχυρὰ, καὶ οὕτω νενικηκέναι τὰ ἐναντία διὰ τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας. Τί λοιπὸν διαπράξεται; ἢ ποῦ ἑαυτὸν ἐκεῖνος προτρέψει; ὃς γυμνόμενος ἐρασὴς ἀσεβοῦς νεωτερισμοῦ, ὡς ἐβούλετο, μᾶλλον τῆς ἑαυτοῦ σὺν οἰκείας δουλεύων ὠφθη ἑαυτῷ, ἢ τῷ Χριστῷ ὀξακολουθῶν, καὶ ἐμπεσὼν εἰς τὰ ἑαυτῷ δήμιον βλάψαι * ἠθέλησε τῷ τῆς ἰδίας προσομιλίας δηλητηρίῳ· δέον καὶ ἀναγνῶναι τοῦτο καὶ κατέχειν, ὅτι τὰ μάταια ζητήματα, καὶ μὴ προσκόπτοντα εἰς ὑγίειαν, ἀλλὰ χωροῦντα εἰς ψυχῶν ἀπώλειαν, φεύγειν μᾶλλον, ἢ ἐπιζητεῖν δεῖ. Ἀλλ' ὅμως

ANNO CHRISTI 431.

εἰς κρημνοὺς αὐτοῦ * ἐπειγόμενον, μᾶλλον δὲ ἤδη ἐν αὐτῷ τῷ κρημνῷ, ὅθεν πεσεῖται, διάγοντα, εἴ γε δυνάμεθα, ἀνακαλεῖσθαι ὀφείλομεν, μὴ τὴν πτῶσιν αὐτοῦ τῷ * βοηθεῖν προσωθήσωμεν. ὁ Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ᾧ ἐπάγεται ζήτησις περὶ τῆς ἰδίας γεννήσεως, ἐδίδαξεν ἡμᾶς κάμνειν ὑπὲρ προβάτου ἑνὸς, θέλων καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὤμων ἀνακαλεῖσθαι, ὡς μὴ ἐκκέηται τῷ λύκῳ εἰς ἁρπαγήν. εἶτα ὁ διδάξας ἡμᾶς οὕτω δραμεῖν ὑπὲρ σωτηρίας προβάτου ἑνὸς, * πῶς ἄρα ἡμᾶς κάμνειν βούλεται ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ τῶν προβάτων ποιμένος; ὃς τῆς προσηγορίας ταύτης καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος ἐπιλελησμένος, αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς ἅρπαγα λύκον * μετήλλαξεν, ἐπιθυμῶν ἀπολέσαι τὴν ἀγέλην, ἣν αὐτὸς ὤφειλε συντηρῆσαι.

Τοῦτον οὖν ἡμεῖς ἀπὸ τῆς * περικλείσεως τῶν ἀμνῶν ἀποκινῆσαι ὀφείλομεν, ἐὰν μὴ αὐτὸν, ὡς θέλομεν, * διορθωσώμεθα, εἰ ἔτι συγγνώμης ἐλπὶς διορθωθησομένῳ δυνήσεται περιλείπεσθαι. θέλομεν γὰρ ἵνα ὑποστρέψῃ καὶ ζήσῃ, εἰ μὴ αὐτὸς τὴν ζωὴν τῶν ἐμπεπιστευμένων ἑαυτῷ ἀπολέσειεν. εἴη δέ τις φανερὰ ἀπόφασις κατ' αὐτοῦ ἐμμένοντος. ἐκκοπτέον γὰρ τὸ τοιοῦτον τραῦμα, δι' οὗ οὐχ ἓν μέλος βλάπτεται, ἀλλὰ πᾶν τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας διατιτρώσκεται. τί γὰρ ποιεῖ μετὰ τῶν ἀλλήλοις ὁμονοούντων, ὃς μόνος ἑαυτῷ φρονεῖν δοκῶν ἄριστα, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας διχονοεῖ πίστεως; ὅθεν μενέτωσαν ἐν τῇ κοινωνίᾳ, οὓς αὐτὸς ἀντιλέγοντας αὐτῷ

nostrarum partium est, vt illum in præcipitium proxime adductum, vel in ipso verius præcipitio, vnde eum prolabi necesse est, iam constitutum, si qua ratione poterimus, a lapsu prohibeamus; ne si opem non tulerimus, ipsum ad casum impulisse videamur. Sane Iesus Christus Dominus noster, cuius generatio in quæstionem adducitur, pro vna dumtaxat oue laborandum esse ostendit, dum eam, ne lupis discerpenda obiectaretur, propriis humeris impositam reportare dedignatus non fuit. Iam qui pro vnius ouiculæ salute adeo enixe laborandum esse docuit, quantum pro ipsomet pastore nos laborare cupit? Qui tamen pastor & nominis & professionis suæ oblitus, semetipsum in rapacem lupum transformauit, gregem quem seruare debuerat, modis omnibus disperdere connitens.

Hunc nos igitur ab ouilibus arcere oportet, nisi, vt optamus, ad bonam frugem sese receperit; si qua tamen huius rei spes adhuc reliqua est. Desideramus enim vt conuertatur & viuat; nisi concreditorum sibi vitam iamdudum ipse perdiderit. Quod si in pertinacia sua perstiterit, aperta mox condemnationis sententia in illum feretur. Etenim vulnus, quod non vnum aliquod membrum tãtum lædit, sed vniuersum ecclesiæ corpus consauciat, primo quoque tempore exscindere oportet. Quid enim cum iis agat qui inter se consentiunt, qui se solum quæ optima sunt, sapere arbitratus, a nostra fide dissentit? Vniuersi proinde quos ille tamquã sibi obsistentes, a communione, vt putauit, semouit, in nostra

societate se permanere intelligant; ac sciat, seipsum communionem posthac nobiscum habere non posse, si doctrinæ apostolicæ aduersatus, peruersam hanc viam contumaciter vrgere perrexerit. Quamobrem nostræ sedis auctoritate adscita, nostraque vice & loco cum potestate vsus, eiusmodi non absque exquisita seueritate sententiam exequeris; nempe, vt nisi decem dierum interuallo ab huius nostræ admonitionis die numerandorum, nefariam doctrinam suam conceptis verbis anathematizet, eamque de Christi Dei nostri generatione fidem in posterum confessurum se spondeat, quam & Romana, & tuæ sanctitatis ecclesia, & vniuersa denique religio Christiana prædicat, illico sanctitas tua illi ecclesiæ prospiciat. Is vero modis omnibus se a nostro corpore segregatum esse intelligat; vt qui omnem medentium curam aspernatus, necnon instar pestiferi morbi per vniuersum ecclesiæ corpus insano modo grassatus, tam seipsum, quam ceteros omnes sibi commissos in extremum exitium præcipitare studuerit. Eadem hæc & ad sanctos quoque fratres & coepiscopos nostros Ioannem, Rufum, Iuuenalem & Flauianum perscripsimus; quo nostra, imo vero diuina Christi Domini nostri sententia pluribus de eo sit manifesta. Datæ III. Idus Augusti, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Coss.

ἀπεκίνησε τῆς κοινωνίας. καὶ *γινωσκέτω, ὅτι αὐτὸς τῷ ἡμετέραν κοι- Anno Christi 431.
νωνίαν ἔχειν οὐ *δυνήσεται, ἐὰν σὺν *Variant.
ταύτῃ τῇ τῆς διαστροφῆς ὁδῷ παραμείνῃ, ἐναντιούμενος τῇ ἀποστολικῇ διδαχῇ. σωαφθείσης οὖν τοίνυν τῆς αὐθεντίας τῆς ἡμετέρου θρόνου, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ τῆς τόπου διαδοχῇ ἐπ' ἐξουσίᾳ χρησαμένου, ταύτῃ ἐκβάσεις ἀκριβεῖ στερρότητι τῷ ἀποφάσει· ἵνα ἢ αὐτὸς δέκα ἡμερῶν ἀριθμουμένων ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ὑπομνήσεως ταύτης, τὰ κακὰ κηρύγματα ἃ αὖ *sacho- Ⓦ
ἐξεφώνησε ὁμολογίᾳ *ἀθετήσῃ, καὶ ἑαυ- *Variant.
τὸν διαβεβαιώσηται ταύτῃ καθ- *Variant.
ὁλου τῷ πίστει περὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, ὡς καὶ ἡ Ρωμαίων καὶ ἡ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐκκλησία, καὶ ἡ καθόλου *καθοσίωσις κατ- *Variant.
χεῖ· ἢ ἐὰν μὴ τοῦτο ποιήσῃ, δῆλος ἔσται *Variant.
*ἀλλότης ἐκείνης τῆς ἐκκλησίας *περι- *Variant.
νοσεμμένη, μάθῃ αὖ Ⓧ παντὶ δῆλον ὅτι ἀπὸ τῆς ἡμετέρας σωματικῆς ἀποκινήτου τυγχάνειν· ὃς οὔτε τῶν θεραπευόντων ἴασιν ἠθέλησε καταδέξασθαι, καὶ εἰς ἀπώλειαν αὐτοῦ, καὶ πάντων τῶν ἀπ' αὐτοῦ πεπλανημένων, *ὅια λοιμώδης *Variant.
νόσος ἠπείχθη δραμεῖν, διὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος ἐλαυνόμενον. Τὰ ὅ αὐτὰ ἐγράψαμεν πρὸς τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν Ἰωάννην, Ῥοῦφον, Ἰουβενάλιον, καὶ Φλαβιανόν· ἵνα φανερὰ ᾖ ἡ περὶ αὐτοῦ ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν θεία ἀπόφασις.

EPISTO-

ANNO CHRISTI 431.

CAPVT XVI.

Epistola Nestorii ad Cælestinum papam vrbis Romæ.

Ex cod. mſ. veteris editionis Latinæ Ephesini Concilii.

FRATERNAS nobis inuicem debemus collocutiones, vt *vna inter nos secundum obtinente concordia pugnaturi diabolum pacis inimicum. Quorsum hoc antelo-
quium? Iulianus quidam, & Florus, & Orontius, & Fabius, dicentes se occidentalium partium episcopos, sæpe & piissimum & prædicatissimum imperatorem adierunt, ac suas causas defleuerunt, tamquam orthodoxi temporibus orthodoxis persecutionem passi; sæpe eadem & apud nos lamentantes, ac sæpe reiecti, eadem facere non desierunt; sed insistunt per dies singulos, implentes aures omnium vocibus lacrymosis. His quidem ad eos sermonibus, quibus oportuit, vsi sumus, cum negotii eorum veram fidem nesciremus. Sed quoniam apertiore nobis de causis eorum notitia opus est, ne piissimus & Christianissimus imperator noster molestiam sæpe ab his sustineat; ne nos, ignorantes eorum causas, circa negotii defensionem diuidamur; dignare nobis notitiam de his largiri, ne vel quidam ignorando iustitiam veritatis, importuna miseratione conturbentur; vel canonicam indignationem beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro sectis religionis forte probata est, aliud quiddam, quam hoc æsti-
ment. Nam sectarum nouitas* multum meretur defensionem a veris pastoribus. Vnde & nos non modicam corruptionem orthodoxiæ apud quosdam hic reperientes, & ira & lenitate circa ægros quotidie vtimur. Est enim ægritudo non parua, sed affinis putredinis Apollinaris & Arii. Dominicam enim in homine vnionem ad cuiusdam contemperationis confusionem passim commiscent, adeo vt & quidam apud nos clerici, quorum alii ex imperitia, alii ex hæretica fraude in se olim celata, quia plurima & apostolorum temporibus contigerunt, tamquam hæretici ægrotent, & aperte blasphement, Deum Verbum Patri homousion, tamquam originis initium de Christotoco Virgine sumpsisse; & cum templo suo ædificatus esset, &

*f. vnanimiter nobiscū obtinente concordia, impugnaturi

*f. nullā

carni conſepultus, eamdem dicunt poſt reſurrectionem commiſcuiſſe carnem; ſed in naturam tranſiiſſe deitatis (vt in compendio dicam) & deitatem vnigeniti, & ad originem coniunctæ carnis referunt, & commortificant carni. Carnem vero coniunctam deitati ad deitatem tranſiſſe blaſphemant in ipſo verbo deificationis; quod nihil eſt aliud, niſi vtrumque corrumpere. Sed & virginem Chriſtotocon auſi ſunt cum modo quodam Theotocon dicere. hanc enim Theotocon vocantes non perhorreſcunt, quod ſancti illi, & ſupra omnem prædicationem patres per Nicæam, nihil amplius de ſancta virgine dixiſſe leguntur, niſi quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus incarnatus eſt ex Spiritu ſancto & Maria virgine. Et taceo ſcripturas, quæ vbique virginem matrem Chriſti, non Dei Verbi, & per angelos & per apoſtolos prædicarunt. Propter quæ quanta certamina ſuſtinuimus, æſtimo famam præcedentem docuiſſe beatitudinem tuam, hoc quoque attendentem, quod non fruſtra certauerimus; ſed emendati ſunt, gratia Domini, multi ex his qui peruerſi erant, *diſcedentes a nobis, quia * propria & pariunt homouſios natiuitas, cui viuere commiſſa eſt: illa in homine vnio creaturæ eſt humanitatis Dominicæ, Deo coniunctæ ex virgine per Spiritum. Si quis autem hoc nomen Theotocon propter natam humanitatem coniunctam Deo Verbo, non propter parentem proponet, dicimus quidem hoc vocabulum in ea quæ peperit, non eſſe conueniens. Oportet enim veram matrem de eadem eſſe eſſentia * ex ſe natum. Ferri tamen poteſt hoc vocabulum propter ipſam conſiderationem, & quod ſolum nominetur de virgine hoc verbum, propter inſeparabile templum Dei Verbi ex ipſa; non quia ipſa mater ſit Dei Verbi. nemo enim antiquiorem ſe parit. Hæc quidem exiſtimo præcedentem famam ſignificaſſe. Exponimus vero etiam nos quæ contigerunt. Rebus oſtendimus, quia fraterno animo negotium eorum, quos prædiximus, noſſe cupimus, non deſiderio curioſitatis importunæ, cum & noſtra narramus tamquam fratres fratribus, veritatem ſectarum nobis inuicem publicantes, vt ſit mihi principium literarum veriſſimum. Dixi enim cum has literas inciperem, quia fraternas nobis debemus inuicem collocutiones. Omnem quæ tecum eſt

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431. in Christo fraternitatem, ego & qui mecum sunt, salutamus.

CAPVT XVII.

Altera Nestorii epistola ad Cælestinum papam.

SÆPE scripsi beatitudini tuæ propter Iulianum, Orontium, & ceteros, qui sibi vsurpant episcopalem dignitatem, & creberrimam aditionem apud piissimum & prædicatissimum imperatorem faciunt, nosque concidunt frequentibus lamentationibus; tamquam temporibus orthodoxis de occidente proiecti. At hucusque scripta de his a tua veneratione non susscipimus: quæ si haberem, possem eis respondere, daremque compendiosum responsum luctibus eorum. nunc enim ab incertis dictis eorum non habet quis ad quod se conuertat, aliis hæreticos eos vocantibus, & ideo de occidentalibus partibus proiectos esse dicentibus; ipsis vero iurantibus calumniam se sustinuisse, & periculum pro orthodoxa fide ex subreptione perpessos. Quorum vtrum certum sit, nobis grauis est ignorantia. Nam condolere eis, si vere hæretici sunt, crimen est: & iterum non condolere, si calumniam sustinent, durum & impium est. Dignetur igitur amantissima Dei anima tua informare nos, qui ad vtrumque momentum hucusq; diuidimur, id est, & ad odium, & ad miserationem eorum. Doceri autem volumus quã de his sententiam teneamus. *defecimus enim eosdem viros per dies singulos dissimulãtes spe & expectatione beatitudinis tuæ. Non est enim, o venerandissime, sicut nosti, res vilis, discussio piæ sectæ; nec parua est probatio eorum, qui hoc agunt. Multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem pessimæ opinionis Apollinaris & Arii de ecclesia Dei. Nescio enim quemadmodum quidam de ecclesiasticis quamdam contemperationis imaginem deitate & humanitate vnigeniti accipientes, ægrotant ægritudine prædictorum hæreticorum, dum & corporis passiones audent superfundere deitati vnigeniti, & immutabilitatem deitatis ad naturam corporis transisse confingunt, & vtramque naturam, quæ

* *f.* detinemus

per coniunctionem summam & inconfusam in vna persona vnigeniti adoratur, contemperationis mutabilitate confundunt. Cæci, qui nec sanctorum illorum patrum expositionem meminerunt, aperte ad eos reclamantes: Credimus in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, incarnatum ex Spiritu sancto & Maria virgine. Hæc enim vox in nomine, quod significat vtramque naturam, id est, Christus est deitati patris homousios; humanitas vero posterioribus temporibus nata est ex sancta virgine, quæ propter coniunctionem deitatis ab angelis & hominibus simul colitur. Eum ergo qui hic propter sectarum prauitatem tot laboribus fatigatur, considero quid iterum pati necesse est, si negotium prædictorum virorum nesciat, timeatque nimis, ne additamentum hæreticorum per ignorantiam hic positus faciat. Vnde rogo, vt vndique studiosum sit sanctæ animæ tuæ donare notitiam prædictorum virorum, maxime cum literarum sequester fidelissimus Valerius cubicularius possit beatitudini tuæ per se exponere molestias eorum. Omnem in Christo fraternitatem quæ tecum est, ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

ANNO CHRISTI 431.

Cum autem accepisset archiepiscopus Romæ Cælestinus quaterniones expositionum ab ipso Nestorio per Antiochum, easque comperisset blasphemiis esse refertas, ac certior præterea factus ab archiepiscopo Cyrillo, Nestorium nulla consilia monitave accepisse, vt recta sentiret, non contraria; ipse ad eum Cælestinus scripsit excommunicationis epistolam, decimamque diem ei præfiniuit. hæc autem epistola est: Aliquantis diebus, &c.

Δεξάμενος δὲ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ρώμης Κελεστῖνος τετράδας ἐξηγήσεων παρ' αὐτοῦ Νεστορίου δι' Ἀντιόχου, καὶ εὑρὼν αὐτὰς πεπληρωμένας βλασφημιῶν· ἔτι τε ὑπομνησθεὶς καὶ παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, ὡς μὴ καταδεχομένου τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου τὰ τῆς συμβουλῆς ἢ παραινέσεως εἰς τὸ τὰ ὀρθὰ φρονεῖν, καὶ μὴ τἀναντία, ἔγραψεν αὐτῷ καὶ αὐτὸς Κελεστῖνος ἀκοινώνητον ἐπιστολὴν, ὁρίσας καὶ δέκα ἡμερῶν προθεσμίαν, ἥτις ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπιστολή· Ἐφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ τὰ λοιπά.

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Επιστολὴ Κελεστίνου πρὸς Νεστόριον.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Νεστορίῳ Κελεστῖνος.

Εφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν, μετὰ τὸ ἀνόσιον καὶ πολλάκις κατακριθὲν δόγμα Πελαγίου καὶ Κελεστίου, ἡ καθολικὴ πίστις εἰρήνευσεν, ὁπότε ἐκείνους μετὰ τῶν ἐπομένων τῇ δόξῃ αὐτῶν ἥ τε ἀνατολὴ καὶ ἡ δύσις ἀκοντίῳ συμφωνούσης ἀποφάσεως ἔπληξεν. αὐτίκα ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Αττικὸς, ὁ διδάσκαλος τῆς καθολικῆς πίστεως, καὶ ἀληθῶς τοῦ μακαρίου Ιωάννου καὶ εἰς ταῦτα διάδοχος, οὕτως *ἐκεῖνος ἐδίωξεν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ βασιλέως, ὥστε αὐτοῖς μήτε τοῦ ἐκεῖ ἑστάναι ἄνεσιν συγχωρηθῆναι. ἔσχεν ἡμᾶς μετὰ τὴν ἐκείνου ἔξοδον οὐχ ἡ τυχοῦσα φροντὶς ἐκδεχομένους, πότερον ὁ ἐκεῖνον *διαδεξάμενος εἴη αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν πίστιν διάδοχος, ἐπεὶ δυσχερές ἐστιν ἐκτείνεσθαι τὰ καλά· πολλάκις γὰρ ἑαυτὰς ἀμοιβαδὸν αἱ ἐναντιότητες διαδέχονται. ἀλλ' ἐχήκαμεν μετ' ἐκεῖνον τῷ μέλλοντα ἡμᾶς ταχέως καταλιπεῖν, τῷ ἁγίῳ Σισίνιῳ, εὐδοκιμήσαντα ἐπί τε τῇ ἁπλότητι καὶ ἁγιότητι κοινωνὸν, αὐτὴν τὴν πίστιν, ἣν εὗρε, κηρύττοντα. ἀνεγνώκει δηλαδὴ ἡ ἁπλῆ ἐκείνη *εὐλάβεια, καὶ εὐλαβὴς ἁπλότης, δεῖν μᾶλλον φοβεῖσθαι, ἢ ἰδίας συνέσεως βάθος ζητεῖν· καὶ ἀλλαχοῦ· μὴ δεῖν ἀνερευνᾶν τὰ βαθύτερα. καὶ πάλιν· εἴτις ἄλλο κηρύξειε καὶ νομοθετήσειε παρ' ὃ ἐκηρύξαμεν, ἀνάθεμα ἔστω. ἀλλὰ καὶ τούτου ἐκ τοῦ κόσμου μεθισταμένου, ὡς ἡ ἡμετέρα φροντὶς ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὴν ἐξέτεινεν, ἐφ' ὅσον ὁ κύριος ἐπέ-

*ἐκείνος

*διαδεξάμενος

*εὐλάβεια, ἐκείνη

CAPVT XVIII.

Epistola Cælestini ad Nestorium.

Dilecto fratri Nestorio Cælestinus.

ALIQVANTIS diebus vitæ nostræ, post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii, catholica fides quietem habuit, quando eos cum suæ opinionis sequacibus, telis vnitæ sententiæ oriens occidensque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus, catholicæ magister fidei, & vere beati Ioannis etiam ad ista successor, eos ita persecutus est pro rege communi, vt iis nec standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post eius exitum solicitudo vel maxima, cum successor ipsius vtrum etiam in eius fide succederet, quæreremus; quia difficile est continuari quæ bona sunt: nam sibi sæpe alternis vicibus aduersa succedunt. Habuimus tamen post hunc, a quo eramus continuo deserendi, sanctum Sisinium celebratũ simplicitate & sanctitate collegam, eam fidẽ quam inuenerat, prædicãtem. Legerat profecto simplex sanctitas, & sancta simplicitas, *timendum magis, quam alte sibi esse sapiendum*. & alibi: *Altiora sectanda non esse*. & iterum: *Si quis aliud prædicauerit, quam quod prædicauimus, anathema sit*. Hoc tamen exeunte de sæculo, cum se solicitudo nostra in tantum extenderet, in quantum ei Dominus noster

Rom. 11. v. 20. Eccl. 3. v. 22. Gal. 1. v. 8.

permisit; lætificauit animum nostrum venientium narratio nuntiorum, quam mox firmauit eorum, qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum; qui tibi testimonii tantum detulerunt, quantum ferri huic debuit, qui aliunde videbatur electus. Tanta enim ante opinione vixisti, vt tuis te aliena ciuitas inuideret: tanto nunc horrore vitaris, vt tui in aliis videant, qualiter fuerint liberati. Dudũ sumpsimus epistolas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi. erat enim in Latinum sermo vertendus. quod cum, licet sero, facimus, sancti fratris & coepiscopi mei Cyrilli probatissimi sacerdotis per filium meũ Possidonium diaconum talia de te scripta suscepimus, quibus his qui de tua ordinatione retulerãt, perisse suum testimonium doleremus. Bonis enim principiis tuis malus (quantum videmus) successit euentus; bonis, inquam, principiis, quæ apud nos ita celebrata fuerant, vt responsum dantes ad relationem fratrum, nos faceremus participes gaudiorum. Sed considerantes nunc & querelam de te prædicti fratris, & interpretatas tandem epistolas tuas apertam blasphemiam continentes; illud nobis apostolicum vi-
Gal. 4. v. 20. demus esse dicendum: *Vellem mutare vocem meam, quia confundor in vobis.* quinimo mutaui, nisi de præcipitiis se reuocet impius dis-
1. Cor. 5. v. 13. putator. *Necesse est enim, vt malum ex nobisipsis*, sicut præcipitur, *auferamus.*

τρεψεν, ἐχαροποίησεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἡ διήγησις τῶν ἐρχομένων ἀγγέλων, ἣν εὐθέως ἐβεβαίωσεν ἡ τῶν ἡμετέρων κοινωνῶν ἀναφορὰ τῶν παραγενομένων τῇ σῇ χειροτονίᾳ· οἵτινες τοσοῦτόν σοι ἐμαρτύρησαν, ὅσον ἐχρῆν τῷ ἀλλαχόθεν ἐπιλεχθέντι. μετὰ τοσαύτης γὰρ καὶ πρότερον ὑπολήψεως ἔζησας, ὥστε καὶ ἐφθόνησε τοῖς σοῖς ἀλλοτρία πόλις· μετὰ τοσαύτης δὲ νῦν ἀτοπίας φευκτέων σεαυτὸν παρεσκεύασας, ὡς τοὺς σοὺς ἐν ἀλλοτρίοις ὁρᾷν, ὅπως ἀπηλλάγησαν. πρόην ἐδεξάμεθα τὰς σὰς ἐπιστολὰς, αἷς ἐν στενῷ οὐκ ἠδυνήθημεν ἀποκρίνασθαι· ἔδει γὰρ τὸν λόγον εἰς Ρωμαϊκὸν μεταβληθῆναι. ὅπερ ὡς βραδέως διὰ τὴν ἀνάγκην ἐποιοῦμεν, ἐδεξάμεθα τοιαῦτα περὶ τοῦ γράμματα τοῦ ἁγίου ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Κυρίλλου, τοῦ δοκιμωτάτου ἱερέως, διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου, δι' ὧν σφόδρα ἐλυπήθημεν ἀπολωλέναι τῶν περὶ τοῦ ἀνενεγκόντων τὴν μαρτυρίαν. καλὰς γὰρ σου τὰς ἀρχὰς κακὴ, ὡς ὁρῶμεν, ἀπόβασις διεδέξατο. καλὰς φημὶ ἀρχὰς, τὰς παρ' ἡμῖν οὕτω φημισθείσας, ὡς δεῖξαι ἡμᾶς ἐν τῇ ἀποκρίσει τῇ πρὸς τὴν ἀναφορὰν τῶν ἀδελφῶν, ὅπως ἦμεν κοινωνοὶ τῆς χαρᾶς. ἀλλὰ νῦν ἐννοοῦντες καὶ τὴν περὶ τοῦ μέμψιν τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ μου, καὶ τὰς σὰς ἐπιστολὰς ἑρμηνευθείσας, αἵτινες φανερὰς ἔχουσι βλασφημίας, ὁρῶμεν ὅτι λεκτέον παρ' ἡμῶν τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο· ἤθελον ἀλλάξαι μου τὴν φωνὴν, ὅτι καταισχύνομαι ἐν ὑμῖν. μᾶλλον δὲ ἤλλαξα, εἰ μὴ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ ἀνακαλέσειεν ὁ ἀσεβὴς προσομιλητής. ἀνάγκη γάρ ἐστιν, ἵνα ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν τὸ κακὸν, ὥσπερ ἐκελεύσθημεν, * ἀποστήσωμεν.

Anno Christi 431.

* ἀποστήσωμεν.

ANNO CHRISTI 431.

Ανέγνωμεν τοίνυν τῶν ἐπιστολῶν τὸ ὕφος, καὶ τὰς βίβλους, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀνδρὸς τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ἀντιόχου ἀποδιδόντος, ἀπεδεξάμεθα ἐπὶ ταύταις. *ἀνιχνευθεὶς μὲν ἡμῖν, καὶ εὑρεθεὶς, καὶ καταχεθεὶς πολυλαλίᾳ τινὶ ἐξωλίσθανες, τἀληθῆ τοῖς σκοτεινοῖς ἐγκαλύπτων, καὶ πάλιν συγχέων ἑκάτερα, τῷ ὁμολογεῖν μὲν τὰ ἀρνηθέντα, ἐπιχειρεῖν δὲ ἀρνεῖσθαι τὰ ὡμολογημένα. ἐν δὲ ταῖς σαῖς ἐπιστολαῖς φανεραὶ ἀπόφασιν οὐχ οὕτω περὶ τῆς ἡμετέρας πίστεως, ὡς περὶ σεαυτοῦ ἐξηνέγκας, θέλων περὶ τοῦ θεοῦ λόγου ἄλλως κηρύξαι, ἤπερ ἡ πάντων πίστις ἔχει. ἰδοὺ τοίνυν εἰς οἵαν καλούμεθα ἀπόφασιν περὶ σοῦ. ἰδοὺ οἷαί εἰσιν αἱ εὐεργεσίαι τῶν σῶν καινοτήτων· ἀφ' οὗ ἀγνοούμενος μὲν ἐπελέχθης, γνωσθεὶς δὲ κατηγορήθης. λοιπὸν μετὰ τοῦ τῶν ἐθνῶν διδασκάλου λεκτέον· τί γὰρ εὐξώμεθα ὡς χρὴ, οὐκ ἴσμεν. ἆρα οὐ ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκείνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ πρέπει, ἥ τις δεδοκιμασμένων ἐν αὐτῇ ἀνθρώπων κατεφρόνησεν, ἀκολουθοῦσα τῇ σῇ φήμῃ, οὐ τῇ γνώσει; ἠπατήθη ἡ ὑπόνοια τῶν καλῶς περὶ σοῦ πιστευσάντων. τίς γὰρ ἐντὸς προβάτου μαλλοῦ ἅρπαγα κεκρύφθαι λύκον νομίσειε; φωνή ἐστιν αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου, δεῖν καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δεδοκιμασμένοι φανεροὶ ὦσιν. ἄνοιγέ σου τὰς ἀκοὰς, καὶ τούτου τοῦ πρὸς Τιμόθεον καὶ Τίτον ἄκουε λόγους. τί ἄλλο κελεύει, ἢ ἵνα τὰς βεβήλους καινότητας τῶν φωνῶν ἀποστρέφωνται; ταῦτα γὰρ εἰς ἀσέβειαν προχωρεῖ, ἅπερ ἀεὶ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ποιεῖ. τοῦ δὲ Τιμόθεον καὶ παρακεκληκέναι αὐτόν φησιν, ἵνα τῇ Ἐφέσῳ παραμένων, παραγγείλῃ τισὶ, μή τις ἄλλο κηρύξῃ. πρὸ ὀφθαλμῶν μοί ἐστι τὰ ῥήματα Ιερε-

*ἀνιχνεύθης μὲν ἡμῖν, καὶ εὑρεθεὶς, καὶ καταχεθεὶς πολυλαλίᾳ τινὶ ἐξωλίσθανες, τἀληθῆ τοῖς σκοτεινοῖς ἐγκαλύπτων, καὶ πάλιν συγχέων ἑκάτερα, τῷ ὁμολογεῖν μὲν τὰ ἀρνηθέντα, ἐπιχειρεῖν δὲ ἀρνεῖσθαι τὰ ὡμολογημένα.

Legimus ergo epistolarum tenorem, & eos libros quos illustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem a nobis inuestigatus, deprehensus & tentus es, quod multiloquio labebaris, dum vera inuoluis obscuris: rursus vtraque confundens, vel confiteris negata, vel niteris negare confessa. Sed in epistolis tuis apertam non tam de fide nostra, quam de te tulisti sententiam, volens de Deo Verbo aliter quam fides habet omnium disputare. Ecce nunc in quam de te vocamur sententiam, ecce quæ tuarum sunt beneficia nouitatum: postquam ignoratus electus es, cognitus accusaris. Iam nunc cum illo gentium doctore dicendum est: *Nam quid oremus, secundum quod oportet, nescimus.* Nonne hæc ecclesiæ illi verba conueniunt, quæ probatos sibi viros, non notitiam tuam, sed famam secuta, contempsit? Iam impositum est opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ouile velut rapacem lupum putaret abscondi? Vox est eiusdem Apostoli, *oportere etiam hæreses esse, vt probati manifesti fiant.* Aperi aures tuas, & eius ad Timotheum & Titum dictos audito sermones. Quid his aliud præcipit, quam *vt nouitates vitent vocum profanas?* Ad impietatem quippe ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt. Timotheum certe etiam rogasse se dicit, vt *Ephesi remanens denuntiaret quibusdam, ne quis aliter prædicaret.* Ante oculos mihi Ieremiæ pro-

Rom. 8. v. 26.

1. Cor. 11. v. 19.

1. Tim. 6. v. 20. Tit. 3.

1. Tim. 1. v. 3.

Ier. 5. v. 30.

phetæ verba sunt: *Horribilia*, inquit, *facta sunt super terram: Prophetæ iniquitates prophetizãt*. Hæc, dicas volo, quasi ignota te transeunt, aut quasi nota contemnis? Si quasi ignota te transeunt, non sit pudori discere rectum, quando timori non fuit docere peruersum. Si quasi nota contemnis, intellige te inexcusabilem fore, cum a te cõmissi tibi talenti quæsierit ille rationem, qui per nos de hoc sancto fenore suum lucrum semper expectat. Aspice quæ pœna illum maneat, qui abscondit acceptum, qui integrum certe restituit quod accepit. Vnde euidenter aduerte, quod sit & quale periculum, nec hoc quod acceperis, reddidisse. An tu Domino nostro dicturus es: *Quos dedisti mihi, custodiui:* cum sic scindi in partes eius audiamus ecclesiam? Qua conscientia viuis, pene ab omnibus in hac ciuitate desertus? Optaueram eos tunc fuisse tam cautos, quam nunc sunt, cum sibi desiderant subueniri. Vnde tibi in has quæstiones verba dirigere, quæ sit blasphemum cogitasse? Vnde hæc in populos episcopo prædicare, quibus virginei partus reuerentia saucietur? Non debent veteris fidei puritatem blasphema in Deum verba turbare. Quis vnquam non dignus est anathemate iudicatus, vel adiiciens vel detrahens fidei? Plene etenim ac manifeste tradita ab apostolis nobis, nec augmentum nec imminutionem requirunt. Legimus in libris nostris non addi de-

Matth. 25.

Ioan. 17.

Apoc. 22. v. 18.

μίου τ῀ θεοῦ φήπου· φοβερὰ, φησὶν, ANNO CHRISTI 430.
ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς· ⟨ι⟩ θεοῦ πᾶσα
ἀδικία ἐν θεοῦ προφήταις. τοῦτο, εἰπέ
μοι, ὡς ἄγνωστά σε παρέρχεται, ἢ ὡς
ἐγνωσμένων καταφρονεῖς; εἰ μὲν ὡς
ἀγνωστά σε παρέρχεται, μὴ αἰδεσθῇς
μαθεῖν τὸ ὀρθὸν, ὡς ὅτε ἐφοβήθης
μαθεῖν τὸ διεστραμμένον, καὶ διδά-
ξαι. εἰ δὲ ὡς ἐγνωσμένων καταφρο-
νεῖς, νόει, ὅτι ἀναπολόγητά σοι ἔσται,
ὅταν ἀπὸ σοῦ τὸ ἐπιστραπέντος σοι
ταλάντου ⟨τ⟩ λόγον ἐκεῖνος ἐπι-
ζητήσῃ, ὃς δι' ἡμῶν ἀπὸ τούτου τοῦ ἁ-
γίου δανείσματος ἑαυτῷ κέρδος ἀεὶ
ἐκδέχεται. ὅρα, οἵα ζημία ἐκεῖ-
νῳ μὲν ⟨τ⟩ κρύψαντι ὁ εἰλή-
φει· * ἔπειτα μὲν ⟨τ⟩ μὴ ὁλόκλη- * Alias
ρον ἀποκαταστήσαντι, ὅπερ εἰλήφει. ὅσῳ ἐπὶ
φανερὸς πρόσεχε, ὅσος καὶ οἷος ἐ
κίνδυνος, μηδὲ ὅπερ ἔλαβες, ἀπο-
διδόναι. ἆρα σὺ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν
ἐρεῖς· οὓς δέδωκάς μοι, ἐφύλαξα·
ὁπότε οὕτως ἀκούομεν σφάζεσθαι καὶ
ῥάζεσθαι πρὸ ἐκκλησίας αὐτῆς; μᾶ
οἵας σωτηρίσεως ζῆς, ὄφελον ἀπὸ
πάντων σὺ ταύτῃ τῇ πόλει καταλει-
φθείς; νυνὶ μὲν αὐτὸν τότε μᾶλ-
λον ἐγκρυπτάσσεσθαι ἀσφαλεῖς, ἢ νῦν εἰσιν,
ὅτε ἑαυτοῖς ἐπιζητοῦσι βοηθεῖν. πό-
θεν σοι εἰς τοιαῦτα ζητήματα ἰθυνεῖν
λόγους, ἅπερ σὺ νοεῖν βλάσφημον; ἐ
πόθεν ἐπισκόπῳ εἰς δήμους ταῦτα
κηρύττειν, δι' ὧν τὸ σέβας τῆς θεο-
σεβικοῦ τόκου ὑπερώσκεται; ἐκ ὀφεί-
λοισι τῆς ἀρχαίας πίστεως τοῖς κα-
θαρόπλα βλάσφημοι εἰς ⟨θ⟩ θεὸν λό-
γοι διαφερόντως. ὡς πώποτε ἐκ ἄξι⟨ο⟩ τῆς ἀναθεματισθείσης ἐκεῖνα, ἢ
ἀφαιρῶν τι, ἢ προσιδεὶς τῇ πίστει; τὰ γὰρ μεσῶς καὶ φανερῶς παραδεδο-
μένα ἡμῖν παρὰ τῶν ἀποστόλων, οὔτε προσθείκτω, οὔτε μείωσιν ὑπδέχε-
ται. ἀνέγνωμεν γὰρ ἐν ταῖς βίβλοις ἡμῶν, μήτε προσθεῖναι δεῖν, μή-

π

ANNO CHRISTI 431.

τε ἀφαιρεῖν. μείζιση γὰρ ἡ τῶ πρόσθεντα, καὶ τ' ἀφαιρουῦντα ζημωεία δεσμεῖ. ὅθεν καυτῆρα καὶ σίδηρον ἑτοιμάζομεν, ἐπειδήπερ ἑτέρως ἐκ ἔστι καταπλητέα τὰ τραύματα, ἀπερ ὕστερον ἀποκοπῆς ἄξια. ἴσμεν γὰρ τὰ μέγιστα ἑλαφρώματα μὴ μείζονος ἀεὶ πόνου περιπθόμενα. ἀλλὰ μεταξὺ πολλῶν, ἅπερ πρὸς θεὸν ἀσεβῶς κηρυττόμενα, ἡ * καθόλου ἀπωθεῖται ἐκκλησία, κλαίομεν μάλιστα τὸ, ταῦτα τὰ ῥήματα παρὰ θεοῦ ἀπῆρται ἀπὸ τ' * συμβόλου, ἅπερ ἡμῖν πάσης ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐπαγγέλλεται τ' ἐλπίδα. ὅπερ διὰ τί γίνεται, λελοδόσιν αἱ ἐπιστολαί σου, πρὸς ὧν οὐδεμία ἀμφιβολία ἔστιν· ὑπὲρ ταύτας αὐτὸς ἀπέστελας, ἃς ἐκ ἠβουλόμεθα ἐληλυθέναι εἰς ἡμετέρας χεῖρας, μὴ ἀναγκαζώμεθα δικάσαι πρὸς τὸ εἶδος τῦ πλικούτου μύσους. πασῶν τῶν διαλέξεών σου τὰς ὁδοὺς ὁ βραχὺς ἐκείνων πρὸς ἔκλεισε λόγος. ἤπλωσας σεαυτὸν πλατύτερον, καὶ πολλαῖς περιτροφαῖς περιῆλθες· ὀψὲ δὲ ὅμως διὰ διαφόρων ὁδῶν εἰς τὴν ἀσεβῆ ὁρον ἔφθασας. ἴσμεν τί ἐκεῖνος διέταξεν, ὁ κελεύσας φεύγειν τὰς ἔριδας καὶ τὰς μάχας τὰς πρὸς τῦ νόμου· εἰσὶ γάρ, φησὶν, ἄχρηστοι καὶ μάταιαι. ὅπερ τίνων ἄχρηστον καὶ μάταιον κρίνεται, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει μακρὰν εἶναι ὠφελείας. συγχαίρω ἐκ καὶ ὁ ἀδελφὸς Κύριλλος ἤδη σε διὰ δευτέρων ἐπιστολῶν μεθοδεύεσθαι φησι, * θέλων σε τῦτο * ποιεῖν, ὅπως μὴ πρὸ τῶ πρώτου καὶ δευτέραν ἐκείνου, καὶ ταύτην τὴν ἡμετέραν ὑπόμνησιν, ὡς δῆλόν ἐστιν εἶναι τέλος λοιπὸν, παντελῶς ἀπὸ τῆς τῦ σωτῆρίου ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν χριστιανῶν σωτηρίου ἀποκλείσθης, ἐὰν μὴ θᾶττον τὰ κακῶς εἰρημένα ὑπὸ θεοῦ, διορθωθῇ· ἐὰν μὴ εἰς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπανέλθῃς, ἵνα ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ἔναι

bere, non detrahi. Magna quidem & addentem & detrahentem pœna constringit. Vnde cauterium paramus & ferrum, quia vltra non erunt fouenda vulnera, quæ merentur abscindi. Scimus certe, maiora vitia maiore semper dolore sanari. Inter multa quæ a te impie prædicata, vniuersalis recusat ecclesia, symbolo ab apostolis tradito plangimus hæc verba fuisse sublata, quæ nobis totius spem vitæ salutisque promittunt. Quod quare fiat, loquuntur epistolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio est, quia eas ipse misisti: quas in manus nostras nolueramus venire, ne de tãti cogeremur sceleris genere iudicare. Omnium disputationum tuarum vias breuis earum sermo concluſit. Extendisti te latius, multis anfractibus circumisti: sero tamen diuerso itinere peruenisti ad impium constitutum. Scimus quid ille cauerit, qui præcepit contentiones & pugnas legis esse vitandas: *Sunt enim*, inquit, *inutiles & vanæ*. Quod igitur vanum & inutile iudicatur, nemo dubitat minime profuturum. Itaque quamuis & iam frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse conuentum, intelligas volo, post primam & secundam illius & hanc correptionem nostram, quam cõstat esse iam tertiam, ab vniuersitate collegii & conuentu Christianorum te prorsus esse seiunctum, nisi mox quæ male dicta sunt corrigantur, nisi in eam viam redeas, quam se Christus esse testatus est, ut sis ipse via, veritas & vita. Quod si non feceris, nihil nobis cum tua communione erit. Tit. 3. v. 9.

ſtatur. Male in hunc arma deſperatione mouiſti, qui te ſuper familiam ſuam, velut fidelem prudentemque ſeruum permiſerat ante conſtitui. Periit tibi huius vice officii beatitudo promiſſa: quia non ſolum non das cibum in tempore, verum etiam veneno interficis, quos ille ſuo ſanguine & ſua morte quæſiuit. Venenum namq; eſt ſub tuis labiis, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus; cum cõtra eum qui ſuauis eſt, niteris diſputare. Vbi eſt diligentia paſtoralis? *Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: mercenarius vero eſt, qui eas lupis dimittit & tradit.* Quid hic tu paſtor acturus es, qui Dominicum gregem pro lupis ipſe diſpergis? Ad quænam grex Dominicus ſepta confugiet, ſi intra ouilia eccleſiæ ſauciatur? qua futurus eſt tuitione defenſus, qui te patitur pro cuſtode raptorem? *Et alias,* inquit Dominus, *habeo oues, quæ non ſunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere.* Ille alias ſe promittit adducere, tibi pereunt quas habebas. tametſi quidem certũ ſit, quoties iſta contingunt, non oues paſtoribus, ſed magis ouibus perire paſtores. *Et vocem meam,* inquit, *audient.* Quare? *Vt fiat vnus grex, vnus paſtor.* Ad illius vocem vnus fit grex, ad tuã vero aut inficitur, aut fugatur. Durum eſt, vt in te de actibus apoſtolorum beati Pauli verba conueniant: *Ego,* inquit, *ſcio, quia intrabunt poſt diſceſſum meum lupi*

Matth.24. v.45.

Pſal.13.

Ioan.10. v.11.

Ibid.16.

Act.10. v.29.

μαρτύρεται. κακῶς κῆ τούτου ὅπλα κατ' ἀνελπισίαν ἐκίνησας, ὃς ἐπαύξω σε τ οἰκετῶν αὐξ, ὡς πιστὸν ☪ σωτὸν δοῦλον ἐπέτρεψε πρότερον καθεστῆναι. ἀπώλετό σοι ἡ ὑπὲρ τ τοιαύτης ὑπηρεσίας ἐπαγγελθεῖσα μακαριότης. ὃ γὰρ μόνον ζημιοῖ ὁ πρέχλς σὺ κερδος, ἀλλὰ κῆ θηλυτηρίῳ αὐαιρεῖς, οὓς ἐκεῖνος τῷ ἰδίῳ αἵματι καὶ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ ἐκέρδανε. θηλυτήριον γὰρ ὑπὸ τοῖς σοῖς χείλεσίν εἰσι ταῦτα, ἅπερ κατάρας κῆ πικρότητος μεστὰ καθορῶμεν, ὁπότε κῆ τὲ ὄντος ἡδέος ὀπιχρεῖς διαλέγεσθαι. ποῦ ὅτιν ἡ ποιμενικὴ ἐπιμέλεια; ποιμὴν ἀγαθὸς τ ψυχὴν αὐτὲ τίθησιν ὑπὲρ τ ἰδίων προβάτων· μισθωτὸς δέ ὅτιν, ὃς ταῦτα τοῖς λύκοις καταλιμπάνει, κῆ πραδίδωσι. εἰ γὰρ σύ, ὦ ποιμήν, ἐνταῦθα προέξῃς, ὅπου τ δεσποτικὴν ἀγέλην αὐτὴ λύκων αὐτὸς διασπαράξῃς; εἰς ποίους λοιπὸν φραγμοὺς ἡ δεσποτικὴ ἀγέλη καταφυγεῖν δύνατ, εἰ ἐν τοῖς τ ἐκκλησιαστικῶν προβόλοις λυτρώσκεται; ἢ ποία πραφυλακὴ ἀσφαλὴς ἔσται, ὁπόταν τὰ φύλακι αὐτὴ φύλακος ἅρπαγα; καὶ ἄλλα, φησὶν ὁ κύριος, ἔχω προβατα, ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τούτου τ προβατεώνος, κἀκεῖνα δεῖ με ἀγαγεῖν. ἐκεῖνος ἄλλα ἐπαγγέλλεται ἀγαγεῖν, σὺ δὲ *ἅπερ εἶχεν, ἀπολλύεις. εἰ κῆ τὰ μάλιστα φανερόν ὅτιν, ὁσάκις ταῦτα συμβαίνει, οὐ τὰ προβατα τοῖς ποιμέσιν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς προβάτοις τοὺ ποιμένας ἀπόλλυσθαι. καὶ τὴν φωνὴν μου, φησὶν, ἀκούσονται. διὰ τί; ἵνα γένηται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. πρὸς τὴν ἐκείνου φωνὴν μία ποίμνη γίνεται, πρὸς δὲ τὴν σὴν βλάπτεται, ἢ φυγαδεύεται. σκληρόν ὅτιν, ἵνα ἐπὶ σοὶ ἁρμόσῃ τὰ ῥήματα τ μακαρίου Παύλου, ἀπὸ τ προέξεων τ ἀποστόλων· ἐγὼ, φησὶν, οἶδα, ὅτι εἰσελεύσονται μετ τὴν ἐμὴν ἀναχώρησιν λύκοι βαρεῖς καθ' ὑμᾶς,

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

μὴ φεδόμενοι τῆς ἀληθείας. ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνθρωποι λαλοῦντες διεστραμμένα, ἵνα ἀπάγωσι τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. παῦτα ἠβουλόμεθα παρὰ σοῦ ἄλλοις, ἢ σοι εἰρῆσθαι· διδακτέα γὰρ ἦν παρὰ σοῦ, οὐ μαθητέα σοι, ἅπερ λέγομεν. τίς γὰρ φέρει διδάσκεσθαι ἐπίσκοπον, ὅπως ὀφείλει χριστιανὸς εἶναι; ἐπιμελῶς προσέχε, εἰς οἷόν αἵρεσιν κέκλησαι· προκαλῇ, διαβάλλῃ, κατηγορῇ. τί τούτων ἱερεῖ πρέπει; σκληροῖς σκληρὰ ὑποκεῖσθαι.* ἢ τίς ἔρα ἐστὶν ἄμωμα λόγοις ὑμωρεῖσθαι τὰ βλάσφημα. ἢ ὑπολαμβάνεις, ὅτι σου φεισόμεθα ἡμεῖς, ὁπότε σαυτῆς ψυχῆς αὐτὸς οὐ φείδῃ; ὃς πάντας θέλεις σοῦ φθάσαντας, καὶ σοῦ προόντας, καὶ σοῦ μέλλοντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν ὑπερβολὴν σωτηρίας. διώκω σιλανόν σοῦ ἐχθροὺς τοὺς καλοῦ θεράποντου μου, ὡς δοῦλος πιστός· ὁπότε φησὶν ὁ προφήτης, τελείῳ μίσει τοὺτους μισεῖν. ὑπομιμνήσκομαι πάλιν ἄλλου λαλοῦντος, ἵνα μὴ φείσωμαι. τίνι ἐγὼ σὺ ταῦθα προφέρω; τίνι ὑμῶν φυλάξω, ὁπότε ἔστο ὀφθῆναι προκόμμον, ἵνα μοι δρεπῇ ἡ ἀπάσης ἐλπίδος ὑποθεσις; αὐτῷ τῷ κυρίου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ῥήματά εἰσιν, οἷς φησι, μὴ πατέρα, μὴ μητέρα, μὴ τέκνα, μή τινα συγγένειαν ὀφείλειν αὐτῷ προτιμᾶσθαι. ἔστι γὰρ πολλάκις τοιαύτη εὐσέβεια, ἀφ' ἧς ἀσέβεια πίπτεται· ὅτε νικώσης τῆς κατὰ σάρκα διαθέσεως, ἐκείνης τῆς ἀγάπης, ἥτις ἐστὶν ὁ θεός, ἡ σωματικὴ ἀγάπη προκρίνεται, δι' ἣν πολλάκις ἡμῶν μὴ τινας. ἀλλ' ὅτε κατ' ἐκείνου ἐστὶν, ὃς ἐστὶν αὐτὴ ἡ ἀγάπη, ἀναίσχυντον λοιπὸν κἀκείνας τὰς ἐννοίας ἐκβάλλεσθαι, ὧν ὁ ἀρχηγὸς εἰς δίκην καλεῖται. ἐξυπνίσθητι ὀφθέ ποτε· οὐ γὰρ λεκτέον ταῦτας ἐξηγορήσεις, ἃς ὑπονέμεις οὐ τῇ φυ-

*ἄνεις

graues in vos, non parcentes gregi: & ex vobisipsis exurgent homines loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Hæc a te aliis, quam dicta tibi vellemus. docenda enim tibi fuerant, non discenda quæ dicimus. Nam quis ferat, doceri episcopum qualiter debeat esse Christianus? Diligenter aspice, in quam conditionem voceris: incesseris, argueris, accusaris. Quid horum conuenit sacerdoti? Duris dura responsio: si tamen vicissitudo est, verbis blasphemum vindicare. An tibi a nobis existimas esse parcendum, cum animæ tuæ ita ipse non parcas, vt omnibus velis & præteritis & præsentibus & futuris beneficium salutis auferre? Persequar plane boni Domini mei fidelis seruus inimicos, cum propheta asserat, odio eos se odisse perfecto. Moneor rursus altero loquente, ne parcam. Quem hic ego respiciã? cui honoris aliquid reseruem, quando agitur, vt mihi totius spei meæ causa tollatur? Ipsius in euangelio Domini verba sunt, quibus ait, non sibi patrem, non matrem, non filios, non aliquã necessitudinẽ debere præponi. Etenim talis frequenter est pietas, ex qua nascitur impietas; cum vincẽte carnis affectu, caritati illi quæ Deus est, caritas præponitur corporalis, cuius intuitu aliquibus sæpe deferimus. At vbi in eum tenditur, qui est ipsa dilectio, necesse est nec illa seruentur, quorum auctor vocatur in causam. Expergiscere tandem: quia non sunt istæ dicendæ vigiliæ, quas non exhi-

Psal.138.v.22. *Deut.7. & 13.*

Matth.10. v.37.

1.Ioan.4. v.16.

bes custodiæ, sed rapinæ. Dormire te velimus in hoc quod prædicas, & vigilare in hoc quod impugnas. Quid dico? Leuius certe ferremus, si in vtroque dormires. Nemo tibi perditus esset, nemo quæsitus: nullo animarum dispendio mœreret ecclesia, nullo compendio lætaretur. satius ei esset, si hanc sponso suo ita vt acceperas, resignares. Sed quid multis immoror, loquente architecto Paulo? frustra per te superædificatum aliquid quæro, in quo nõ inuenio fundamentum. Audio vim maximam sustinere clericos catholice sentientes, quibus nos communicamus, ita vt his etiam ciuitas interdicta dicatur. Lætamur eos præmium confessionis acquirere; sed dolemus quod episcopo persequente. Beatus apostolus Paulus persecutorem in prædicatorem mutauit: nefas est maximum, prædicatorem in persecutorem mutatum. Digere in numerum retro hæreticos, qui huiusmodi quæstiones ecclesiæ intulerunt. quis vnquam de hoc certamine victor reuertit? Habes certe tuæ ciuitatis exemplum. Paulus ciuis Samosatenus occupata ecclesia Antiochiæ, cum aliqua prædicaret, collegit suorũ seminum messem. Reliquos inuentores malorum, ecclesiis occupatis, sententiæ censura semper non dispar eiecit. Hos quoque hæreticos, de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt, nescius consulere voluisti, sedibus suis, iniusta dicentes, expulit iusta damnatio. Quos illic inuenisse requiem, non putamus esse mirandum. Inuenerunt enim impiam prædicationem, cu-

1. Cor. 3.

λακῇ, ἀλλὰ τῇ ἁρπαγῇ. ἠβουλόμεθά σε ἐν τούτῳ, ᾧ κηρύττεις, κοιμᾶσθαι, καὶ ἐγρηγορέναι καθ' οὗ πολεμεῖς. τί δὲ λέγω; φορητότερον ἦν ἐν ἡμῖν, εἰ ἐκοιμῶ εἰς ἑκάτερον. οὐδένα ἀπώλλυες, οὐδένα ἐκέρδαινες, ἐν οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ψυχῶν ἡ ἐκκλησία ἐστύγναζεν, ἐν οὐδενὶ κέρδει ἔχαιρεν. ἤρκει αὐτῇ εἰ τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ αὐτὴν ὥσπερ παρειλήφεις, καὶ παρεδίδους. ἀλλὰ τί πολλοῖς ἐμβραδύνω, λέγοντος τοῦ ἀρχιτέκτονος Παύλου; μάτην διὰ τοῦ ἐπικτισθέν τι ζητῶ, ἐν ᾧ οὐχ ὁρῶ θεμέλιον. ἀκούω βίαν ὑπομένειν τοὺς κληρικοὺς μεγίστην, τοὺς καθολικῶς φρονοῦντας, οἷς ἡμεῖς κοινωνοῦμεν, ὡς λέγεσθαι αὐτοὺς καὶ τῆς πόλεως ἀποκεκλεῖσθαι. χαίρομεν, ὅτι τὸ ἔπαθλον τῆς ὁμολογίας ἐκέρδαναν· ἀλλὰ λυπούμεθα, ὅτι ἐπίσκοπος ὁ διώκων. ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος ἀπὸ διώκτου εἰς κήρυκα μετηλλάγη· νῦν δὲ, μέγιστον ἀσέβημα, εἰς διώκτην ἀπὸ κήρυκος μετηλλάχθαι. ἀρίθμει τοὺς πάλαι αἱρετικοὺς, οἵτινες τοιαύτας ζητήσεις τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπήνεγκαν. τίς πώποτε ἀπὸ τοιαύτης ἔριδος νικήσας ἀνεχώρησεν; ἔχεις ὑπόδειγμα τῆς πόλεως τῆς σῆς. Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, ὥς τινα ἐκήρυττε, συνῆξε τῶν ἰδίων σπερμάτων τὸ θέρος. τοὺς λοιποὺς τῶν κακῶν εὑρετὰς καταχόντας τῶν ἐκκλησιῶν, ἀεὶ ἡ αὐτὴ στερρότης τῆς ἀποφάσεως κατεβάλλετο. ἀλλὰ καὶ τούτους τοὺς αἱρετικοὺς, περὶ ὧν ἡμᾶς, ὡς τὰ κατ' αὐτοὺς ἀγνοῶν, ἠθέλησας ἐρωτῆσαι, ἐκ τῶν ἰδίων θρόνων ὡς ἄδικα λαλοῦντας καταδίκη δικαία ἐξέωσεν· οὓς ἐκεῖ εὑρηκέναι ἀνάπαυσιν οὐ θαυμάζομεν. εὑρήκασι γὰρ ἀσεβὲς κήρυγμα, ὅτε ἐν

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

συκρίσῃ ἑαυτὸν ἐνόμισεν ἀνθυπάτοις. εἰ ταῦτα ὑπὲρ ἡ δύναμις ἐλάττονος ἀπήτησεν, οὐ δυνάμεθα σιωπᾷν ὅπερ θαυμάζομεν. δύνῃ ωμεν ὅπως καλῶς πιστεύεις περὶ τοῦ Χριστοῦ γνώσιν ἁμαρτίας, καὶ ὅπως αὐτῷ τὴν φύσιν δικαίως ἐνοχεύεις ἐξ ἧς καταγρεως· καὶ *τοῦτο δικαίως ἀποδοῦναι τὸ χρέος, ὃς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ χρεώστου κατάγεται. Εἰ μὴ θεοποιοῦσιν οἱ καλακριθέντες, ὅτι ταῦτα ἠρνήσαντο; οὐδέποτε ἀνυπόπτως τὰ ἐναντία ἑαυτοῖς συμφωνεῖ. ἀλλὰ μᾶλλον ἐξεβάλλοντο, εἰ καὶ οἱ ὁμοίως ἀπήρεσκον. ὅμως διὰ τί τὰ κατ' ἐκείνων πεπραγμένα *ζητεῖται, ὁπότε δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς ἦρξατο τότε ἐπισκόπου τοῦ καθολικοῦ Ἀττικοῦ τὰ ἐπομνήματα ἀπεστάλη; διὰ τί μὴ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Σισίνιος ἐζήτησε; δηλαδὴ ὅτι ἐδοκίμασεν αὐτοὺς πρὸ τοῦ πεφηνασμένους δικαίως καλακεκρίσθαι. κλαιέτωσαν οἱ ἄθλιοι ἐκπεπτωκότες τῆς αἰωνίου ἐλπίδος, οἵτινες εἰς *μόνιμον τὴν κοινωνίαν διὰ μετανοίας βοηθεῖσθαι ἠδύναντο. ἰδοὺ ἥρξω μαθεῖν πρὸ αὐτῶν, εἴ τι πρέπον ἠγώνησας. ἀλλὰ τὸν σὸν πραῦμα μᾶλλον ἢ τὸ ἄλλων καθολικῇ καὶ ἐπιλαχνομένῃ ἐπισκέψει θεράπευε, ὅτι ἡρμοσμένως λέγομεν· ἰατρὲ θεράπευε σεαυτόν, ὁ βοηθεῖν ἄλλοις σκεπόμενος. ἡ ποιότης τῆς νόσου τῆς σῆς οὔτε ὑπιδέχεται, οὔτε ὑπερίστησι δοθῆναι ἀνακωχήν. τῆς ἱερέως τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν πίστιν ἐγνώκαμεν, καὶ ἔχομεν δεδοκιμασμένην. καὶ σὺ δέ γε αὖθις ὑπομνησθεὶς, τὰ αὐτὰ ἡμῖν πάλιν φρόνησον, εἰ μετ' ἡμῶν θέλεις εἶναι, ὦ ἀδελφέ. εἰ δέδοται ἄρα σοι σωφέσις, παίντων καταγνοὺς, ὧν ἄρχει τῆς παρόντος ἐφρόνησας, οὕτως ταῦτα, ὡς θέλομεν, κήρυσσε, ἅπερ αὐτὸν κηρύσσοντα καθορᾷς. ἡμεῖς γὰρ πρὸ τοῦ πρέπον,

ius comparatione se æstiment innocentes. Hoc loco, quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus, quod stupemus. Legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asseris debitricem, & eum debitum merito reddere, qui descendit de genere debitoris. Quid tecum faciunt qui sunt hæc negando damnati? Nunquam sine suspicione, ea quæ sibi sunt aduersa, conueniunt. Eiicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen ea quæ in hos tunc sunt acta, quæruntur, cum certum sit, illinc ad nos a catholico tunc antistite Attico gesta directa? Cur non sanctæ memoriæ Sisinius ista quæsiuit? quia vtique sub decessore suo probauerat eos iure damnatos. Defleant infelices, spe se hominum fuisse deceptos; quibus iam potuit propter communionem sola pœnitentia subuenire. Ecce scire de his incipis, si qua ante nesciuisti. Causam tuam magis modo, quam aliorum, catholica & festina deliberatione curato; quia conuenienter dicimus: *Medice, cura te ipsum, qui aliis desideras subuenire.* Luc. 4. Ægritudinis tuæ qualitas non recipit, aut præstari permittit inducias. Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis fidem & probauimus & probamus: & tu admonitus per eum, rursus eadem senti nobiscum, si vis esse nobiscum, o frater. Si tibi sensus datur, damnatis omnibus quæ hucusque sensisti, statim hæc volumus prædices, quæ ipsum videas prædicare. Nos contra fas,

*τοῦ. εἰς καινωνίαν διὰ μόνης τῆς μετανοίας

*ζητῶσι,

etiam ſacerdotes volumus eſſe correctos; quibus ſicut præmiſſa correctione conſulimus, ita in hos neceſſe eſt damnationis ſententiam, ſi abutuntur noſtra ſalubri admonitione, firmemus. Hoc tamen erit poſt damnationem praui dogmatis plenum correctionis indicium, ſi reuocentur omnes ad eccleſiam, qui propter Chriſtum caput eius videtur excluſi. Quod niſi fiat quod dicimus, eiiciendus qui eiecit: quamuis in noſtra cõmunione ſunt iſti, in quos talis cognoſcitur extitiſſe. Ad clerum quoque eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vel omnes qui cenſentur nomine Chriſtiano, qualia neceſſitas poſtulauit, ſcripta direximus: vt ſi in peruerſæ diſputationis obſtinatione perſiſtis, neque hæc quæ frater Cyrillus prædicat, nobiſcum prædicaueris, a noſtro collegio, cum quibus tibi non poteſt eſſe communio, te intelligant ſeparatum; ſcituri, exemplo iam cauti, qualiter animæ ſuæ decocto & maturo iudicio debeant prouidere.

Aperte igitur hanc noſtram ſcias eſſe ſententiã, vt niſi de Chriſto Deo noſtro ea prædices, quæ Romana & Alexandrina, & vniuerſalis eccleſia catholica tenet, ſicut & ſancta Conſtantinopolitanæ magnæ vrbis eccleſia ad te vſque optime tenuit, & hanc perfidam nouitatem, quæ hoc quod venerabilis ſcriptura coniungit, nititur ſeparare, intra decimum diem a primo innoteſcentis tibi huius conuentionis die numerandum, aperta & ſcripta confeſſione

καὶ τοὺς ἱερεῖς* ἀνεχόμεθα διορθωθῆναι· ἀλλ' ὥσπερ ἐφροντίζομεν αὐτῶν τῷ πρότερον μεθοδεύειν, οὕτως εἰ ἀποχρήσοιντο τῇ ὑγιεῖ ὑπομνήσει, ἀνάγκη ἡμᾶς βεβαιῶσαι κατ' αὐτῶν τὴν τῆς καταδίκης ἀπόφασιν. οὗτο δ' ἔσται μετὰ τὸ καταγνῶναί σε τοῦ φαύλου διδάγματος, μεστὸν μαρτύριον τῆς* συνειδήσεως, εἰ ἀνακληθῶσι πάντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὓς δῆλόν ἐστιν ἀποκεκλεῖσθαι διὰ τοῦ Χριστὸν, ὅς ἐστι ταύτης κεφαλή· οἷς εἰ μὴ γένηται ὃ λέγομεν, ἐκβλητέος ὃς ἐξέβαλεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ εἰσὶν, εἰς οὓς ὤφθης τοιοῦτος. καὶ πρὸς τὸν κλῆρον δὲ τῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν, καὶ πάντας τοὺς ἐπιγραφομένους τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, οἷα ἀπήτησεν ἡ ἀνάγκη, ἀπεστείλαμεν γράμματα· ἵνα εἰ ἐν τῇ τῆς διεστραμμένης διαλέξεως παραμονῇ διατελέσῃς, καὶ μὴ ταῦτα ἅπερ ὁ ἀδελφὸς Κύριλλος μεθ' ἡμῶν κηρύττει, κηρύξῃς, μάθωσί σε ἀποκεχωρίσθαι τοῦ ἡμετέρου συνεδρίου, μεθ' ὧν σοι οὐ δύναται κοινωνία εἶναι· εἰσόμενοι καὶ τοῦτο, καὶ λοιπὸν ὄντες τῷ ὑποδείγματι ἀσφαλεῖς, ὅπως τῆς ψυχῆς ἑαυτῶν προνοεῖσθαι ὀφείλουσι καθηψημένῃ καὶ πεπεμμένῃ κρίσει.

Φανερῶς τοίνυν ἴσθι, ταύτην ἡμῶν εἶναι τὴν ἀπόφασιν, ὡς ἐὰν μὴ περὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ταῦτα κηρύξῃς, ἅπερ καὶ ἡ Ρωμαίων, καὶ ἡ Αλεξανδρέων, καὶ πᾶσα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία κατέχει, ὡς καὶ ἡ ἁγία ἡ κατὰ τὴν μεγάλην Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησία ἕως σου κάλλιστα κατέσχε· καὶ ταύτην τὴν ἄπιστον καινότητα, ἥ τις ἐπιχειρεῖ χωρίζειν ἅπερ συνάπτει ἡ ἁγία γραφὴ, ἐντὸς δεκάτης ἡμέρας, ἀριθμουμένης ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης τῆς ὑπομνήσεως, φανερᾷ καὶ ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ

ANNO CHRISTI 431.

ἀθετήσῃς, ὑπὸ πάσης κοινωνίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκβέβλησαι. ὅνπερ τύπον πρὸς σὲ τῆς ἡμετέρας κελεύσεως, διὰ τοῦ μνημονευθέντος υἱοῦ ἡμῶν Ποσιδωνίου τοῦ διακόνου μετὰ πάντων τῶν χαρτῶν, πρὸς τὸν ἅγιον καὶ συνεπίσκοπόν μου τῆς μνημονευθείσης Ἀλεξανδρείας ἱερέα, τὸν πρὸ τούτου αὐτῷ συντελέστερον ἀνενεγκόντα, ἀπεστείλαμεν, ἵνα τοποτηρῶν ἡμῖν τοῦτο πράξῃ, ὥστε τὸ παρ' ἡμῶν ὡρισμένον, εἴ τε καὶ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς φανερωθῇ· ὑπὲρ πάντες εἰδέναι ὀφείλουσι τὸ πραπόμενον, ὁσάκις ἡ πρὸς κοινοῦ πράγματος ἡ σκέψις.

damnaueris, ab vniuersalis te ecclesiæ catholicæ communione deiectum. Quam formam ad te nostri iudicii, per memoratum filium meum Possidonium diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ vrbis antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius retulit, destinauimus, vt agat vice nostra; quatenus statutum nostrum & tibi, & vniuersis fratribus innotescat: quia omnes debent nosse quod agitur, quoties omnium causa tractatur. Deus te custodiat incolumem, frater carissime. Data tertio Idus Augusti, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augg. coss.

Αὕτη ἡ ἐπιστολὴ ἀνεγνώσθη ἐν τῇ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὰς καταθέσεις τὰς κατὰ τῆς ἐπιστολῆς Νεστορίου· ἣ οὐκ ἀνελήφθη ἐν τοῖς ὑπομνήμασι.

Hæc epistola in Synodo Ephesina lecta est post depositiones cõtra epistolam Nestorii factas: quæ & relata est in commentarios.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

CAPVT XIX.

Τοῦ αὐτοῦ Κελεστίνου πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολή.

Eiusdem Cælestini epistola ad clerum & populum Constantinopolitanum.

Κελεστῖνος ἐπίσκοπος πρεσβυτέροις, διακόνοις, κλήρῳ, θεοῦ δούλοις, τῷ καθολικῷ λαῷ, διάφοροις ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Cælestinus episcopus presbyteris, diaconis, clericis, Dei seruis, populoque catholico, dilectis fratribus Constantinopolitanis in Domino Sal.

ΠΡΟΣ τούτοις μοι διαλεχθησομένῳ, οἵ τινες ἐκκλησίαν θεοῦ ποιοῦσι, πρόδρομοι ὁ ἀποστολικὸς λόγος προοίμιον, ἵνα ὑλακθεὶς μαθητὴς πρότερον ἀκούσωσιν ἐκείνου τοῦ διδασκάλου τὰ ῥήματα, ὃς τοῖς ἔθνεσιν ἐκήρυξεν· ἐκτὸς ἐκείνων, φησὶν, ἅπερ ὄντα ἔξωθεν, ἡ ἐπιμονή μου ἡ καθημερινή, ἡ φροντὶς πασῶν τῶν ἐκ-

ADeos qui faciunt ecclesiam Dei, mihi locuturo det apostolicus sermo principium, vt sancti discipuli prius audiant illius qui prædicauit gentibus verba doctoris. *Præter illa quæ sunt*, inquit, *extrinsecus, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ec-* 2. Cor. II. v. 28.

cleſiarum. Et rurſus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Ita & nos, licet longe poſiti, vbi peruerſitate doctrinæ cognouimus noſtra membra lacerari, paterna ſolicitudine nos vrente, pro vobis alieno flagrauimus incendio: licet inter eccleſias Dei, quæ vbique in vnum Chriſti thalamum referuntur, nihil longe ſit, nihil cenſeatur alienum. Cum ergo noſtra viſcera ſitis, iure trepidauimus ne fidem veſtram, quæ vbique prædicatur, a tramite veritatis inſinuatio male docentis auertat. Nam Neſtorius epiſcopus de virgineo partu, & de diuinitate Chriſti Dei & ſaluatoris noſtri, velut eius reuerentiæ & communis omnium ſalutis oblitus, nefanda prædicat, vitanda perſuadet: ſicut & eius ſcripta ad nos ab ipſo cum propria ſubſcriptione tranſmiſſa, ſicut etiam relatio ſancti fratris & coepiſcopi mei Cyrilli per filium meum Poſſidonium diaconum ad me miſſa patefecit. Quibus omnibus recenſitis, magnam vitandamque peruerſitatem impiæ prædicationis inuenimus. Humanam enim in Chriſto diſcutit, diuinamque naturam; nunc ſolum hominem, nunc ei ſocietatem Dei, quoties tamen dignatur, aſſignans. *Sed nos,* ſicut Ieremias ait, *talium prophetarum non poſſumus vanos audire ſermones.* Audiat & Ezechielem, & quid ſibi immineat, recognoſcat. *Extendam,* inquit, *manum meam ſuper prophetas qui viſa vana & diuinantes mendacium:* non erunt in concilio populi mei, & in ſcriptura domus Iſrael non deſcribentur, & in terram Iſrael non introibunt, & ſcietis quia ego Dominus Deus. Quæ omnia ſi quis non timet, quomodo non horret? Quomodo non contremiſcit? Quomodo non ſe ſubtrahit? Quomodo non fugit? Quomodo non ſe ſeparat? Quomodo non ſe abſcindit? Quomodo non ſe abſtrahit? Quomodo non ſe abſtinet? Quomodo non ſe abſtergit? Quomodo non ſe abſtergit? Quomodo non ſe abſtergit

ANNO CHRISTI 431.

τῶν ὁρώντων ψευδῆ, καὶ λαλούντων κενά· ἐν τῇ ἐπιστήμῃ τοῦ λαοῦ μου οὐκ ἔσονται, οὐδὲ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ οἴκου Ισραὴλ γραφήσονται, καὶ εἰς τὴν γῆν τοῦ Ισραὴλ οὐκ εἰσελεύσονται, ὅτι τὸν λαόν μου ἠπάτησαν. ποῦ ἐστιν ἡ χρεωστουμένη περὶ τὴν ἱερὰν ἀγέλην φροντὶς τοῦ ποιμένος; ποῦ ἡ πρόνοια τῶν δεσποτικῶν περιβόλων; ποίαν δὲ ἐλπίδα ἕξει ἡ ἀγέλη, ὅτε λύκον ἑαυτὸν ὁ ποιμὴν δείκνυσι, καὶ οὕτω τοῖς προβάτοις ἐπέρχεται, ὡς καθ' ἑκάστου λυσσᾶν; ἐκείνῳ γὰρ τῷ στόματι διασπαράττονται, ἀφ' οὗ τὰ ἀσεβῆ προφέρεται. τροφαὶ παραβάλλονται οὐχ αἱ πιαίνουσαι, ἀλλ' αἱ λεπτύνουσαι· μακαρία δὲ ὅμως ἡ ἀγέλη, ᾗ παρέσχεν ὁ κύριος κρίνειν περὶ τῆς ἰδίας νομῆς. ὅθεν, ὃ οὐκ ἀμφιβάλλομεν ὅτι ποιεῖτε, τὴν ἀσεβῆ διάλεξιν ἀπωθεῖσθαι ὀφείλει ἡ πίστις ὑμῶν· ἵνα παρ' ὑμῖν ἐν Χριστῷ ἐγρηγορόσι φανερὰ ᾖ διαφορὰ τροφῆς καὶ δηλητηρίου, καὶ ἐπιμείνητε τούτοις, ἅπερ τὸν λόγον τῶν προτέρων ποιμένων διδάσκοντος μεμαθήκατε· εἰδότες, ὅτι ἄχρι τοῦ παρόντος ἐσχήκατε ἱερέας ἐν τε τῇ διδασκαλίᾳ καὶ ἁγιότητι προὔχοντας, οἵτινες οὐδέποτε χωριζόμενοι τῶν πατρικῶν παραδόσεων, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου μετὰ μεγίστης ἐκυβέρνησαν ἡσυχίας. ἵνα γὰρ ἀπὸ τῶν νεαρῶν ἀρξώμεθα, τί οὐκ ἐνέβαλε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἡ παίδευσις τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπισκόπου Ιωάννου, οὗ ὁ λόγος εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐξεχύθη, οἰκοδομῶν τὴν καθολικὴν πίστιν; ὃς οὐδαμοῦ κατὰ διδασκαλίαν ἀπῆν· ὅπου γὰρ δήποτε ἀνεγνώσθη, ἐκήρυξε. τὴν δὲ ἐκείνου ἐπιμελῆ σύνεσιν στερρότης διαβεβοημένη διεδέξατο. ἐκυβέρνησε γὰρ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπίσκοπος Αττικὸς τὸν χριστιανὸν λαὸν τῷ τοῦ προηγησαμένου ὑποδείγματι, καὶ

dent mendacia, & loquuntur vana: in disciplina populi mei non erunt, neque in scriptura domus Israel scribentur, & in terram Israel non intrabunt; quia populum meum seduxerunt. Vbi est debita erga sanctum gregem cura pastoris? Vbi est Dominicorum solicitudo septorum? Quid spei habeat grex, quando lupum se ipse pastor ostēdit, & sic oues inuadit, vt grassetur in singulas? Eo namque ore laniantur, quo impia proferuntur. Præbentur pabula non refectura, sed noxia. Beatus tamen grex, cui dedit Dominus de pascuis iudicare. Vnde, sicut vos facere non ambigimus, impiam disputationem debet fides vestra respuere: vt apud vos vigilantes in Christo, inter cibum & venenum sit certa discretio, & permaneatis in his, quæ sermone superiorum pastorum docente didicistis; scientes fuisse vobis hactenus sacerdotes doctrina & sanctitate pollentes, qui nunquam a paternis traditionibus deuiantes, ecclesiam Domini summa quiete rexerunt. Nā vt a recentioribus inchoemus, quid non animis vestris eruditio sanctæ memoriæ episcopi Ioannis infudit, cuius sermo adstruens catholicam fidem, toto orbe diffusus est? Qui nusquam per doctrinam suam defuit; quia vbicumque lectus est, prædicauit. Illius diligenti prudentiæ constantia celebrata successit. Rexit enim sanctæ memoriæ episcopus Atticus Christianum populum decessoris exemplo, & sacrilegos perse-

cutus est hæreticorum furores. Habuimus, hoc decedente, collegam beatæ memoriæ Sisinium, scientem quid possit gloriæ remanere, si integra & intemerata, quæ ad se vsque peruenerant, catholicæ fidei ornamenta seruaret. Intelleximus ei nec columbæ simplicitatem, nec prudentiam defuisse serpentis. Fleuimus, fratres carissimi, velut præscii futurorum, cito nos eius præsidio destitutos. In hoc enim qui de Deo nostro aliter disputat, quam ipse de se, aut de ipso apostoli tradiderunt, quid spei inueniemus, ignoro. Qui non solum attritos non alligat, sed & conterit alligatos: non solum elisos non eleuat, sed etiam stantes conatur allidere: non solum dispersa non colligit, sed & collecta dispergit: quamuis nec conteri possit Domino mens dicata, nec elidi qui stat virtute cælesti, sic nec sancta turba dispergi. Aperte ergo dilectioni vestræ, quod sine lacrymis non possumus dicere, nuntiamus. Mouit disputator vester prælium veritati, antiquæ fidei intulit manus: impugnat apostolos, prophetas respuit, ipsius Domini Dei nostri de se dicentis verba non sequitur. Cuius religionis, & quibus legibus seipsum episcopum dicit, abusus veteri & nouo testamento? Nam intellectum figuræ respuit, & inter nos versatam non recipit veritatem. Aliter denique de Christi Dei

Matth. 10. v. 16.

Ps. 146. v. 3.

Psal. 144. v. 14.

ἐδίωξε τὰς ἱεροσύλους τῶν αἱρετικῶν μανίας. ἐσχήκαμεν δὲ τούτου ἀπογενομένου κοινωνὸν τὸν τῆς ἁγίας μνήμης Σισίνιον, εἰδότα, ὅση δόξα* αὐτοῦ ἔμεινεν, εἰ φυλάξειεν ὁλόκληρα καὶ ἀβλαβῆ τὰ ἄχρις αὐτοῦ διαμείναντα τῆς καθολικῆς πίστεως κόσμια. ἐνοήσαμεν ὅπως ἐκείνῳ οὐκ ἔλειψε καὶ ἁπλότης περιστερᾶς, καὶ σύνεσις ἑρπετοῦ. ἐκλαύσαμεν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὥσπερ προορῶντες τὰ μέλλοντα, τὸ ταχέως ἡμᾶς τῆς ἐκείνου βοηθείας ἀπεστερῆσθαι. ἐν γὰρ τούτῳ ἀγνοῶ ποίαν ἐλπίδα εὑρήσομεν, ὃς περὶ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἄλλως διαλαμβάνει, ἢ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, ἢ οἱ ἀπόστολοι περὶ αὐτοῦ παραδεδώκασιν· ὃς οὐ μόνον τοὺς συντετριμμένους οὐ συνδεσμεῖ, ἀλλὰ καὶ συντρίβει τοὺς συνδεδεμένους· οὐ μόνον τοὺς καταβεβλημένους οὐκ ἐγείρει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱσταμένους καταβάλλειν ἐπιχειρεῖ· οὐ μόνον* τοὺς διεσπαρμένους οὐ συνάγει, ἀλλὰ καὶ τοὺς* συνηγμένους διαμερίζει· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὔτε συντριβῆναι δύναται διάνοια ἀφιερωμένη θεῷ, οὔτε καταβληθῆναι ἱστάμενος οὐρανίᾳ δυνάμει, οὔτε τὸ ἱερὸν πλῆθος διαμερίζεσθαι. φανερῶς οὖν τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν, ὅπερ χωρὶς δακρύων οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν, ἀπαγγέλλομεν. ἐκίνησεν ὁ διαλεκτικὸς ὑμῶν μάχην πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τῇ ἀρχαίᾳ πίστει χεῖρας ἐπήνεγκε, πολεμεῖ πρὸς τοὺς ἀποστόλους, τοὺς προφήτας ἐκβάλλει, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος τοῖς ῥήμασιν οὐκ ἀκολουθεῖ. ποίας θρησκείας, ἢ* ποίοις νόμοις ἑαυτὸν ἐπίσκοπον λέγει, ἀποχρησάμενος τῇ καινῇ καὶ τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ; καὶ γὰρ τὸ* νοητὸν τοῦ σχήματος ἐκβάλλει, καὶ οὐ δέχεται τὴν μεταξὺ ἡμῶν ἀναστραφεῖσαν ἀλήθειαν. καὶ ἁπλῶς, ἄλλως περὶ τοῦ μυστηρίου τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἡμῶν διαλαμβάνει, ἢ ἀνέχεται τὸ τῆς πίστεως τῆς ἡμετέρας ἁγίασμα, ᾧ μετὰ σεβάσματος ἠκολούθησε πᾶς καθολικῶς διαλεγόμενος. οὐδεὶς γὰρ καλῶς τῇ θρησκείᾳ ἐνδεδεμένος, ἄλλως περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐφρόνησεν, ἢ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φρονεῖσθαι ἠθέλησεν. ἐνίνησέ ποτε * ἱερόσυλον ζήτησιν ὁ Σαμοσατεὺς Παῦλος, ὅτε τῆς ἁγίας κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας περιῆσατο· ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ μαρῶς περικαθέζετο, καθήρπκεν εἰωθυῖα τῶν καθολικῶν ἱερέων ἀποφάσις. ἀεὶ γὰρ ἐκκόπτεσθαι ὀφείλοισι κομψῶς φιλόδοξοι, οἵ τινες τὴν ψυχὴν τοῦ χριστωνύμου λαοῦ διαζευγνύοντες, καὶ πρὸς τὸν γνώμονα τὸν ἰδίαν τὰ θαλήλια διαστρέφοντες, τῷ θεῷ καρποφορεῖν οὐ δύνανται· καὶ γεωργητέα ἐστὶν ἡ ἄμπελος, ἡ τὸ δίκαιον τοῦ κτήτορος ἐπιγινώσκουσα. δῆλον δέ ἐστιν, ὅτι αἱ τοιαῦται τῶν λόγων καινότητες ἀπὸ ματαίου ἔρωτος δόξης γεννῶνται· ὡς τινες ἐθέλοισι παρ' ἑαυτοῖς δοκεῖν ὀξεῖς, ὀπτικοὶ, καὶ φρόνιμοι, ζητοῦσι τὰ περιεστεγνωσι ξένον, ὅθεν παρὰ τοῖς ἀπαιδεύτοις ψυχαῖς περίκαιρον δόξαν ὀξύτητος ἀπενέγκωνται. ἀλλὰ τίς τούτων ποτὲ ἀληθῆ δόξαν ἐκέρδανεν, ἑαυτῷ δοκῶν φρόνιμος; ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου * ὑπολέγεται, καὶ ἐν τῷ σταυροῦ συγχέει τὰ ἰσχυρὰ, καὶ τοῦ φρονίμοις διὰ τοῦ κόσμου μωρῶν. τίς ἐν τῇ τοῦ κόσμου σοφίᾳ καυχᾶται, εἰ μὴ ὁ ὁμολογῶν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου εἶναι; εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ἑαυτὸν ἐκείνου εἶναι μαθητὴν, τοῦ εἰπόντος μὴ εἶναι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου; μία ἐστὶ δόξα, ἵνα, ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω. ἄρα οὐ τοῦτο τῷ ὑμετέρῳ ἐπισκόπῳ· ἀλλὰ ἄχει νῦν ὑμετέρῳ, ἐὰν μὴ πεισθῇ ὅπερ

* Ταύτῃ τῶν ἐφεσίων

* Ἐν ἑαυτοῖς γὰρ τὸν ἐχθρὸν καὶ τὸν ἐχθρὸν τοῦ σταυροῦ, καὶ τοῦ φρονίμοις

nostri iactat arcano, quam fidei nostræ patitur sacramentũ, quod reuerenter secutus est omnis catholicus disputator. Nemo enim bene religioni deditus aliud de Christo sentit, quam de se voluit ipse sentiri. Mouit aliquando hanc sacrilegam quæstionem Samosatenus Paulus, cum sanctæ apud Antiochiam præesset ecclesiæ: sed eum de throno, cui feraliter præsidebat, sacerdotum catholicorum sententia vnita deiecit. Semper enim abscindendi sunt huiusmodi, qui conturbantes animum populi Christiani, & pro arbitrio suo euangelia vertentes, Deo fructificare non possunt. Excolenda est vinea, quæ ius possessoris agnoscat. Certum est autem, quia tales sermonum nouitates de vano gloriæ amore nascuntur. Dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicaces & sapientes videri, quærunt quid noui proferant, vnde apud animos imperitos temporalẽ acuminis gloriam consequantur. Sed quis eorum vnquã veram gloriam, dum sibi sapiens videtur, obtinuit? *Deus enim noster infirma mundi elegit contra fortia, & sapientes per mundi stulta confundit.* Quis de mundi sapientia glorietur, nisi qui se confitetur esse de mundo, nisi qui se illius negat esse discipulum, qui ait *se non esse de mundo?* Vna est gloria, vt, sicut Apostolus ait, *qui gloriatur, in Domino glorietur.* Nonne huic vestro episcopo (sed nunc usque vestro, nisi quod credimus

1.Cor. 1. v. 27.

Ioan. 17. v. 16.

1.Cor. 1. v. 31.

credat) videmus hanc sententiam conuenire: *Stultus factus est, cum se dicit sapientem?* Professa quippe stultitia est, illum, *quem Dei scimus esse sapientiam virtutemque*, nescire. Nescire enim se ea quæ discutit, confitetur. Nec hunc dilectio vestra miretur a via veritatis errasse, quem Christum, *qui est via nostra*, videat perdidisse. Deprehendimus interdum se sinistra disputatione prodentem, interdum latentem quibusdam cuniculis, & sua venena celantē: & cum oportuerit, nos sequentes sententiam prudētissimi Salomonis, nullum ad eius imprudentiā præbere responsum, ne similes ei essemus: suademus tamen, vt apostolos ac prophetas nobiscum sequatur, ne cum omnibus solus occurrit, solus ab omnib. refutetur. Vobis vero diligentius vigilandum est, vt inimici prædicationibus resistatis. Maior enim vobis solicitudo est, cum intra ecclesiam vobis ecclesiæ aduersa dicūtur. Habēt laboris inducias, quos aduersarius foris positus incessit, qui dispersi propugnaculis murorum defensione se tutantur. Nesciunt ferias, quibus intus est hostis. Sed in hoc intestino bello, in hoc domestico prælio fides vobis murus sit, & contra perfidiam spiritalibus se telis ipsa defendet. Seruemus hanc, quæ nos seruata custodit. Per hanc *firmamentum nostrum Deus est, atque refugium de manu peccatorium*; cui vos in fluctu positos conuenit dicere: *Domine, libera nos, perimus.*

Rom. 1. v. 22.

1. Cor. 1. v. 24.

Ioan. 14. v. 6

Prou. 26.

Psal. 70.

Matth. 8. v. 25.

πεῖθόμθα· ὀφθμθα ταύτλω τ γνώμλω πρέπουσαν· μωρὸς ἐχθύετο, ὃς λέγλ ἑαυτ σοφόν; ὁμολογημθύη γὰρ ὅτι μωρία τ, ἐκεῖνον ἀγνοεῖν, ὃν ἴσμθν θεοῦ σοφίαν εἶν) κ δωάμιν. ὁμολογεῖ γδ ἑαυτὸν ταῦτα ἀγνοεῖν, ἅπερ ἀνακρίνᾳ. καὶ μὴ θαυμάσῃ ἡ ἀγάπη ὑμθν, ὅπο τ ὁδοῦ τῆς ἀληθείας ὁπο πλανᾶδ τῦτον, ὁρθσα ὅτι Ⓝ Χεισὸν, ὅςις ὁδὸς ἡμθν τυγχάνᾳ, ἀπώλεσε. καταλήφαμθν αὐ Ⓝ ἐνίοτε σκαιᾷ διαλέξει πρσδιδόμθνον, ἐνίοτε κρυπτόμθνόν ἴσι λανθανούσαις διόδοις, κ σκέπονζα τὰ ἴδια δηλητήρια. καὶ δέον ἡμᾶς ἀκολουθοῦντας τῇ γνώμῃ τ σοφωτάτου Σολομῶντος, μηδεμίαν διδόναι ἀπόκρισιν πρὸς τ ἀνοιαν αὐ, μὴ ὅμοιοι αὐτῷ γθώμθα· ὅμως συμβουλθόμθν, ἵνα μθ' ἡμθν τοῖς ἀποστόλοις κ τοῖς προφήταις ἀκολουθήσῃ, μὴ ὡς πᾶσι μόνος ἀνθίστα, μόνος παρὰ πάντων ἀκλεὴς. ὑμεῖς δ' ὀπιμελέστρ Ⓝ ἐρημορέναι ὀφείλετε, ἵνα αὐτίζητε τοῖς τ ἐχθρο κηρύγμασι. μείζων γδ ὑμῖν ὅτι φροντὶς, ὅταν σὺν τῆς ἐκκλησίας λέγηται ὑμῖν τὰ τῇ ἐκκλησίᾳ συμπούσμθνα. ἐχέτωσαν ἐκεῖνοι ἀνακωχὴν τῶν καμάτων, οὓς προκαλεῖται ὁ αὐτίδικος ἔξω διώκων, κ οἱ ἔνες πρὸ σοῦ προμαχῶνας διεταρμθνοι ἀσφαλίζον) ἑαυτοῦ τῇ τ τειχῶν βοηθείᾳ. Ⓐ δ' ἔχοντες σῦδον τ * πόλεμον, ἀρχὴν ἐκ ἴσασιν. ὅμως σὺν τούτω πρὸ ἐμφυλίῳ πολέμῳ, σὺν ταύτῃ τῇ σύνεια μάχῃ εἴη ὑμῖν τεῖχος ἡ πίστις, κ τ ἀπιστίας αὐτὴ ἑαυτὴν ἐκδικήσᾳ πνθμαλικοῖς ἀκοντίοις. φυλάξωμθν ταύτλω, ὅτι φυλαττομθνη φυλάτθ ἡμᾶς. διὰ ταύτης ἡ ἀσφάλεια ἡμθν ὅστιν ὁ θεὸς, κ ἡ καταφυγή· ἁρπάζ ἐκ χερὸς ἀμθρτωλοθ. τῦτο ἡμᾶς σὺν κλύδωνι * κινουμένους πρέπει λέγειν· κύριε ἐλθὲ βοήσον ἡμᾶς, ἀπολλύμθα.

Anno Christi 431.

* malum

ANNO CHRISTI 431.

Πρὸς ὑμᾶς οὖν ὦ κληρικοὶ, καὶ πάντες ὅσοι καθιερωμένοι ἐστὲ τῷ θεῷ, μέλας ρεπέος ὁ περὶ ἡμῶν λόγος. ἐρεῖς τυχὸν τὴν τάξιν μὴ πεφυλάχθαι. ἠθελήσαμεν καὶ ἡμεῖς πρότερον, ὅπερ ἀπήτει ἡ ἀκολουθία, διαλεχθῆναι ὑμῖν· ἀλλ' ἐκράτησεν ἡ περὶ ἐκείνων φροντὶς μείζων, οἷς ἐθέλομεν εἰς τὸ κοινὸν σῶσαι. οὔτε γὰρ περὶ ὑμῶν ἀμφιβάλλειν ὀφείλομεν, ὧν δηλαδὴ ἡγεμονευόντων, ἐκείνους εὖ τῇ πίστει ἕξειν πιθόμεθα. ἡ ἀναφορὰ τοῦ ἁγίου καὶ *θεοφιλεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Κυρίλλου, διὰ τοῦ ἐμοῦ τοῦ ἡμῶν Ποσιδωνίου τοῦ διακόνου ἐμοὶ γενομένη, ταῦτα ἐδίδαξε προσέχειν καθ' ὑμῶν, ἅπερ δύναται καὶ τὴν μέλλουσαν τῆς ἐκκλησίας ποιεῖν ὁ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς μὴ φεισάμενος. ἀλλὰ ταῦτα ὑμᾶς μὴ βασανιζέτω. μείζων γὰρ δόξα ἐστὶν ἐν μείζονι καμάτῳ· ὅτι ἡ ποιότης τοῦ ἀγῶνος ποιεῖ τὴν τοῦ ἄθλου ποιότητα. ἀναγινώσκετε γὰρ μεθ' ἡμῶν, ὅτι ὁ νομίμως ἀγωνιζόμενος στεφανοῦται. ὅθεν ἡ προσήκουσα ἡμῖν χρεωστεῖται ὑμῖν, ἡ καὶ τοῖς μικροψύχοις, καὶ τοῖς ἀνδρείως ἀντιταμένοις ἀναλαμβάνει ὅτι· ἵνα καὶ τοῦτ' πρέσβεσι δυνηθῶσι φέρειν (ϕ) μὴ δυνάμενοι, καὶ ἰσχυρότεροι (χ) σῶσιν (ψ) ἀντιτάμενοι. οὐδέποτε τὰ ὅπλα τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἡττᾶται. ἔλεγχός ἐστι πᾶς πρέσβις τῷ χειστάνῳ. *ἕτον γὰρ, ὡς ἀνέγνωμεν, *ὑπομονὴ ἐργάζεται· ἐκ ταύτης ἐλπὶς γεννᾶται, ἥτις οὐδένα, τὴν γραφῆς ἐπαγγελλομένης, ἀπατήσει. ὅθεν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ἵνα ἡ παράμυθία ὑμῶν ἐκ θεοῦ ἐστιν, ᾧ τὰ σώματα ὑμῶν, τουτέστιν ὑμᾶς αὐτοὺς, ζώσας, ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος, θυσίας προσφέρετε· μὴ ἀποκάμητε ἀντιτάμενοι. παρέξει ἐπεῖνο (ω) δύναμιν, ὃς διὰ τοῦ ἀποστόλου ἡμᾶς διδάσκων, θέλει τὰ ἡμέτερα μέλη

Ad vos nunc clerici, & omnes qui deuoti eſtis Domino, noſter ſermo vertendus eſt. Dicat fortaſſe aliquis, ordinem non eſſe ſeruatum. voluimus & nos prius, quod ratio poſtulabat, habere verba vobiſcum: ſed eorum cura maior obtinuit, quos volumus in cõmune ſeruare. Neque enim de vobis dubitare debemus, quibus vtique ducibus illos pro fide ſtare credimus. Sancti & Deo amabilis fratris & coepiſcopi mei Cyrilli per filium meum Poſſidonium diaconum ad me directa relatio, ea contra vos agi loquitur, quæ poteſt in eccleſiæ membra agere qui eius capiti non pepercit. Non vos iſta diſcrucient: maior enim gloria eſt in labore maiore; quia certaminis qualitas facit præmii qualitatem. Legitis enim nobiſcum, quod *is qui legitime certauerit, coronabitur.* Vnde adhortatio noſtra vobis debetur, quæ & puſillanimis, & viriliter reſiſtentibus neceſſaria eſt, vt tentamenta valeant ferre qui nequeunt, & firmius poſſint ſtare qui certant. Nunquam noſtri regis arma vincuntur. probatio eſt omnis tentatio Chriſtiano, quippe *quæ patientiam*, ſicut legimus, *operatur:* ex hac ſpes naſcitur, *quæ neminem*, ſcriptura ſpondente, *confundit.* Vnde fratres cariſſimi, quia *conſolatio veſtra ex Deo eſt, cui corpora veſtra,* hoc eſt voſipſos, *viuas,* vt ait Apoſtolus, *hoſtias exhibetis*; repugnantes nolite deficere. Dat ille virtutem, qui per Apoſtolum nos monens, *eſſe vult mem-*

1. Tim. 2. v. 5.

Rom. 5. v. 3.

Rom. 12.

Rom. 6. v. 3. bra noſtra arma iuſtitiæ ſuæ. Habetis exempla ſanctorum, *qui olim*
Pſal. 125. *ſeminantes in lacrymis, in gaudio meſſuri ſunt in futurum.* Non amat Dominus noſter ſeruum niſi experimẽtis probatum. Chriſtianas animas rerum palæſtra ſemper exercet. currite, vt vos in viis Domini inuicem tranſeatis. Nolo vos ab aduerſariis comprehendi, etſi
1. Cor. 11. Apoſtolus dicat oportere id eſſe, ſicuti videmus. Fortitudinem & fidem non niſi campus oſtendit. Difficile eſt otium coronari: præmia non niſi laborantibus deferuntur. Nolo ſalutis galeam capita veſtra deponant: nolo ſe lorica fidei exuat, qui idoneum Chriſti militem profitetur. Noſtri nobis bella mouerunt, ſi tamẽ noſtri dicendi ſunt, quos ad inimicum tranſiſſe rupto fœdere ſentiamus. Veſtrum eſt *ſtantes pedes*
Pſ. 121. v. 2. *habere in atriis Ieruſalem.* Volumus vobis greſſus eſſe perfectos, ne vnquam in exemplum ſimile alicuius veſtigia moueantur; & ſequantur cum malo diabolum, qui ſe ex eo eſſe cognoſcunt.
Matth. 7. v. 17. Vos, qui filii Dei operibus apparetis, quia ex fructibus vult vnumquemque cognoſci, viciſſim mentes conſolamini puſillorum, infirmoſq; ſuſcipite, confirmantes eos. Non vos ſeducat impietas, ſed de bono & malo pro qualitate ſui tenete ſententiam, vitantes peruerſa, quæ ſunt recta
Prouerb. 17. v. 15. laudantes. *Abominatio eſt enim Deo,* Salomone dicente, *quiſquis vel iuſtum pro iniuſto, vel pro iuſto*

ὅπλα τῆς ἑαυτῶν δικαιοσύνης. ἔχετε ὑποδείγματα τῶν ἁγίων, οἱ ἐν δάκρυσιν ποτε ἔσπειραν καὶ ἀγαλλιάσει θερίσουσιν, ὕστερον δὲ ἐν χαρᾷ θερίσουσιν. οὐ φιλεῖ ὁ ἡμέτερος δεσπότης δοῦλον, εἰ μὴ ἐν πείρᾳ δεδοκιμασμένον. τὰς ἡσυχίας ψυχὰς ἀεὶ ὁ τῶν πραγμάτων παλαίστρα γυμνάζει. τρέχετε, ἵνα ἀλλήλοις ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ κυρίου συναντήσητε. οὐ θέλω ὑμᾶς ὑπὸ τῶν ἀνοσίων καταλαμβάνεσθαι· φησὶ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος, χρῆναι πλεῖσθαι ὑπὲρ ὁρῶμεν. ἰσχὺν καὶ πίστιν οὐ δοκιμάζει, εἰ μὴ ὁ τόπος τοῦ συμβολῆς. * ἡσυχίᾳ στεφανοῦσθαι δυσχερές· τὰ ἔπαθλα εἰ μὴ τοῖς καμάτοις οὐ δίδοται. πλὴν περικεφαλαίᾳ τῆς ὑγιείας αἱ κεφαλαὶ ὑμῶν μὴ ἀποθῶνται· μὴ ἐκδύσηται θώρακα τῆς πίστεως ὁ ἐπαγγελλόμενος σφαιρωτῆς Χριστοῦ αἰχμοῦ. ἡμέτεροι καθ' ἡμῶν πόλεμον κεκινήκασιν, εἰ ἄρα ἡμέτεροι λεκτέοι οὗτοι, οὓς * ἠδόμεθα, ῥαγέντος τοῦ * τῆς φιλίας νόμου, ὃς ἐχθρὸν ἀντιμοληκέναι. ὑμέτερόν ἐστιν ἰσαμβύοις ἔχειν τοὺς πόδας σὺν τοῖς πυλῶσιν Ιερουσαλήμ. θέλομεν ὑμῶν τὰς βάσεις εἶναι τελείας, μή ποτε ὃς ἴσον ὑποσκέλισμα τὸ ἴχνος ἡμῶν σφαλῇ· ἢ ἀκολουθήσωσι τῷ διαβόλῳ μὴ τὸ κακοῦ, ἃ ἐπιγινώσκοντες ἑαυτοὺς ὄντας ἐκ ἐκείνου ὄντας. ὑμεῖς, οἱ ἐν υἱοὶ θεοῦ τοῖς ἔργοις φαίνεσθε, ἀπὸ * ἐν τῶν καρπῶν θέλ * ἕκαστος διαγινώσκεσθαι, ἀμοιβαδὸν τὰς διανοίας τῶν μικροψύχων σφαμυήσασθε, ἢ ἕκαστον τῶν ἀσθενῶν ὑποδέξασθε, βεβαιοῦντες αὐτούς. μὴ δὴ ἀπατήσῃ ὑμᾶς ἀσέβεια, ἀλλὰ σκέπει τὸ καλοῦ καὶ τὸ κακοῦ κρίνει πλὴν ἑκάστου ποιότητα πλὴν κρίσιν κατέχετε, φυλάττοντες τὰ διεσταλμένα, καὶ τὰ ὁρᾶτε * ἐπαγγοιοῦντες. ἀποβλητέον γὰρ ὅτι τῷ θεῷ, λέγοντος τοῦ Σολομῶντος, ὅστις ὁ δίκαιος αὐτὸ ἀδίκου, ὁ αὐτὸ δικαίου

ANNO CHRISTI 431.

δέχεται ἄδικον. οὐδέν ἐστιν ἡ πρόσκαιρος θλίψις, ἀλλὰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἦ τὸ αἰώνιον ἔπαθλον, οὗ οὐδὲν προκριτέον. βοᾷ ὁ ἡμέτερος *ψαλμῳδὸς, ὅτι ἐὰν κατ' αὐτοῦ συστῇ πόλεμος, ἐλπίδι ἐκείνου τοῦ φωτισμοῦ ὅλως οὐ φοβηθήσεται. εἰ ἀγῶνα πρὸς τὰ ἔθνη εἴχετε, δηλαδὴ μεγίστης ἂν ἦν *νίκης, νικᾷν τοὺς ἀεὶ ὑμῖν γενομένους ἐχθρούς. πηλίκη δὲ ἐκείνη ἡ νίκη λεκτέα, ὅπου ὁ ἱερεὺς, ἀλλαγέντος τοῦ κηρύγματος, διώκτης τῶν καθολικῶν ἐγένετο, *ἰδικῶς ἐν ἅπασι κατὰ Παύλου φρονῶν, ὃς τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου, οὗ διώκτης ἦν πρότερον, ὕστερον ἐγένετο κῆρυξ; κατελείφθη ὁ ἀσεβὴς διαλεκτικὸς παρὰ τοῦ θείου πνεύματος, ὁπότε καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου πνεύματος ἐφρόνησεν ἐναντία. δικαίως, ἐὰν ἐπιμείνῃ, ἀκούσεται παρ' ἡμῶν τὰ ῥήματα τοῦ Σαμουὴλ, ἅπερ *τότε Σαοὺλ παρ' αὐτοῦ τοῦ ἱερέως εἴρηται· *ἐξουθένησέ σε κύριος, ἵνα μὴ βασιλεύσῃς ἐπὶ Ισραήλ. εἰ ἐκεῖνος ἀνάξιος γέγονεν, ὅτι μόνον ἐν πράγμασιν, ἅπερ ἔπραττε, κατεφρόνησε τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ, ποία τούτῳ χρεωστηθήσεται τιμωρία, ὃς ἑαυτὸν κατὰ τοῦ κυρίου τῆς θεότητος ὕψωσε; νῦν *ὑμέτερόν ἐστι θεραπεῦσαι τὸ παρ' ἐκείνου τραῦμα, καὶ ἰάσασθαι *τοὺς τοῖς παρ' αὐτοῦ ῥήμασι τετρωμένους παρ' αὐτοῦ. ἀσφαλέσιν ἴχνεσιν ἵστασθε κατὰ τοῦ ἤδη πεσόντος, ὡς ὁ παρ' αὐτοῦ λόγος δείκνυσι· καὶ εἴ τι ὑμῖν ἐπήνεγκεν, ἀνεξικάκως φέρετε. ἐμηχανήσατο ὕβρεις, ἐμηχανήσατο ἀφορισμούς· ἐκεῖνος *αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίοις πέπονθεν, ὃν ὑποδεδέχθαι ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπον ἀρνεῖται. ὅθεν μηδεὶς κλαύσῃ τὰ κατὰ *τινος ὑμῶν *ἐπινοηθέντα. τῆς ἀνεξικακίας καὶ τῆς ὑπομονῆς τύπος εἴη Στέφανος, ὁ πρῶτος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς. ὁ ὄχλος

*ὑμνῳδὸς, *ἰδίκης, *ἰδικῶς, *τοῦ, *ἐξουθένησέ, *ἡμέτερόν, *τοὺς τοῖς παρ' αὐτοῦ ῥήμασι τετρωμένους, *ἴσ. αὐτὰ, *τινῶν, *ἐπινοηθέντα.

ducit iniustum. Nulla est tribulatio temporalis: sit ante oculos perenne præmium, cui nihil conuenit anteponi. Clamat noster hymnidicus, si aduersus se castra consistant, spe illuminationis illius sibi penitus non timendum. Si certamen cum gentibus haberetis, esset vtique magna victoria superasse eos, quos semper haberetis inimicos. Quanta dicenda victoria est, vbi sacerdos prædicatione mutata, catholicorum factus est persecutor? cōtra Paulum prope in omnibus sentiens, qui euangelii Domini, quod ante fuerat persecutus, factus est postea prædicator. Desertus est impius disputator a sancto Spiritu, postquā in ipsum Spiritum sensit aduersa. Merito si persistit, audiet a nobis Samuelis verba, quæ Sauli tunc ab ipso dicta sunt sacerdote: *Spernet te Dominus, ne regnes super Israel.* Si hoc ille meruit, quia solum in agendis rebus Dei præcepta contempsit, quæ huic pœna debetur, qui se in ipsum Dominum maiestatis erexit? Curare nunc vestrum est quodcumque vulnus inflixit, & his præbere medicinam qui eius sermonibus sauciati sunt. Firmis in hunc state vestigiis, quem, sicut eius sermo demōstrat, iam cecidisse videmus: & quidquid intulit, ferte patienter. Indixit iniurias, indixit exilia. ille in suis hæc passus est, quem suscepisse pro nobis hominem diffitetur. Vnde nullus defleat, quidquid in aliquos vestrum facere molitus est. Patientiæ vobis atq; constantiæ forma Stephanus, primus Christi testis, existat. *Plebs in*

Psal. 26. v. 3.

1. Reg. 15. v. 23.

Act. 6. & 7.

hunc prædicantem striduit perfidorum; nec tamen idoneus Christi comes tacuit quod videbat. Exclamauit inter furentes, inter religionis inimicos, videre se apertos cælos, & Filium hominis, propter quem talia pateretur, stantem ad dexterã Dei. Longum est ire per singulos, qui vitam vel morte vel confessione sibi mercati sunt. Habetis vos, quicumque ecclesia estis eiecti, pene nostrorum temporum beatæ recordationis Athanasii Alexandrinæ ecclesiæ prudentissimi sacerdotis exemplum. Cui non consolationi sit illius tolerantia? cui non sit exemplo eius fortitudo vel constantia? cui non spem faciat eius expectata reuersio? Eiicitur Ario persequente, sed reuocatur Domino prosequente. Passus est carcerem, passus angustias. nec mirum, si vir apostolicus ea passus est, quibus se Apostolus gloriatur exercitatum. In his tamen omnibus secutus est illum, qui sibi in tribulationibus se placere testatur. Fugatus illinc, & in nostris partibus roboratus est. Denique hic ei redintegratus est status, & in hac sede quietem communionis inuenit, a qua semper catholicis subuenitur. Nec tamen sensit in tribulationibus lassitudinem, qui factus est in persecutione confessor. Vnde Christianorum nullus illatum sibi temporale deflere debet exilium; quia eorum nemo exul est Deo. Timeamus, ne e regione viuorum, hoc est ab illa, quam nostram patriam esse volumus, exu-

2. Cor. 11.

2. Cor. 12. v. 10.

τῶν ἀπίστων κατ' αὐτοῦ * ἔβρυχε· καὶ ὅμως ὁ συνοδοιπόρος τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἐσιώπησεν ὅπερ ἑώρα. * ἐβόα μεταξὺ μαινομένων, μεταξὺ τῶν τῆς θρησκείας ἐχθρῶν, λέγων ἑαυτῷ ὁρᾶν ἀνεῳγμένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, δι' ὃν ταῦτα ἔπασχεν, ἱστάμενον πρὸς τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ. μακρόν ἐστι δι' ἑκάστου χωρεῖν τῶν πριαμένων ἑαυτοῖς ζωὴν ἢ θανάτῳ ἢ ὁμολογίᾳ. ἔχετε ὑμεῖς, ὅσοι τῆς ἐκκλησίας ἐκβέβλησθε, σχεδὸν τῶν ἡμετέρων καιρῶν ὑπόδειγμα τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Αθανασίου τοῦ σοφωτάτου ἱερέως τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας. τίνι οὐκ ἂν εἴη παραμυθία ἡ ἐκείνου ὑπομονή; τίνι οὐκ ἂν εἴη ὑπόδειγμα ἡ ἐκείνου στερρότης; τίνι οὐκ ἂν ποιήσειεν ἐλπίδα ἡ ἐκείνου πολυπόθητος ἐπάνοδος; ἐκβάλλεται Αρείου διώκοντος, ἀλλ' ἀνακλητέος τοῦ κυρίου προπέμποντος. ἔπαθε φυλακήν, ἔπαθε θλίψεις. καὶ οὐ θαυμαστὸν, εἰ ὁ ἀποστολικὸς ἀνὴρ ταῦτα πέπονθε, δι' ὧν ἑαυτῷ γεγυμνάσθαι καυχᾶται ὁ ἀπόστολος. καὶ ἐν τούτοις πᾶσιν ἐκείνῳ ἠκολούθησε τῷ μαρτυρομένῳ, ὅτι * αὐτῷ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἀρέσκει. ἐδιώχθη ἐκεῖθεν, καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις μέρεσιν ἀνεκτήσατο. ἀμέλει ἐνταῦθα αὐτοῦ ἡ κατάστασις ἀνεκαινίσθη, καὶ ἐν τούτῳ τῷ θρόνῳ εὗρε κοινωνίας ἀνάπαυσιν, ἀφ' οὗ ἀεὶ τοῖς καθολικοῖς γενναῖται βοήθεια. καὶ ὅμως ἐν ταῖς θλίψεσιν οὐκ ᾔσθετο πόνου ὁ γενόμενος ἐν τῷ διωγμῷ ὁμολογητής. ὅθεν οὐδεὶς τῶν χριστιανῶν κλαῦσαι ὀφείλει τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ πρόσκαιρον ἐξορίαν, ὅτι ἐκείνων οὐδεὶς ἐξωρισμένος ἐστὶ θεῷ. μᾶλλον φοβηθῶμεν, μὴ ἀπὸ τῆς χώρας τῶν ζώντων, τουτέστιν ἀπ' ἐκείνης, ἣν ἡμετέραν θέλομεν εἶναι πατρίδα, ἐξορισθῶμεν.

Anno Christi 411.

* ἐβρυχεν ὁ ὀρυγμὸς

ANNO CHRISTI 431.

θῶμεν. ἐκεῖνό ἐστιν ἡμέτερον, ἐκεῖνο διηνεκὲς, ἐκεῖνο αἰώνιον. οὐκ ἔστι γὰρ ἐκεῖνο ἡμέτερον, δι' οὗ μόνη πρόοδος· ἀλλὰ ταῦτα ἀληθῶς ἡμέτερα, ἅπερ ἀσφαλεστάτη ἐλπὶς ἐπαγγέλλεται. ἔστι δὲ λέγοντος ἀκοῦσαι τοῦ ἀποστόλου· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ ἀκοὴ ἤκουσεν, οὐδὲ εἰς καρδίαν ἀνθρώπου ἀνῆλθεν, ταῦτα ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἵνα δὲ* μηδὲ πρόσκαιρος δοκῇ τούτου ἰσχύειν ἡ ἀπόφασις, τὰ ἤδη καθ' ἑαυτοῦ τὴν θείαν ἀπόφασιν προσκαλεσαμένου, φανερῶς ἡ αὐθεντία τοῦ ἡμετέρου θρόνου ὡρίσατο, μηδένα ἢ ἐπίσκοπον, ἢ κληρικὸν, ἢ κατά τι ἐπάγγελμα χριστιανὸν, τῶν παρὰ Νεστορίου, ἢ τῶν τούτου ὁμοίων, ἀφ' οὗ τοιαῦτα κηρύττειν ἤρξαντο, ἢ τοῦ ἰδίου τόπου, ἢ τῆς κοινωνίας ἀποκινηθέντων, δοκεῖν ἢ ἀποκεκινῆσθαι, ἢ ἀποκοινώνητον γεγενῆσθαι· ἀλλ' οὗτοι πάντες ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ καὶ ἐγένοντο, καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος εἰσίν· ὅτι οὐδένα ἢ καθελεῖν, ἢ ἀποκινῆσαι ἠδύνατο, ὃς ἐν τῷ κηρύττειν τοιαῦτα, ἀσφαλῶς οὐχ εἱστήκει. πάντας τοίνυν ὁ παρὼν λόγος εἰς τὸ κοινὸν περιπλέκεται, ἵνα μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἰσχυροποιηθέντες, καὶ θαρσαλέοι γενόμενοι ἐν κυρίῳ, μὴ μετακινηθῆτε, ἀλλὰ μᾶλλον θεραπεύσητε τὰς* ἀλλήλων ἀσθενείας. ἤδη γὰρ ὑμῖν ἐκεῖ τοὺς ἀσθενεῖς παρατιθέμεθα, ὅπου ὁρῶμεν αὐτοὺς νοσοῦντα τὴν ἰατρόν· ᾧ θέλομεν ὅμως, εἰ ἔτι δυνάμεθα, βοηθεῖν. ὡς γὰρ πρὸς τοὺς ἅγιον ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κύριλλον ἁρμοδίους ἀποκρίσεις ἐπέμπομεν, καὶ ὑμῖν ἐπεστείλαμεν διὰ τοῦ ποθεινοτάτου Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου αὐτοῦ,* τὰ πεμπτέα παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοῦ μου καὶ πρὸς ἐκείνου, περὶ οὗ ὁ λόγος. καὶ ἐπεὶ ἐν τηλικούτῳ πράγματι ἡ ἡμετέρα

*al. μὴ πρὸς καιρὸν

*τοὺς ἄλλων

*τὰ τε

lemus. Illud enim nostrum est, illud perpetuum, illud æternum. nostrum enim non est vnde transitur: sed illa vere nostra sunt, quæ spes certissima pollicetur. *Sunt autē*, dicente Apostolo, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, hæc præparauit Deus diligentibus se.* Ne tamen ad tēpus eius videatur valere sententia, qui in se iam diuinam sententiam prouocarat, aperte sedis nostræ sanxit auctoritas, nullum siue episcopum, siue clericum, seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio vel eius similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco suo, vel communione deiecti sunt, vel deiectum vel excōmunicatum videri: sed hi omnes in nostra communione & fuerūt, & hucusque perdurant: quia neminem deiicere vel remouere poterat, qui prædicans talia titubabat. Omnes igitur præsens sermo in commune cōplectitur, vt magis ac magis roborati, ac fidentes in Domino, nō moueamini, quinimo & medeamini infirmitatibus aliorum. Iam enim illic vobis cōmendamus infirmos, vbi sic videtur ipse medicus ægrotare; cui tamen volumus, si adhuc possumus, subuenire. Nam cum ad sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Cyrillum responsa congrua mitteremus, & hæc vobis per carissimum Possidonium eius diaconū, & huic, de quo agitur (*Nestorio videlicet,*) dirigenda ab eodem fratre meo scripta transmisimus. Et quia nostra in tanto negotio pro-

1. Cor. 2. ex Isai. 64.

pemodum præsentia necessaria videbatur, vicem nostram propter marina & terrena spatia ipsi sancto fratri meo Cyrillo delegauimus, ne morbus iste longitudinis occasione grassetur. Vos tamen apostolicos ante oculos habentes sermones, *in eodem sensu & in eadem sententia estote perfecti*, vt, sicut legimus, *permanentes vsque ad finem, salui esse possitis.* Vt autem noueritis sub qua definitione literas miserimus, ipsam sententiam huic epistolæ fecimus subter adnecti, vt datam de ipso formulam cognoscatis. Deus vos, fratres desideratissimi, saluos custodiat. Datæ III. Idus Augusti, Theodosio XIII. & Valentiniano III. coss.

1. Cor. 1. v. 10.

Matth. 10. v. 22.

Est autem post alia, hæc sententia.

Aperte igitur agnosce, hanc nostram esse sententiam, vt nisi de Christo Deo nostro ea prædices, quæ & Romana, & Alexandrina, & omnis catholica sentit ecclesia, sicut etiam sancta Constantinopolitana ecclesia ad te vsque optime tenuit, iuxta expositam in Synodo Nicæna fidem; ac nisi hanc perfidam nouitatem, qua hoc, quod venerabilis scriptura coniungit, niteris separare, intra decimam diem, a primo innotescentis tibi huius conuentionis die numerandam, deposueris, atque aperta & scripta confessione damnaueris; noueris te ab vniuersalis ecclesiæ catholicæ communione deiectum, & ad omnia quæcumque sacerdotalis auctoritatis sunt, minime idoneum.

χεδὸν παροισία ἀναγκαία ἐφαίνετο, τὴν ἡμετέραν διαδοχὴν, διὰ τὰ κατὰ θάλατταν καὶ γῆν διαστήματα, αὐτῷ τῷ ἁγίῳ ἀδελφῷ μου Κυρίλλῳ ἀπενείμαμεν, μὴ* αὐτὴ ἡ νόσος ἀφορμῇ τῆς μακρότητος* ἐπιτριβῇ. μόνον ὑμεῖς τοὺς ἀποστολικοὺς πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε λόγους, ἐν τῇ αὐτῇ διανοίᾳ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ γίνεσθε τέλειοι, ἵνα, ὡς ἀνέγνωμεν, παραμένοντες ἄχρι τέλους, δυνηθῆτε σωθῆναι. ἵνα δὲ γνῶτε ἐφ' οἵῳ ὅρῳ τὰ γεγραμμένα ἀπεστείλαμεν τῷ πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος, αὐτὴν τὴν ἀπόφασιν τὴν κατ' αὐτοῦ Νεστορίου ἐποιήσαμεν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ ὑποταγῆναι, ἵνα γνῶτε τοῦ περὶ αὐτοῦ δοθέντα τύπον. ὁ θεὸς ὑμᾶς ὑγιεῖς φυλάξαι, ἀδελφοὶ ποθεινότατοι.

Anno Christi 431.

* αὐτὴ

* ἐπιτριβῇ.

Ἐστι δὲ ὅρος μετ' ἕτερα οὗτος.

Σαφῶς τοιγαροῦν μαθήσῃ ταύτην ἡμετέραν εἶναι τὴν ἀπόφασιν, ὡς εἰ μὴ περὶ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ταῦτα ἐξηγήσῃ, ἃ καὶ ἡ Ρωμαϊκὴ, καὶ ἡ Αλεξανδρέων, καὶ ἅπασα καθολικὴ ἐκκλησία νοεῖ, καθὼς καὶ ἡ εὐαγεστάτη τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησία μέχρι του, ὦ βέλτιστε, ἐνόησε, κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ· καὶ εἰ μὴ ταύτην τὴν δύσπιστον καινότητα* σεβαστῇ καὶ σεβασμίᾳ γραφῇ διαστήσῃς ἐντὸς δέκα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς γνωρίζονταί σοι τὰ γράμματα ταύτης τῆς* μεθοδείας τὴν ἡμέραν ἐναρίθμιον, τὰ φανερὰ καὶ γεγραμμένα τῆς καταδικασίμου αἱρέσεως· γίνωσκε ἀπὸ πάσης καθολικῆς ἐκκλησίας ἀκοινώνητον εἶναι σεαυτοῦ, καὶ ἀνενέργητον πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐξ αὐθεντίας ἱερατικῆς.

Ἀνέγνωμεν.

* ἔστι γὰρ ἐν τῇ ἐπιστολῇ γραφῇ διαστήσῃς ἐντὸς δέκα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς γνωρίζονταί σοι τὰ γράμματα ταύτης τῆς μεθοδείας τὴν ἡμέραν ἐναρίθμιον, τὰ φανερὰ καὶ γεγραμμένα τῆς καταδικασίμου αἱρέσεως· γίνωσκε ἀπὸ πάσης καθολικῆς

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Τοῦ αὐτοῦ Κελεστίνου πρὸς Ιωάννην ἐπίσκοπον Αντιοχέων ἐπιστολή.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ιωάννῃ Κελεστῖνος.

ΕΥΧΟΜΕΘΑ μὲν, ὥσπερ μία ἐστὶ τῆς θεότητος οὐσία, οὕτω καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ὁπουδήποτε οὖσιν ἀνθρώποις, μίαν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀλήθειαν ἔχειν. ἐλάττων δὲ ὅμως ὁ στεναγμός ἐστιν, ἐάν τινες ἑαυτοὺς ἐκτὸς τῆς ἀγέλης τῆς δεσποτικῆς ἀποχωρίζοντες, καὶ διὰ γωνιῶν καὶ συσκίων τόπων λανθάνοντες * ἑαυτοὺς, εἰκαίοις λόγοις τισὶ συμβουλεύωσιν ὁμονοεῖν ἑαυτοῖς ἐν τῇ λανθανούσῃ πλάνῃ. ὅτε δὲ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἱερᾷ ἐκκλησίᾳ ὁ προβεβλημένος * ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ ἱερέως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ δῆμον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας κατὰ κρημνῶν ἀποστρέφει τῇ οὐκ ὀρθῇ συμβουλῇ, καὶ τοῦτο ἐν τῇ μεγίστῃ πόλει, εἰς ἣν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἐνοικοῦντος βασιλέως ἀπὸ παντὸς τοῦ κόσμου συντρέχει τὸ πλῆθος, τότε δηλαδὴ διπλασιαστέος ἐστὶν ὁ θρῆνος, καὶ μείζων ἡ φροντὶς, ἵνα μή τι ἡ ἁρπαγὴ τοῦ λύκου παραγενομένου κατισχύσῃ. ἐλάττων γάρ ἐστιν ἡ φροντὶς πολιορκοῦντος τοῦ ἐχθροῦ, ἢ ἐντὸς τειχῶν ἐκβακχεύοντος· καὶ κουφότερον παρενοχλεῖ ὁ λύκος ἐκτὸς τῶν ποιμνίων ἀποπλανώμενος, ἤπερ ἐν αὐτῇ τῇ ἀγέλῃ τόπον ποιμένος ἐπιλαβόμενος. ἐπειδήπερ πλέον τοῦ ἐμφυλίου πολέμου ἐστὶν, ὅταν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, τουτέστιν ἐντὸς αὐτοῦ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, δόρατα ἀκοντίζηται τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας. ὅθεν πάνυ συντετάρακται ἡμῶν τὰ σπλάγχνα, ὅτι οὗτος,

* ἑαυτοῖς ἢ ἀλίγοις τισὶ

* ἐστὶ τῷ

CAPVT XX.

Eiusdem Cælestini epistola ad Ioannem episcopum Antiochenum.

Dilecto fratri Ioanni Cælestinus.

OPTAREMVS quidem, sicuti est vna deitatis essentia, ita inter omnes qui vbique sunt homines, vnam rectę fidei veritatem teneri. Minor tamen gemitus est, si qui se extra gregem Dominicum segregantes, & per angulos latebrasque latitantes, alios sibi vel paucos, qui secum sentiunt, occulto errore persuadeant. Cum vero aliquis sacrosanctæ ecclesiæ Dei sub nomine præpositus sacerdotis, ipsum Christi populum a tramite veritatis in præceps deuiæ persuasionis auertit, & hoc in amplissima vrbe, ad quã propter inhabitantis imperatoris reuerẽtiam de vniuerso orbe confluit multitudo; tunc plane est geminanda lamentatio, & maior solicitudo, ne quid lupi rapacitas prę ualeat, adhibenda. Minor enim cura est obsidentis inimici, quam intra mœnia debacchantis: leuiusque solicitat lupus extra ouilia pererrans, quam intra gregem locum pastoris inuadens: quia bellum plus quam ciuile est, cum intra ecclesiam, id est, intra ipsum Christi thalamum tela sectæ impiæ iaciuntur. Vnde vehementer conturbata sunt nostra viscera,

quod is qui Constantinopolitanam obtinere videtur ecclesiam, deuotissimis Christi populis peruersa quædam cõtra reuerentiam virginei partus, & cõtra spem nostræ salutis infundit. Hæc ad nos ingerente dolore fidelium peruenerunt; hæc libris, quos ipse miserat, publicata sunt; &, quod maioris probationis est, hæc ad nos missis epistolis ipsa auctoris subscriptione munitis, ita insinuata sunt, vt dubitari vltra non liceat. Vnde quoniam in talibus causis non est tuta longior conniuentia, quia tãtumdem pene criminis est conniuere a talibus, quanti sceleris est tam sacrilega prædicare; & episcopum Nestorium, & si quis alius eum secutus hæc prædicat, a nostra communione secreuimus, quamdiu scriptura professionis emissa, peruersitatem, quam cœperat docere, condemnet, & hanc de virgineo partu, id est, de humani generis salute fidem asserat se tenere, quam secundum apostolicam doctrinam Romana, & Alexandrina, & catholica vbique ecclesia tenet, & veneratur, & prædicat. Si quis vero aut ab episcopo Nestorio, aut ab aliis qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est seu antistitis, seu clerici dignitate, hunc in nostra communione & durasse & durare manifestum est. Nec iudicamus remotum, quia non poterat quemquã eius remouere sententia, qui se iam præbuerat ipse remouendum. Hæc, frater carissi-

ὅστις δοκεῖ κατέχειν τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, τοῖς καθωσιωμένοις τοῦ Χριστοῦ δήμοις διεστραμμένα τινὰ ἐκχέει, ὑπεναντία τῆς τιμῆς καὶ αἰδοῦς τοῦ τοκετοῦ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ὑπεναντία τῆς ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. ταῦτα * εἰσῆλθεν ὑποβαλλούσης τῆς ἀλγηδόνος τῶν πιστῶν, ἃ ἐγνωρίσθη διὰ τῶν βιβλίων, ἅπερ αὐτὸς ἔπεμψε· καὶ, ὅπερ μείζονος ἀποδείξεως ἦν, πεμφθεισῶν ἐπιστολῶν πρὸς ἡμᾶς, ὑπογραφῇ αὐτοῦ τοῦ αὐθέντου ὠχυρωμένων, ὡς ἀμφιβληθῆναι παρ' ἑτέρων μὴ ἐξὸν εἶναι. ὅθεν ἐπεὶ ὑπὲρ τοιούτων αἰτιῶν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὴς ἡ μακροτέρα παρενθύμησις· τοιοῦτον γὰρ ἔστι σχεδὸν ἔγκλημα παρενθυμεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, ὁποῖόν ἐστι μῦσος, τοιαῦτα ἱερόσυλα * συλλέγειν· καὶ τὸν ἐπίσκοπον Νεστόριον, καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτῷ ἀκολουθήσας τοιαῦτα λέγει, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποχωρίζομεν, ἕως οὗ δι' ἐγγράφου ὁμολογίας πεμφθείσης τὴν διαστροφὴν, ἣν ἤρξατο διδάσκειν, κατακρίνῃ, καὶ ταύτην ἑαυτὸν περὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, τουτέστι περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, τὴν πίστιν ὁμολογήσῃ κατέχειν, ἣν τινα κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἡ Ρωμαίων, καὶ ἡ Αλεξανδρέων, καὶ ἡ καθολικὴ πανταχοῦ ἐκκλησία κατέχει, * προσκυνήσῃ τε καὶ ὁμολογήσῃ. εἴ τις δὲ ἢ ἀπὸ Νεστορίου, ἢ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν αὐτῷ ἐξακολουθησάντων, ἀφ' οὗ τὰ τοιαῦτα ἤρξατο λαλεῖν, ἢ ἀκοινώνητος ἐγένετο, ἢ ἐγυμνώθη τῆς τοῦ ἱερέως ἀξίας, ἢ τῆς τοῦ κληρικοῦ, τοῦτον ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ καὶ μεμενηκέναι, καὶ μένειν εἰς τὸ ἑξῆς ὡμολόγηται. καὶ οὐδὲ λέγομεν αὐτὸν ἀποκεκινῆσθαι· ἐπειδήπερ οὐδὲ ἠδύνατό τινα ἡ τούτου ἀπόφασις ἀποκινεῖν, ὅστις ἑαυτὸν παρέσχεν ἤδη ἀποκινητέον. ταῦτα, ἀδελφὲ

ANNO CHRISTI 431.

τιμιώτατε, πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἐγράψαμεν, ἵνα ἐνδυναμωθῇς ἐν τῷ δεσπότῃ, καὶ ὡς οἰκεῖον* τῷ στήθει θώρακα, καὶ τὴν *ἐλπίδα τῆς καθολικῆς* ὁμολογίας ἐνδυσάμενος, τὴν ἀγέλην τοῦ ἡμετέρου δεσπότου Ιησοῦ Χριστοῦ, ὅστις ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἐγεννήθη καὶ ἔπαθεν· ὅστις καὶ ἀνοιγέντων τῶν καταχθονίων, καὶ τοῦ θανάτου ἡττηθέντος, ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη· ἀπὸ τῆς πονηρᾶς καὶ αἰσχίστης διδασκαλίας ἑλκύσῃς. ὥσπερ δὲ καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κύριλλον, ὡς ἀκριβῆ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως ἔκδικον, ἐγράψαμεν περὶ τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου· γινωσκέτω ἡ σὴ ἁγιωσύνη παρ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἐξενηνεγμένην εἰς τὴν ἀπόφασιν, ἵνα ἢ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν, ἀριθμουμένων ἀφ' ἧς ἡμέρας ὑπομνησθείη, τὰς ἱεροσύλους αὐτοῦ διδασκαλίας περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ καταδικάσῃ, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν ὁμολογήσῃ τῇ πίστει ἀκολουθεῖν, ὥν τινα καὶ ἡ Ρωμαίων, καὶ ἡ Αλεξανδρέων, καὶ ἡ καθολικὴ φυλάττει ἐκκλησία· ἢ ἀπὸ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων ἀποκινηθεὶς, γινωσκέτω οἰκείῳ ἑαυτὸν βεβλάφθαι ὀλέθρῳ. ἵνα δὲ ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν ἀποφανθέντα σπουδαιότερον ἐξανυσθείη, διὰ τοῦ ἡμετέρου υἱοῦ Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας, τὰς ἡμετέρας ἐπιστολὰς πρὸς τὴν σὴν διάθεσιν ἠβουλήθημεν πιστότερον διακομισθῆναι. ὁ θεὸς ὑγιαίνοντά σε διαφυλάττοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

*τῷ σῷ στήθει τὸν τοῦ Χριστοῦ θώρακα, *ἴσως, λιπόδα *ἐκκλησίας

me, ad sanctitatem tuam scribenda duximus, vt in Domino roboratus, & familiarem pectori tuo loricam Christi cum scuto catholicæ prædicationis indutus, greges Domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis natus & passus est, qui reseratis inferis, & morte deuicta pro nobis die tertio resurrexit, a persuasionis pessimæ prauitate reuoces. Sicut autem ad sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Cyrillum, strenuum catholicæ ecclesiæ & fidei defensorem scripsimus, hanc de eodem Nestorio sciat sanctitas tua a nobis, imo a Christo Deo latam esse sententiam, vt aut intra decem dies, ex quo primum monitus fuerit, numerandos, sacrilegas de Christi natiuitate prædicationes suas scripta confessione condemnet, & hanc se profiteatur fidem sequi, quã Romana, & Alexandrina, & vniuersalis seruat ecclesia; aut ab episcoporum cœtu remotus, intelligat sibi suam obfuisse perniciem. Sed vt hæc, quæ a nobis decreta sunt, studiosius perficiantur, per filium nostrum Possidonium Alexandrinæ ecclesiæ diaconum nostras ad dilectionem tuam voluimus fidelius epistolas commẽdare. Deus te seruet incolumem, honorandissime frater. Data iij. Idus Augusti, Theodosio xiij. & Valentiniano iij. coss.

Hæc eadem epistola scripta etiam fuit Iuuenali Hierosolymitano, Rufo Thessalonicensi, & Flauiano Philippensi, episcopis per orientem, a pari.

CAPVT XXI.

Cyrilli episcopi Alexandrini ad Ioannem Antiochenum epistola.

Domino meo, dilectoque fratri & comministro Ioanni, Cyrillus in Domino Sal.

PERTVRBATISSIMVM sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ statum, quaq; ratione non pauci magna alioqui honestate & probitate conspicui, grauem admodum propter nonnulla quæ reuerendissimus episcopus Nestorius publice pro concione proposuit, in ipsa fide perturbationem perpessi sint, atque adeo a consuetis conuentibus prorsus se abstineant, ex multis haud dubie pietas tua cognouit. Consuluerã illi per literas, vt prauis illis peruersisque quæstionibus dimissis, sanctorum patrum fidem sectaretur. Verum ratus hæc me ex odio scripsisse, tantum abfuit vt vllam omnino illius rationem habuerit qui hæc ex caritate ad eius pietatem perscripserat, vt ita sentiens & ita dicens, in Romanorũ quoque aures insinuare se posse, easdemque præoccupare sperarit. Etenim prolixa epistola, absurda quædam dogmata complexus, eaque ad dominum meum Cælestinum, piissimum ecclesiæ Romanæ episcopum missa, inter cetera aduersus illos qui ab ipso dissentiunt, hæc quoque adiecit: Citra horrorem sacram virginem Dei genitricem appellant. Misit præter hæc & quosdam quoque suarum exegeseon quaterniones:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας πρὸς Ιωάννην Αντιοχείας ἐπιστολή.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ιωάννῃ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΓΝΩ που πάντως καὶ διὰ πολλῶν ἡ σὴ θεοσέβεια τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας τὴν νῦν οὖσαν κατάστασιν, ὅτι τεθορύβηται λίαν, καὶ ἀποσύνακτοι μεμενήκασι πολλοὶ καὶ τῶν ἄγαν σπουδαίων καὶ ἐπιεικῶν, οὐ ὧν τυχόντα θόρυβον εἰς αὐτὴν ὑπομένοντες τὴν πίστιν, ἐκ τῶν λεγομένων ἐπ' ἐκκλησίας αὐτῆς παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου ἐπισκόπου Νεστορίου, ᾧ καὶ συνεβούλευσα διὰ γραμμάτων ἀποχέσθαι τῶν οὕτω σκαιῶν καὶ ἐξεστραμμένων ζητημάτων, καὶ τῇ τῶν πατέρων ἀκολουθῆσαι πίστει. ἀλλ' ἐμὲ μὲν ᾠήθη ταῦτα γράφοντα, δυσμενῆ καὶ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ προσέχειν τῷ ἐξ ἀγάπης ἐκεῖνα γεγραφότι πρὸς τὴν αὐτοῦ εὐλάβειαν, ὥστε ᾠήθη τὰ τοιαῦτα φρονῶν καὶ λέγων καὶ τὰς Ρωμαίων ἀκοὰς συναρπάσαι δύνασθαι. γέγραφε γὰρ ἔκτοπά τινα συνθεὶς ἐν ἐπιστολῇ μακρᾷ τῷ κυρίῳ μου καὶ θεοσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας Κελεστίνῳ. καὶ δὴ καὶ τοῖς ἰδίοις ἐνέθηκε γράμμασι κατὰ τῶν ἐναντία δοξαζόντων αὐτῷ, ὅτι τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον λέγοντες οὐ φρίττουσιν. εἶτα καὶ τετράδας ἰδίων ἐξηγήσεων ἀπέστειλεν·

ANNO CHRISTI 431.

ἃς καὶ ἀναγνόντες οἱ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν Ρώμην εὑρεθέντες θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ συνεδρίων πολλῶν γενομένων, κατεβόησαν αὐτοῦ, φάσκοντες ἐναργῶς, αἵρεσιν αὐτὸν καινοτομῆσαι πατχάλεπον, τὴν οὐδενὶ τῶν πάλαι γεγονότων ἐξευρημένην.

Επειδὴ δὲ ἀνάγκη με, γραψάσης τῆς ἀυτοῦ εὐλαβείας ἐκεῖσε ταῦτα, τὰ γεγονότα εἰπεῖν ἅπαντα, πέμψαι δὲ καὶ τὰ ἴσα τῶν πρὸς ἐμοῦ γραφέντων πρὸς αὐτὸν γραμμάτων, ἐκδεδήμηκεν ἀναγκαίως κληρικὸς τῆς Αλεξανδρέων ὁ ἀγαπητὸς διάκονος Ποσειδώνιος. ἀναγνωσθεισῶν τοίνυν ἐν συνεδρίῳ τῶν ἐξηγήσεων ἀυτοῦ, καὶ τῶν ἐπιστολῶν μάλιστα, ἐν οἷς οὐκ ἔστι συκοφαντίας τόπος· ἔχουσι γὰρ ἀυτοῦ τὴν ὑπογραφήν· ἡ ἁγία Ρωμαίων σύνοδος φανερὰ τετύπωκε, καὶ δὴ καὶ γεγράφηκε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, οἷς καὶ ἀνάγκη πείθεσθαι σοῦ ἀντεχομένους τῆς πρὸς ἅπασαν τὴν δύσιν κοινωνίας. γεγράφασι γὰρ καὶ τὰ ἴσα καὶ πρὸς τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Θεσσαλονίκης Ροῦφον, καὶ πρὸς ἑτέρους τινὰς τῶν κατὰ τὴν Μακεδονίαν θεοσεβεῖς ἐπισκόπους, οἳ καὶ ἀεὶ συντρέχουσι ταῖς πρὸς ἀυτοῦ ψήφοις. γεγράφασι δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ πρὸς τὸν τῆς Αἰλιέων θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Ιουβενάλιον. τῆς σῆς τοίνυν θεοσεβείας ἐστὶ σκοπῆσαι τὸ συμφέρον. ἡμεῖς γὰρ τοῖς πρὸς ἀυτοῦ ἀκολουθήσομεν κρίμασι, δεδιότες ἀπολισθαίνειν τῆς τοσούτων κοινωνίας, οὐχ* ὑφ' ἑτέροις τισὶν

quos cum piissimi episcopi, qui in magna Romanorum vrbe comperti sunt, legissent, multisq; consessibus consultationibusque habitis examinassent, illorum auctorem non absque indignatione exsibilarunt; palam asserentes, nouam illum, eamque perniciosissimam, & a nullo veterum hæreticorum antea vnquam excogitatam hæresim esse molitum.

Quia ergo Nestorius hæc illuc perscripserat, compulsus sum & ego quoque ea omnia quæ inter me & illum intercesserant, aperire, earumque literarum, quas ad illum dederam, exempla per Possidonium dilectum ecclesiæ Alexandrinę diaconum mittere. Porro autem lectis in Concilio expositionibus illius, epistolisq; lectis, & iis præcipue, in quibus quod apertam ipsius subscriptionem præ se ferrent, nullus tergiuersandi locus reliquus erat, sancta Romana Synodus disertam statim in illum sententiam tulit: qua de re & ad tuam quoque pietatem perscripsit. Horum proinde decreto modis omnibus parendum est illis, qui a totius occidentis communione excidere noluerint. Scripserunt namque expositæ sententiæ exempla cum ad Rufum piissimum Thessalonicæ episcopum, tum ad alios quoque nonnullos religiosissimos Macedoniæ episcopos, qui ab illius sententia nunquam decedere solent. Scripserunt nihilo secius & ad Iuuenalem quoque piissimum Hierosolymorum episcopum. Iam tuæ pietatis fuerit, quid in rem futurum sit, diligenter expendere. Nos enim sequemur quæ illi iudicauerunt. Veremur namque, ne a tantorum communione excidamus, qui non ob aliud indignan-

*ὑφ' ἑτέροις

tur, neque ob parui momenti res commoti sunt, eamque sententiam tulerunt; sed propter ipsam fidem, vniuersasque orbis terrarum turbatas ecclesias, & communem populi ædificationem. Saluta quæ apud te est, fraternitatem: quæ mecum est, in Domino te salutat.

ἠγανακτηκότων πράγμασιν, οὐδὲ ἐπὶ μικροῖς πεποιημένων τὴν κρίσιν καὶ κίνησιν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πίστεως, καὶ τῶν πανταχοῦ κεκινημένων ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν λαῶν. πρόσειπε τὴν παρὰ τοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἐμοὶ ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

Anno Christi 431.

CAPVT XXII.

Cyrilli episcopi Alexandrini ad Acacium Beroensem de hæretico Nestorio.

Domino meo, fratrique dilecto & comministro Acacio, Cyrillus in Domino Sal.

QVI graui cum tristitia conflictantur, curisque consauciatum pectus habent, ii non paruæ consolationis loco ducere solent, si quibusdam pari animi sensu præditis ea exponere queant, propter quæ animo discruciantur. Quia ergo & mihi quoq; hoc tempore tale quiddam vsu venit, arbitratus sum causas, ob quas nõ iniusto, vt equidem existimo, dolore affectus sum, imo vero afficior, integritati tuæ patefaciendas esse. Non enim sat fuit reuerendissimo Nestorio ea publice pro concione proponere, quæ ecclesiam grauissime offenderent, fidemque in Christum omnium nostrum saluatorem euerterent; sed vlterius progressus, episcopũ quemdam Dorotheum palam in ecclesia, dum sacra peragerentur, temerario ausu effutire passus est: Si quis Mariam deiparam esse dixerit, anathema sit. Ecquid ergo in orthodoxorum ecclesia cum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ'.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας πρὸς Ακάκιον ἐπίσκοπον Βερροίας περὶ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Ακακίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΙ σφόδρα λυπούμενοι, καὶ φροντίσι τετρωμένην ἔχοντες τὴν καρδίαν, οὐ μικρῶς ἔχουσι παραψυχὴν, ὅταν τισὶ τῶν ὁμογνωμόνων τὰ ἐφ' οἷς λελύπηνται, λέγωσι. τοιοῦτός τις γέγονα κἀγώ· διά τοι τοῦτο τῇ σῇ τελειότητι γράψαι δεῖν ᾠήθην τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς εἰκότως, ὥς γε οἶμαι, λελύπημαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἔτι λυποῦμαι. οὐ γὰρ ἤρκεσε τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ τὸ ἐπ' ἐκκλησίας εἰπεῖν, ἃ * ἐπ' ἐκκλησίας ἐσκανδάλισε, καὶ παρέλυσε πίστιν τὴν ἐπὶ τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἠνέσχετο Δωροθέου τινὸς ἐπισκόπου, τολμήσαντος ἐπ' ἐκκλησίας καὶ συνάξεως εἰπεῖν ἀναφανδόν· εἴ τις λέγει θεοτόκον τὴν Μαρίαν, ἀνάθεμα ἔστω. τί τοίνυν δράσομεν ἐν ἐκκλησίᾳ * ὀρθοδόξῳ ἀνάθεματισθέν-

* καὶ

* ὀρθοδόξῳ

ANNO CHRISTI 431.

τισθέντες μετὰ τῶν ἁγίων πατέρων; εὐρίσκω γὰρ ἐν συγγραφαῖς καὶ τῶν τῆς ἀοιδίμου μνήμης ἐπίσκοπον Αθανάσιον πλειστάκις αὐτὴν ὀνομάσαντα θεοτόκον· καὶ τῶν μακάριον δὲ πατέρα ἡμῶν Θεόφιλον, καὶ ἑτέρους πολλοὺς τῶν ἁγίων καὶ κατὰ καιροὺς ἐπισκόπων· τοῦτο μὲν Βασίλειον, τοῦτο δὲ Γρηγόριον, καὶ αὐτὸν δὲ τῶν μακάριον Αττικόν. οὐδεὶς δὲ, οἶμαι, τῶν ὀρθοδόξων θεοτόκον αὐτὴν δέδιεν εἰπεῖν, εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς ὅτι θεός ἐστιν ὁ Εμμανουήλ. γεγόνασι τοίνυν ἀνάθεμα πρὸς θεὸν ὄντες ἅγιοι πατέρες, καὶ πάντες ὅσοι τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἀληθείας ἑπόμενοι δόγμασι θεὸν ὁμολογοῦσι τῶν Χριστόν. καὶ οὐ μέχρι τούτων ἡ ἐκ τοῦ πράγματος ζημία, ἀλλὰ γὰρ καὶ διεστράφησαν αἱ τῶν λαῶν γνῶμαι. τεθρήνηκα γὰρ ἀκούων, τοὺς μὲν εἰς τοῦτο πεσόντας ἀπιστίας ἤδη καὶ ἀμαθίας, ὡς μηδὲ θεὸν ὁμολογεῖν τῶν Χριστόν· τοὺς δὲ, κἂν εἰ ἔλοιντο ὁμολογεῖν ὅλως αὐτὸν θεὸν, μηδὲν ὑγιὲς ἐπ' αὐτῷ δοξάζειν, ἀλλ' εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι μεθ' ἡμῶν κεκλῆσθαι πρὸς τοῦτο λέγοντας. ταῦτα θρήνου καὶ οἰμωγῆς ἄξια. ποία γὰρ ὅλως ἡ χρεία καὶ εἰς μέσον ἄγεσθαι τὰ οὕτω λεπτὰ καὶ κεκρυμμένα; διὰ τί δὲ μὴ μᾶλλον ἠθικαῖς ἐξηγήσεσιν ὠφελοῦμεν τοὺς λαοὺς, εἰ μὴ σφόδρα ἔχομεν ἱκανῶς εἰς ἀκρίβειαν τὴν δογματικήν; ἐπεὶ δὲ μονάζουσι τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Αλεξάνδρειαν τεθορυβημένοις ἐκ τοιούτων ἀναγνωσμάτων, ἤγουν ἐξηγήσεων, τῶν ὀρθὸν τῆς πίστεως ἐξηγησάμεθα λόγον, ἐκπεπολέμωται, καὶ γέγονεν

sanctis patribus anathema facti adoriemur? Comperio namque æternæ memoriæ episcopum Athanasium sæpius illam deiparam appellare; atque etiam beatos patres nostros Theophilum, Basilium, Gregorium, Atticum, & alios præterea non paucos, qui pro tempore vixerunt, sanctos episcopos. Denique nemo, opinor, ex orthodoxorum numero illam deiparam nominare dubitauit; quandoquidem verum est, Emmanuelem Deum esse. Erunt itaque anathemate constricti sancti patres, qui iamdudum ante ad Deum euolarunt, ceterique omnes, quotquot Christum Deum esse confessi, recta veritatis dogmata consectantur. Neque vero his finibus malum constitit, sed populorum mentes iam peruertit. Intelligo enim, & quidem non sine lacrymis, alios quidem eo perfidiæ & inscitiæ prolapsos iam esse, vt Christum Deum esse diserte inficientur: alios vero ita Dei appellationem illi largiri, vt nihil tamen recte de illo sentiant. Opinantur enim illum benigna Dei voluntate & gratia, perinde ac vnum ex nobis, ad id dignitatis euectum esse. An non hæc lacrymis & gemitu iure sunt prosequenda? Quorsum, quæso, attinebat subtilia illa & arcana in medium adducere? Cur potius moralibus expositionibus populos non erudimus, si ad exactam dogmatum tractationem non sumus valde idonei? Ceterum quod iis qui solitariam vitam per Ægyptum & Alexandriam agunt, & huiusmodi expositionum lectione conturbati fuerant, rectæ fidei sententiam exposuissem; in

hostem infensum versus, quosdam præstigiatores desperatæque sortis homines in vnum colligere, eosque vt mendacia in vulgus de me spargant, subornare non desinit. Et forte non iniuria id nobis incommodi accidit. Nam si zelum Dei habuissemus, sedulique patrum pietatis imitatores fuissemus, iustam iamdudum sanctamque condemnationis sententiam in eos tulissemus, qui contra Christum obloqui, & tam nosipsos qui in viuis adhuc degimus, quam sanctos patres qui iam olim ad Deum commigrarunt, anathemate ferire ausi sunt. Qua quidem sententia & iis quoque, vt probabile fit, poteramus mederi, qui ex plebe fidei scandalum passi fuerant. Saluta quæ tecum est fraternitatem: te, quæ mecum est, in Domino salutat.

ἐχθρός· καὶ συλλέγει τινὰς ἀγύρτας καὶ κατεγνωσμένους, καὶ παρασκευάζει ψεύδεσθαι κατ' ἐμοῦ τινα ἐπὶ πολλῶν, καὶ τάχα δικαίως. εἰ γὰρ εἴχομεν ζῆλον θεοῦ, καὶ τῆς τῶν πατέρων φιλοθείας ἐγινόμεθα μιμηταὶ, πάλαι ἂν ἡμῶν κατὰ τῶν τετολμηκότων φλυαρῆσαι κατὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναθεματισάντων ἡμᾶς τοὺς ζῶντας, καὶ τοὺς πρὸς θεὸν ὄντας ἤδη πατέρας ἁγίους, ψῆφον ὁσίαν ἐξενέγκαντες, δι' ἧς ἦν εἰκὸς θεραπεύεσθαι καὶ τοὺς εἰς πίστιν ἠδικημένους τῶν λαῶν. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἐμοὶ ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

Anno Christi 431.

CAPVT XXIII.

Acacii Beroeæ episcopi ad Cyrillum epistola.

Domino meo per omnia sanctissimo, Deoque dilectissimo episcopo Cyrillo, Acacius in Domino Sal.

PIETATIS tuæ literas nuper ad nos perlatas, propter rumores & turbas in vrbe Constantinopolitana excitatas, infaustis lacrymis lamentisque plenas legi; in quibus elucet Christianæ fidei profunditas, dum hoc etiam inter alia continent, principio quoque hæc in medium afferre fuisse superuacaneum. Quam enim vtilitatem insignis ille disputator Apollinaris Laodicenus in ecclesiam attulit, dum veluti vnus e principibus de recta fide aduersus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Ακακίου Βερροίας ἐπισκόπου πρὸς Κύριλλον ἐπιστολή.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ πάντα ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, Ακάκιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΝΕΤΥΧΟΝ γράμμασι τῆς σῆς θεοσεβείας, ἐκ τοῦ σύνεγγις ἡμῖν ἀποδοθεῖσιν ἀπευκτοῖς, δακρύων καὶ θρήνων μεστοῖς, τῶν κατὰ Κωνσταντινούπολιν θρυλλουμένων ἕνεκεν· ἐν οἷς καὶ κρατεῖ τὸ *βάθος τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως, καθὸ δεῖ μετέχουσιν, ὡς περιττὸν ἦν τοῦτο καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς μέσον ἀχθῆναι. Τί γὰρ ὤνησεν Απολινάριος ὁ Λαοδικεὺς, εἷς ὢν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὁ μέγας ἀγωνιστὴς, ὁ ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως κραταιῶς πρὸς τοὺς

* = ἐν

ANNO CHRISTI 431.

ἐχθροὺς μαχεσάμενος, θαρσήσας ἑαυτοῦ τῇ σοφίᾳ, καὶ ἐθελήσας παρεισαγαγεῖν ἐξ ἀπόρων πόρους τινὰς τῇ καθαρᾷ καὶ ἀδόλῳ τοῦ Χριστοῦ πίστει; οὐ παρεσκεύασεν ἐν τοῖς σχισματικοῖς ἑαυτῷ παρὰ τῇ καθόλου ἐκκλησίᾳ λογισθῆναι; οὐκ εἴρηταί τινι τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, *ἀναστεῖλαι βουλομένῳ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον μὴ περιεργάζεσθαι τοὺς εὖ διακειμένους, ἐῤῥωμένῃ τῇ διανοίᾳ καὶ ἐντελεῖ συνέσει ταύτην ῥήξαντι τὴν φωνήν· πῶς ὁ πατὴρ τῷ μονογενῆ ἐγέννησε, σιωπῇ τιμάσθω; καὶ προϊόντος τοῦ λόγου ἀπηριθμήσατο, ὡς διαλανθάνει ἥδε ἡ ἔρευνα κατὰ μικρὸν πάσας ὁμοῦ τὰς κατ' οὐρανὸν δυνάμεις, μή τοι γε ἀνθρώπους, καὶ ἔννοιαν ἀνθρώπων. πῶς δὲ οὐκ ἀναγκαία καὶ πρέπουσα ἡ παραίνεσις τῶν θείων γραφῶν ἐκδιδάσκουσα· βαθύτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ *ἐξέταζε. ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ· οὐ γὰρ χρεία σοι τῶν κρυπτῶν. οἱ δὲ ὑπεραπολογεῖσθαι ζητοῦντες τῶν ταῦτα ἐννοῆσαι καὶ φράσαι ἐπιχειρησάντων, παρόμοιόν τι λέγουσι πεπονθέναι, ὧν ὑπέμεινεν ὁ μακάριος Παυλῖνος ὁ ἐπίσκοπος, ὃς παρῃτεῖτο τρεῖς ὑποστάσεις λέγειν ῥητῶς, δυνάμει καὶ ἀληθῶς *ταῦτα φρονῶν, *ταῦτα μετιών. ἠκολούθησε δὲ τοῖς δυτικοῖς θεοφιλέσιν ἐπισκόποις, τῷ ἐστενῶσθαι τὴν Ρωμαϊκὴν φωνὴν, καὶ μὴ δύνασθαι πρὸς τὴν ἡμετέραν τῶν Γραικῶν φράσιν τρεῖς ὑποστάσεις λέγειν.

*ἀναστεῖλαι

*περιεργάζου.

*τὰ αὐτὰ

*τὰ αὐτὰ

Γλὴν ὅτι χρὴ πάντας ἡμᾶς τοὺς δυναμένους συναλγεῖν καὶ συμπάσχειν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ περὶ

fidei hostes depugnat? An non, dum suæ sapientiæ nimium fidit, dumque ex inuiis planeque impermeabilibus, quosdam meatus & quasi vias in incontaminatam simplicemque Christi fidem introducere nititur, id conatu suo consecutus est, vt ab vniuersa catholica ecclesia inter schismaticos haberetur? An non a quodam veterum episcoporum, integro sensu & perfecta mentis intelligentia dictum est, dum bene affectos, ne curiosius quæ humanum captum excedunt, peruestigarent, reprimere vellet; Quomodo, inquit, pater vnigenitum genuerit, silentio honoretur? Et in sermonis progressu addit: Huiusce rei inuestigatio omnes propemodum cælestes virtutes, nedum homines, hominumve cogitationes excedit. Quomodo vero necessaria conueniensque non est illa sacrarum scripturarum admonitio: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris. Quæ tibi præcepta sunt, ea cogita: non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.* Illi autem qui inquirunt, qua ratione eos excusent qui hæc cognoscere effarive laborant, eiusmodi quid passos aiunt, quale beato Paulino episcopo accidisse traditur. Hic enim etsi tres hypostases palam dicere recusaret, re tamen & virtute ab illorum sententia & fide, qui hoc profitebantur, non recedebat. Sectabatur hic autem piissimos occidentis episcopos, propterea quod Romanæ linguæ angustia, sicuti nostra Græca phrasis, tres hypostases dicere commode non ferat.

Basilius in oratione de natiuitate Christi.

Eccl. 3. v. 22.

Vide Hieron. ep. 57. & 58. ad Damasum.

Verum enimuero oportet nos omnes, qui ecclesiæ Dei vicem dolere, eidemque compati possu-

mus, nullum non conatum ac ſtudium adhibere, quo vocem male elapſam reprimamus, ne quam hinc occaſionem aucupentur illi qui Dei eccleſiam diuellere diſcindereque parati ſunt. Quamobrem ſi quid tale initio effluxit, quod multos merito religioſos pioſque homines affligat & conturbet, tuam integritatem, omnibuſque numeris abſolutam prudentiam ſummopere niti decet, vt motum hunc continuo ſedet: quamquam, vt iam dixi, multi tum clero adſcripti, tum plebeii quoque ex vrbe Conſtantinopolitana Antiochiam & ad nos vſque venientes, defendere videntur quod dictum eſt. Aiunt enim, in ſenſu nihil continere, quod vel apoſtolicæ doctrinæ aduerſetur, vel fidei a ſanctis patribus in Nicæa, ad Homouſion conſtituendum congregatis, definitæ, & vniuerſæ eccleſiæ traditæ repugnet. Cum præſens itaq; tempus ad hoc prouocet, elabores quæſo, quantum prudentia & compaſſione valeas, oſtendere: neq; graueris, elapſum verbum, in eorum gratiam qui hauſerunt, & ob id diuulſi ſunt, per tuam ſanctitatẽ, tuiq; ſacerdotii auctoritatem, ad eum modum comprimere, vt ea nunc præcipue meditari molirique videaris, quæ poteris, eccleſia catholica grauiter hoc tempore agitata, & fluctibus pene merſa, magis magiſque intumeſcentibus. Voce proinde Dominica vtens, ſpiritaleque mare, quod modo turbatum cernitur, increpans, illud depromas: *Tace, obmuteſce.*

Pietatis tuæ epiſtolam ſanctiſſimo Ioanni eccleſiæ Antiochenæ epiſcopo legi curaui; quã ille

πολλοῦ ποιῆσαι, καταστεῖλαι τὴν ἐξαγγελθεῖσαν φωνὴν, ὅπως μὴ πρόφασις δοθῇ τοῖς διασχίζειν καὶ διατέμνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ ἑτοίμως ἔχουσι. διὸ χρὴ τὴν σὴν ἐντελῆ καὶ ἀπηρτισμένην σύνεσιν, εἰ καί τι τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἐλέχθη τὸ * λυπεῖν, καὶ διαταράττειν πολλοὺς τῶν εὐλαβῶν καὶ φιλοχρίστων δυνάμενον, καταστεῖλαι τὸ κινηθέν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα, ὡς φθάσας ἔφην, πολλοὶ τῶν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἀφικνουμένων εἰς Ἀντιόχειαν καὶ πρὸς ἡμᾶς, τοῦτο μὲν κληρικῶν, τοῦτο δὲ λαϊκῶν, συνηγορεῖν δοκοῦσι τῷ ῥηθέντι ῥητῷ, οὐκ ἐναντίως ἔχοντι κατὰ διάνοιαν τῇ ἀποστολικῇ πίστει, προσέτι δὲ καὶ τῇ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων περὶ τοῦ ὁμοουσίου θεσπισθείσῃ καὶ διαδοθείσῃ εἰς πᾶσαν τὴν καθόλου ἐκκλησίαν. τὸ τοίνυν συνετὸν καὶ συμπαθητικὸν καὶ ἐντελὲς τῆς σῆς ἱερωσύνης, καιροῦ καλοῦντος, ἐπιδείξασθαι καταξίωσον, μεσιτευούσης σου τῆς ἁγιωσύνης τῷ ῥηθέντι ῥητῷ πρὸς τοὺς ἀκούσαντας καὶ διαῤῥαγέντας· ὥστε σου τὴν ἁγιωσύνην ἐκεῖνα φρονῆσαί τε καὶ ἐπιτελέσαι, ἃ δυνήσεται, χειμαζομένης ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς καθόλου ἐκκλησίας, ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον εἰς ὕψος ἀναπεμφθῆναι, δεσποτικῇ τινι φωνῇ χρώμενον, καὶ ἐπιτιμῶντα τῇ νοητῇ θαλάττῃ, ἐπὶ τοῦ παρόντος δοκούσῃ διαταράττεσθαι, καὶ ἐπάγοντα τὸ σιώπα, πεφίμωσο.

Ἐποίησα δὲ ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν τῆς σῆς θεοσεβείας τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῷ τῆς Ἀντιο-

Anno Christi 430.

* Λυπεῖν

ANNO CHRISTI 431.

χείας· καὶ καταπούσας μὴ πολλῆς τῆς συναλγήσεως καὶ συμπαθείας, τὰ αὐτὰ ἡμῖν βούλεται προσβυτικῷ ἄρσιν ἡλικίαν, νεωστὶ εἰς ἐπισκοπὴν ἐληλυθώς· ὃς τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ἀκμάζει σὺν τοῖς τῇ ἐπισκοπῇ πρεπούσιν ἀφειλουσιν ἐπάθλοις, ὡς μέγα ἐπ' αὐτῷ φρονεῖν καὶ σεμνύεσθαι πάντας τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους· παρακαλῶν σου τὴν θεοσέβειαν, ὡς παραλαμβάνεται, ὥστε σου τὴν ἀγνωσύνην τῇ * πρεπούσῃ αὐτῇ σωφροσύνῃ μεταχείσασθαι τὸ ἐπισυμβὰν ἐκ ἀνέκτον ῥῆμα, ὡς δι' ὧν λαλεῖς, δι' ὧν πράττεις, τὸ δέοντος λικὸν, καιροῦ καλοῦντος, ἐπιδείξῃ τὸ φάσκον· ἐὰν θέλω χρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ, ἣν ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς εἰς οἰκοδομὴν, καὶ ἐκ εἰς καθαίρεσιν, ἐκ αἰσχυνθήσομαι. τὸν δὲ ποθεινότατον τὰ γράμματα ἡμῶν ἐπαγόμενον πρὸν ὄντα καὶ χριστιανὸν ἐκ προγόνων, καταξίωσον τῇ ἐνούσῃ καὶ συμπαρχούσῃ σοι φιλανθρωπίᾳ * προσήσεσθαι, καὶ ἐν οἷς ἂν δέηται, προνοίας αὐτὸν ἀξιῶσαι τῆς σοι πρεπούσης. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ ὁ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

*συνοίσῃ

*ἵνα συνοίσουσιν

quoque summa attentione, nec paruo doloris sensu audiuit. Nam licet recens admodum ad episcopatum venerit, eadem tamen vult & sentit, quæ nos senes: qui etiam Dei gratia munitus, in muneribus certaminibusque episcopo dignis adeo se gerit egregie, vt sese de illo iactent, magnificeq; loquantur orientis episcopi omnes. Hic tuam quoque, vt relatum est, pietatem obnixe rogat, vt sanctitas tua ea qua pollet prudentia vsa, verbum illud quod excidit, & tolerari non debet, ad eum modum tractet, vt tam per ea quæ dictura est, quam per ea rursum quæ factura est, occasione ad hoc nunc prouocante, illud apostolicum eluceat: *Si ea*, inquit, *potestate voluero vti, quam dedit nobis Deus in ædificationem, & non in destructionem, non erubescam.* Ceterum desideratissimum hunc nostrum tabellarium, qui iam inde a maioribus suis fidelis & Christianus est, pro ea quæ tibi plane insita est, benignitate suscipere digneris; & si qua in re operam tuam desiderabit, tua quæso prouidentia illi non desis. Totam quæ tecum est fraternitatem & ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Κυρίλλου πρὸς Ἰουβενάλιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἐπιστολή.

Τῷ κυρίῳ μου ποθεινοτάτῳ καὶ συλλειτουργῷ Ἰουβεναλίῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

CAPVT XXIV.

Cyrilli ad Iuuenalem Hierosolymorum episcopum epistola.

Desideratissimo fratri ac comministro Domino meo Iuuenali, Cyrillus episcopus in Domino Sal.

ΗΥΧΟΜΗΝ μὲν τοῖς τῶν ἀοιδοκιμησάντων ἴχνεσι, καὶ τῇ ὀρθῇ πί-

OPTASSEM sane, reuerendissimum episcopum Nestorium proborum virorum vestigiis

innixum, rectæ fidei doctrinam consectari. Nam quis sanæ mentis illos, qui Saluatoris gregi præfecti sunt, probatissimos esse non exoptet? Quoniam vero præter omnem spem rerum natura interuersa est (siquidem quem sincerum pastorem fore sperabamus, hunc rectæ fidei persecutorem euasisse comperimus) reliquum est, vt illud Christi omnium nostrum Saluatoris in mentem reuocemus: *Non veni*, ait, *pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominē aduersus patrem suum.* Quod si absque omni crimine & noxa, imo vero summa cum laude bellum in parentes suscipitur, quando id ad Christi gloriam facere dignoscitur; quo pacto modis omnibus necessarium non est, vt (licet ob fratris iacturam lacrymis perfundamur) diuino zelo accingamur, illudque tantum non omnibus qui terram incolunt, occinamus: *Si quis est Domini, iungatur mihi?* Equidem amice vnis iam aut alteris illum admonui literis, ne proprii iudicii sensum sequi malit, quam rectam apostolicamque, & ecclesiis iam olim traditam fidem; ratus fore, vt hac ratione ab expositionum suarum prauitate recederet. Verum pharmacum beneuolentiæ nihil hactenus profuit, suggestumq; consilium vi caruit. Imo vero tantum abfuit vt veritatis dogmata complecti instituerit, vt literas quoq; sua ipsius subscriptione munitas ad me dederit; in quibus haud secus ac graui iniuria a me affectus, stomachatur, aperteque sacram virginem Dei genitricem esse inficiatur. Quod, quæso, quid aliud est, quam manifeste dicere, Emmanuelem, ex quo tota salutis

Matth. 10. v. 34.

Exod. 32. v. 26.

ϛϑ κατακολουθεῖν τὴν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Νεστόριον. Τίς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν εὔξαιτο, δοκιμωτάτοις εἶναι τοὺς καθηγεῖσθαι λαχόντας τοῦ σωτῆρος ποιμνίων; ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας ἡ τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκβέβηκε φύσις· ὃν γὰρ ἔσεσθαι προσεδοκῶμεν ποιμένα γνήσιον, τοῦτον τῆς ὀρθῆς πίστεως διώκτην εὑρήκαμεν· δεῖ λοιπὸν μνημονεῦσαι τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ λέγοντος· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν. ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. εἰ δὲ καὶ πρὸς γονέας ἡμῖν ὁ πόλεμος ἀνέγκλητός τε καὶ ἀνεπίληπτος, μᾶλλον δὲ καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστὸς, ὅτε τῇ τοῦ Χριστοῦ δόξῃ συναθλεῖν ἐγνώκαμεν· πῶς οὐκ ἀνάγκη πᾶσα, καίτοι δακρύοντας, ὡς ἀδελφὸν ἀπολέσαντας, τῷ θεοφιλῇ περιζώσασθαι ζῆλον, καὶ μονονουχὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐκεῖνο εἰπεῖν· εἴ τις πρὸς κύριον, ἴτω πρὸς μέ; ἐγὼ μὲν γὰρ δι' ἑνὸς καὶ δευτέρου γράμματος ὡς ἀδελφὸν παρεκάλεσα, μὴ ταῖς ἰδίαις ἀκολουθεῖν ἐννοίαις, ἀλλὰ τῇ ὀρθῇ καὶ ἀποστολικῇ πίστει τῇ παραδοθείσῃ ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις, οἰηθεὶς ἀπαλλάξειν αὐτὸν τῆς τῶν ἀνοῦ γραμμάτων σκαιότητος. ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε τὸ τῆς διαθέσεως φάρμακον, ἄπρακτος γέγονεν ἡ συμβουλή· καὶ τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ θέλειν τοῖς τῆς ἀληθείας ἕπεσθαι δόγμασιν, ὥστε καὶ ἐπιστολὴν ἀποστεῖλαι πρὸς μὲ μεθ' ὑπογραφῆς ἰδίας· ἐν ᾗ καὶ ἐπιπλήττει μὲν ὡς λυπούμενος, διωμολόγηκε δὲ σαφῶς, θεοτόκον εἰπεῖν μὴ εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον. ὅπερ ἐστὶν ἐναργῶς εἰπεῖν, μὴ εἶναι θεὸν ἀληθῶς τῷ Εμμανουὴλ, ἐφ' ᾧ

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

* τὰς σωτηρίους ἔχομεν ἐλπίδας.

Οἰηθεὶς δὲ ὅτι καὶ τὴν Ρωμαίων ἐκκλησίαν συναρπάσαι δυνήσεται, ἔγραψε πρὸς (W) κύριόν μου, (W) θεοφιλέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν καὶ συλλειτουργὸν Κελεστῖνον (W) τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, σὺν ταῖς ἐπιστολαῖς τὴν αὐτοῦ δογμάτων τὴν διαστροφήν. πέπομφε δὲ καὶ ἐξηγήσεις πολλὰς, ἐξ ὧν ἐληλεγκται φρονῶν τὰ διεστραμμένα· καὶ κατεγνώσθη λοιπὸν ἀραρότως ὡς αἱρετικός. ἐπὶ τοίνυν ὁ μνημονευθεὶς θεοφιλέστατος καὶ θεοσεβέστατος τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Κελεστῖνος φανερὰ γέγραφε πρὸς αὐτὸν, καὶ πέπομφε πρὸς μὲ τὰς ἐπιστολὰς, δεῖν ὠήθην ὑποστεῖλαι ταύτας, καὶ ἀκονηθεῖσαν οἰκοθεν εἰς εὐσεβῆ ζῆλον τὴν σὴν θεοσέβειαν διεγεῖραι διὰ τῶν γραμμάτων· ὅπως ἂν ἐκ μιᾶς ψυχῆς, καὶ σωτήρου προθυμίας, τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην ζωσώμεθα, καὶ σώσωμεν λαοὺς κινδυνεύοντας, καὶ στήσωμεν ἐκκλησίαν τὴν οὕτω διαφανῆ· σύμφρονες γενόμενοι δηλονότι ἑκάστοις ἅπαντες, καὶ κατὰ (W) ὀφειλόμενα τύπον ἐπιστέλλοντες αὐτῷ καὶ τοῖς λαοῖς. ἂν μὲν ὠφελήσωμεν, καὶ μέτοχοι σώσωμεν κατὰ τὰ δηλούμενα αὐτῷ (W), ὧν πεφρόντικε, κεκερδήκαμεν (W) ἀδελφὸν, καὶ σεσώκαμεν ποιμένα· ἐὰν δὲ ἀπροαίρετος ἡ συμβουλὴ ἡμῶν γένηται, αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπιγράψας τὸ συμβαν, αὐτὸς τὴν οἰκείων πόνων ἔδεται καρπόν. δεῖ δὲ ἡμᾶς ἀναλαβεῖν καὶ τῷ φιλοχρίστῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ, καὶ ἅπασι δὲ

noſtræ fiducia pendet, non eſſe verum Deum?

Ceterum Romanam eccleſiam in ſuam ſententiam pertrahere ſe poſſe arbitratus, ſcripſit ad eiuſdem eccleſiæ epiſcopum Cæleſtinum, dominum, fratrem & comminiſtrum meum longe piiſſimũ, Deoque dilectiſſimum; iiſque literis dogmatum ſuorum peruerſitatem inſeruit. Miſit eidem & multas quoque exegeſes, ex quibus peruerſa ſentire aperte deprehenſus, iure merito ab illo hæreſeos eſt condemnatus. Cum igitur reuerendiſſimus piiſſimuſque Romanæ eccleſiæ epiſcopus Cæleſtinus comperta de illo ſcripſerit, ipſaſque literas ad me dederit, equidem illas viciſſim ad te mittendas exiſtimaui; quo nimirum pium quemdam zelum, ad quem alioqui pietas tua ſuapte natura incenſa eſt, literis illis exſuſcitem: quatenus vnanimi conſenſu, alacrique contentione, caritatem quæ eſt in Chriſto, accingamur, populoque non paruis periculis obiecto ſalutem procuremus; ac eccleſiam denique adeo conſpicuam illuſtremque ſtabiliamus. Hoc autem conſequemur, ſi ſinguli cum ſingulis congruentes, ſecundum præfinitam formulam, cum ad ipſum, tum ad populum quoque ſcribamus. Nam ſi in rem id fecerimus, hoc eſt, ſi illum ab iis quæ hactenus ſentit, ad veritatem tranſtulerimus, lucrifaciemus fratrem, ſeruabimus & eccleſiæ quoque paſtorem: ſin vero conſilium hoc noſtrum fruſtra ſuſceptum fuerit, ſibiipſi quodcumque tandem euenerit, adſcribens, laborum ſuorum fructum ipſe manducabit. Oportebit autem literis ad Chriſtianiſſimum, piiſſimumque imperatorem, cete-

rosque in magistratu constitutos missis, iisdem persuadere, hinc quidem, ne pietati, quæ est in Christum, vlla ratione hominem anteferant; inde vero, vt terrarum orbi rectæ fidei stabilitatem concilient, ouesque a malo pastore liberent: nisi is tamen ita comparatus sit, vt omnium consiliis obsequi velit. Saluta quæ apud te est, fraternitatem: quæ apud nos est, te in Domino salutat.

τοῖς ἐν τέλει γράψαι, καὶ συμβουλεῦσαι, μὴ προτιμῆσαι τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἄνθρωπον, ἀλλὰ χαρίσασθαι τῇ οἰκουμένῃ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν ὀρθὴν, καὶ ποιμένος ἀπαλλάξαι πονηροῦ τὰ θρέμματα, εἰ μὴ ταῖς ἁπάντων εἴκει συμβουλαῖς. πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

Anno Christi 431.

CAPVT XXV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κέ.

Exemplum epistolæ scriptæ a Ioanne episcopo Antiocheno ad Nestorium.

Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας πρὸς Νεστόριον.

Domino meo piissimo sanctissimoque episcopo Nestorio, Ioannes in Domino Sal.

Τῷ δεσπότῃ μου θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ, Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

I.

MEAM de tua pietate sententiam per dominum meum, magnificumque per omnia Comitem Irenæum sincere absque vllo prorsus fuco dilectioni tuæ patefeci: & quoniam vera expurgatione vsus, omni, vt arbitror, suspicione apud te vaco, libere candideque sinceritati tuæ in posterum consilium dare institui. Poteris autem ex iis quæ suasurus sum, nostri erga te candoris non leue argumentum sumere, simulque quantæ ea caritas quæ secundum Deum est, curæ nobis sit, perspicere. Quam sane caritatem qui consectantur, illi diuinis legibus obtemperant: qui vero ea neglecta, imposturis student, ii suis se telis prius conficiunt, quam eos quos adoriuntur. Hæc itaque opportune, vt existimo, præfatus,

α΄.

ΤΟΝ ἐμαυτοῦ σκοπὸν περὶ τῆς σὴν θεοσέβειαν μετὰ πάσης ἀληθείας διὰ τοῦ κυρίου μου τοῦ τὰ πάντα μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου ἐδήλωσα τῇ σῇ διαθέσει. καὶ ἐπεὶ ὡς νομίζω, πάσης εἰμὶ ὑποψίας λοιπὸν παρ' ὑμῖν ἐκτὸς, ἀληθέσιν ἀπολογίαις χρησάμενος, πεπαρρησιασμένῃ λοιπὸν χρῶμαι πρὸς τὴν σὴν γνησιότητα συμβουλίᾳ. ἔξεστι δὲ σοὶ ἐξ αὐτῶν ὧν συμβουλεύω, ἐν ἔχυρα ἡμῶν λαβεῖν τῆς περὶ σὲ γνησιότητος, καὶ ὡς φροντὶς ἡμῖν ἐστιν οὐ μικρὰ τῆς κατὰ θεὸν ἀγάπης· ἣν οἱ τηροῦντες, τοῦ θείοις ἐκπληροῦσι νόμοις· οἱ δὲ ἀμελοῦντες, καὶ πανούργως προσφερόμενοι τοῖς οἰκείοις μέλεσιν, ἑαυτοὺς πρότερον βλάπτουσιν, ἢ καθ' ὧν ἐγχειροῦσιν. ἐπεὶ οὖν ταῦτά μοι καλῶς πεπροοιμίασται, ὡς ἔγωγε οἶμαι,

ANNO CHRISTI 431.

μαι, δέξαι με, παρακαλῶ, ἀγαθόν σοι ἐσόμενον σύμβουλον, μὴ παρωθούμενος τὸ ἐν τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις χρήσιμον, καὶ μετὰ πάσης τῆς κατὰ θεὸν διαθέσεως λεγόμενον.

β'.

Εδει μὲν οὖν ἡμᾶς περὶ χρηστῶν πραγμάτων τὰ σκέμματα πρὸς ἀλλήλους ποιεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν πολλὴν ἐξουσίαν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ταραχαῖς ἐποιήσαντο, τούτου ἕνεκεν ἠπείχθην τὰ πρόσφατον ἡμῖν γραφέντα ἀπό τε Ρώμης καὶ Αλεξανδρείας, τῇ σῇ γνωρίσαι ὁσιότητι. ἀθρόον γὰρ Αλεξανδρέων κληρικοὶ ἐπιστάντες, ἐπιστολὰς ἡμῖν δεδώκασι διαφόροις, περὶ τῆς σῆς θεοσεβείας ἐκπεμφθείσας· τὴν μὲν τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κελεστίνου, τὰς δὲ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου. ὧν τὰ ἀντίγραφα ἀποστείλας, παρακαλῶ σου τὴν διάθεσιν, οὕτως αὐτοῖς ἐντυχεῖν, ὥστε μήτε ταραχήν τινα κατὰ διάνοιαν ὑποστῆναι, ἀφ' ἧς πολλάκις φιλονεικίαι καὶ ἐνστάσεις ἐπιβλαβεῖς συμβαίνουσι· μήτε μὴν καταφρονῆσαι τοῦ πράγματος· εἰδότος τοῦ διαβόλου δι' ὑπεροψίαν πολλὰ τῶν οὐ χρηστῶν πραγμάτων κορυφοῦν, καὶ εἰς ὕψος αἴρειν· ὥστε ἀδιόρθωτα αὐτὰ ποιῆσαι γενέσθαι· ἀλλ' ἐμμελῶς αὐτοῖς ἐντυχεῖν· παραλαβεῖν δέ τινας τῶν ὁμοψύχων σοι πρὸς τὴν τῶν προκειμένων διάσκεψιν· δοῦναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐξουσίαν τὸ συμφέρον, ἀλλὰ μὴ τερπνὸν εἰσηγήσασθαι. πάντως γὰρ εἰ ἔχοιεν ἄδειαν, πολλοί τε ὄντες καὶ γνήσιοι σοι τοῦ* σκέμματος

* πράγματος

te etiam atque etiam rogo, vt me consultorem haud malum tibi futurum beneuole admittas, neque si quid vtile, aut diuinæ caritati cognatum in dictis meis occurrerit, idipsum respuas.

II.

Et quidem oportebat, vt de rebus bonis atque vtilibus inter nos conferremus. Verum quia peccata nostra perturbationibus ecclesiasticis ingens ostium patefecerunt, ideo ea caritati tuæ explanare cogor, quæ nuperrime ex Romana & Alexandrina vrbe ad me perscripta sunt. Etenim clerici Alexandrini diuersas de tua pietate literas magno ad nos studio pertulerunt; vnas quidē piissimi episcopi Cælestini, reliquas omnes sanctissimi episcopi Cyrilli. Harum autem exempla mittēs, caritatem tuam obnixe rogatam cupio, vt ita eas legat, ne qua hinc animi perturbatio consurgat, ex qua contentiones, seditionesque admodum noxiæ sępenumero exoriuntur. Sed neq; rem hanc tantam parui quoque ducas, aut contemnas. Diabolus namque res initio minus recte habentes, per superbiā nouit amplificare, in eamque magnitudinem paulatim euehere, vt postea omnem curā, omnemq; medicinam respuant. Quare beneuolum ac studiosum affectum ad illarum literarum lectionem afferas: viros quoq; nonnullos cordatos, ac tibi beneuolos, ad propositarum rerum considerationem socios tibi adiungas; illisque non quæ grata, sed quæ vtilia sunt, effandi potestatem facias. Omnino enim si arbitri plures, minimeq; fucati, ac liberam quod sentiunt dicendi facultatem nacti, præsentis negotii disquisitioni

adhibeantur, facillime illud ea deliberatione consequemur, vt id quod nunc perplexum, durum ac triste censetur, mox leue & lætum sit.

III.

Enimuero licet dominus meus Cælestinus Deo deuotissimus episcopus, decem tantum dierum interuallum, terminum vsque responsioni præfinitum valde angustum, literis suis interposuerit; tamen res ea eiusmodi est, vt, non dico decem diebus, sed vno, imo vero paucis horis confici posse videatur. Nam quid facilius est, quã nomine commodo, multisq; sanctis patribus vsitato, & vero nihilominus, salutarique ex virgine ortui percongruo, in Christi omnium regis dispensatione vti? Cum hoc ergo periculosum non sit, æquum non est vt sanctitas tua illud refutet. Neque id nunc apud se cogitet, turpe esse sibi pugnantia docere. Si enim mens tua eadem sapit & sentit, quæ sancti patres, ecclesiæq; doctores sentiunt & sapiunt, (nam hoc, domine mi, & ex multis, & ex communibus amicis de te accepimus) quorsum vereris pium sensum conuenienti voce publicare? præsertim cum tot tantiq; tumultus ac disceptationes ex te natæ ob oculos iam versentur. Eas namque (mihi crede, Deo dilecte) cum apud finitimos, tum apud longe quoque positos turbas concitasti, quæ ingẽtem ex insperato ecclesiis tempestatem peperere. Constat enim fideles circumquaq; degentes, huius quęstionis & controuersiæ causa inter se conflictari, quotidieque a se inuicem diuelli. Verum autem esse quod dicimus, ex ipsismet rebus haud difficile

κοινωνοῦντες, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ συμβουλίαν ἥξοισι, καὶ τὸ νομιζόμενον ὑπ' ἐμοῦ σκυθρωπὸν, παραχρῆμα εἶη φαιδρόν. Anno Christi 431.

γ'.

Καὶ γὰρ εἰ καὶ προθεσμίαν στενοτάτην τοῖς γράμμασιν ἐνέθηκεν ὁ κύριός μου ὁ θεοφιλέστατος Κελεστῖνος ὁ ἐπίσκοπος, δέκα μόναις ἡμέραις, ὡς τὰ γράμματα αὐτῷ προείχε, προθεσμίσας τὴν ἀπόκρισιν· ἀλλ' ἔξεστιν ἔργον αὐτὸ ποιῆσαι κἂν ἡμέρας μόνης μιᾶς, τάχα δ' κἂν ὥρῶν ὀλίγων. τὸ γὰρ χρήσασθαι προσφόρῳ ὀνόματι ἐν τῇ κυ ⓝ παμβασιλέα Χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίᾳ, πεπεισμένῳ μοὶ πολλοῖς τῶν πατέρων, ἐπαληθεύοντι δὲ * κἂν τῇ σωτηρίῳ ἐκ παρθένου γεννήσει, τοῦτο ῥᾴδιον· ὅπερ οὔτε ὡς ἐπικίνδυνον χρὴ παραιτήσασθαι τὴν σὴν ὁσιότητα, οὔτε ἐκεῖνο ὑπολογήσασθαι, ὡς οὐ χρὴ σεαυτῷ ταὐτὰ ἐκδέδαγ. εἰ γὰρ ἡ διανοία σου τῆς αὐτῆς τοῖς πατράσι καὶ τῆς ἐκκλησίας διδασκάλοις φρονήματος ἔχεται· τοῦτο γὰρ διὰ πολλῶν καὶ κοινῶν φίλων περὶ σοῦ δέδασται μεμαθήκαμεν· εἰ λυπεῖ τὸ δυσεβὲς φρόνημα καταλλήλῳ ὀνόματι δημοσιεύσαι; * καὶ τοσαύτης περικειμένης ταραχῆς, καὶ τοσαύτης ζητήσεως ἐκ σοῦ. τοῦτο γὰρ ἴσθι, θεοφιλέστατε, κεκίνηται τὸ κεφάλαιον, καὶ οἷς τε μακρὰν, καὶ οἷς ἐγγὺς, σφόδρα περιτεθρύλληται· καὶ πλείστη ὅση περὶ τούτου ζάλη ἀδοκήτως τὰς ἐκκλησίας διέλαβε, τῶν πανταχοῦ πιστῶν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀλλήλοις καθ' ἑκάστην συρρήγνυμένων τὴν ἡμέραν. καὶ ὅπου τοῦτο ἔστιν ἀληθὲς, ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων

ANNO CHRISTI 431.

εἴη σαφές. ἡ γὰρ δύσις καὶ Αἴγυπτος, τάχα δὲ καὶ Μακεδονία, ἔκριναν ἀπορραγῆναι τῆς ἑνώσεως, ἣν ἱδρῶσι πολλοῖς καὶ πόνοις ἁγίων καὶ ἐπισήμων ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τοῦ τὰ πάντα ἁγίου καὶ κοινοῦ ἡμῶν πατρὸς τοῦ μεγάλου Ακακίου, ἡ τοῦ θεοῦ χάρις τῷ κοινῷ τῶν ἐκκλησιῶν κεχάρισται. τίς γὰρ μέμψαιτο, εἰ δόξεις λέγειν, ἃ φρονεῖς; μᾶλλον δὲ τίς οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο, εἰ δέξεται προσηγορίαν, ἧς τὴν διάνοιαν, ὡς ἔγνωμεν, ἡ σὴ εὐλάβεια κέκτηται, καὶ τοῦτο ὑπὲρ εὐσταθείας καὶ εἰρήνης οἰκουμενικῆς; εἰ δοκεῖ δὲ, καλοῦ παραδείγματος εἰς καιρὸν ὑπομνήσω σε, οὗ βούλομαί σε καὶ μεμνῆσθαι. οὐδὲ γὰρ χρόνος πολύς ἐστιν, ἐξ οὗ παρ' ἡμῖν συμβέβηκεν, ὥστε αὐτὸ καὶ λήθῃ παραδοθῆναι. μέμνησαί που πάντως τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἐπισκόπου, ἐν ἐξηγήσει εἰπόντος τι τῶν οὐ δοξάντων καλῶς εἰρῆσθαι πρόπω τέ τοι, τῷ καὶ παρρησιασαμένῳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἔπειτα καὶ πᾶσι τοῖς ἀκούσασι· καὶ ὅπως ἐκεῖνος αἰσθόμενος τῆς βλάβης καὶ τῆς ταραχῆς, ἣν ὁ μικρὸς ἐνεποίησε θόρυβος, ἐννοήσας ὡς ἡ ταραχὴ ποιήσει διάστασιν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀντίστασιν, φιλοῦντων τῶν ἀνθρώπων, εἰ τοιαύτης δράξοιντο ἀφορμῆς, τῇδε κἀκεῖσε διαιρεῖσθαι, καὶ τὴν ἀντίστασιν αὔξειν, τὸν δοκοῦντα βραχὺν εἶναι τοῦ σκανδάλου σπινθῆρα· ὃ δὴ καὶ παρ' ἡμῖν νῦν γεγένηται· ὅπως ὁ γενναῖος ἐκεῖνος ἀναστὰς οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας, τὸ παρ' αὐτοῦ* πραχθὲν

*Θεοδώρου

*λαχθὲν

perspicere licet. Nam & occidens, & Ægyptus, & ipsa fortasse Macedonia, ab ea vnione sese abrumpere decreuerunt, quam singularis Dei beneficentia per multos sanctorũ patrum, celebriumque episcoporum, & præcipue per sanctissimi magniq; illius patris nostri Acacii sudores molestiasque communi ecclesiæ vtilitati impertiuit. Quis, quæso, reprehendat, si ea quæ sentis, libere exponas? Imo vero quis laudibus non efferat, si nomen cuius sensum pietas tua, vt cognouimus, possidet, propter publicam quietem, communemq; orbis pacem admittat? Quod si videtur, perpulcrum, & ad præsentem controuersiam peropportunum exemplum tibi hoc loco in mentem reducam, cuius te quoque meminisse velim. temporis enim, ex quo illud apud nos accidit, adeo multum non intercessit, vt iam animo excidere potuerit. Memoria haud dubie tenes, cum beato *Paulo in expositione quadam excidisset quiddam, quod tibi in primis, qui per id tempus ceteris liberius egisti, tum aliis quoque omnibus qui audierant, non recte dictum videbatur; quo pacto ille, posteaquam damnum turbamq; quæ exiguus motus pepererat, cõsiderasset, expendissetque, eiusmodi tumultuationes, sectas, dissidiaq; generare posse; (solent namque homines huiusmodi arrepta occasione vltro citroque tumultuari, atque a se mutuo seiungi) cogitasset præterea, paruam offensionis scintillam magnum sæpe fomitem discordiis subministrare, (quod etiam nunc apud nos vsu venisse cernimus) nõ post multos dies generose in medium progressus, id quod a se dictum

*al. Theodoro

fuerat, in gratiam eccleſiæ, nihil quidquam veritus correxerit; factaq; emendatione, omnem mox calumniam aduerſum ſe excitatam penitus extinxerit. Et quamuis nemo neſciret quod ab illo dictum erat, minus recte ſincereque dictũ fuiſſe; attamen quod prompte id retractaret quod dixerat, hominem ſtatim complexi ſunt omnes.

IV.

Ego vero non ad probroſam aliquam orationis correctionem, neque ad puerilem palinodiam, vt ſic loquar, pietatem tuam inuito: ſed quia multi, vt intelligo, non infrequẽter ex te audierunt, quod ipſam ſolam vocẽ, non piam quoque ipſius vocis notionem auerſeris: ſi qui vero celebrioris famæ eccleſiaſtici auctores tibi fuerint, vt ipſo quoque nomine admiſſo, ſacram virginem Mariam deiparam appelles, te iſtud neutiquam recuſaturum eſſe. Hanc ob rem te moneo, hortorque, vt libera id voce depromas, quod citra errorem ſapere certo dignoſceris: Age inquam, rei quam recte tenes, nomen quod a multis ſæpe patribus vſurpatum, ſcriptum, ac pronuntiatum eſt, adiungere ne graueris: neque vocabulum, quod piam rectamque notionem animi exprimit, refutare pergas. Etenim nomen hoc, Theotocos, nullus vnquam eccleſiaſticorum doctorum repudiauit. Qui enim illo vſi ſunt, & multi reperiuntur, & apprime celebres: qui vero illud non vſurparunt, nunquam erroris alicuius eos inſimularunt, qui illo vſi ſunt. Sane dum ſuperuacanea quadam ad vanas hæreticorum opiniones ſolum ſpectante curioſitate incitati, nomen cuius

ἀνερυθριάσως ὅπῃ χρησίμῳ τῆς ἐκκλησίας διωρθώσατο· καὶ διορθωσάμενος, παραυτίκα ἀπετείνατο τῷ κατ' αὐτὸν γεγονέναι διαβολῇ, οὐ λογισάμενος εἶναί τι σαφὲς τῷ διόρθωσιν· καίτοι πάντων εἰδότων μέν, ὡς σαφῶς παρ' αὐτοῦ ἐλέχθη τὸ λεχθέν, ἀποδεξαμένων δὲ αὐτὸν τῆς παυτίκα μεταβάσεως.

Anno Christi 431.

ιγ'.

Ἐγὼ δὲ οὐ τῷ θεοσέβειαν εἰς ὅπῃ διαβεβλημένῃ μεταβάσει τοῦ λόγου θεωρέπω, οὔτε μὲν σαιλιότητι μειρακιώδει, ὡς ἂν τις εἴποι· ἀλλ' ἐπειδή σοι πολλάκις θεοῦ πολλοὶ εἰρηται, ὡς μεμαθήκαμεν, ὡς εἰς ἐκτρεπόμενον τὴν εὐσεβῆ ταύτην διανοιαν, μόνον τὸ ὄνομα βλαπτῇ· εἰ δέ σοί τινες ἦλθον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπομνῶν καὶ τοῦτο ὑποδοῖντο, εἰς αὖ βλαπτόμενο διενδιάσεως καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν βλέπειν εἰπεῖν. τούτου ἕνεκα ὅπῃ πρέπον σε θεωρέπω θεοσενεγκεῖν, ἐκκαλούμενον ὅπερ μεμαθήκαμεν μὴ διασφάλλεσθαί τε φρονοῦντα, θεοτιθέντα δὲ ῥῆμα θεάρμαλον ὄνομα πολλοῖς τῶν πατέρων καὶ σωτῆρα, καὶ χαρέν, καὶ ῥηθέν· καὶ μὴ βλαπτόμενα ῥῆμα ὅλως τῷ κῷ ψυχῇ ἐλέγχον εὐσεβῆ διανοιαν. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα οὐδεὶς τῶν ἐκκλησιαστικῶν διδασκάλων παρῆκται. οἵ τε γὰρ χρησάμενοι αὐτῷ πολλοὶ καὶ ὄπιμοι, οἵ τε μὴ χρησάμενοι οὐκ ἐπελάβοντο τῶν χρησαμένων. καὶ μάτην ἡμεῖς, ὡς ἔοικε, δῆθεν ἀκριβείας θεωπῆς ἕνεκα θεὸς αἱρεσιάρχῃ κα-

ANNO CHRISTI 431.

κοδοξίαν μόνον βλεπούσης, τὰς συνειδήσεις τῶν ἀδελφῶν εἰς οὐδὲν δέον πληττομένας περιορῶμεν, ὄνομα παραιτούμενοι, οὗ τὴν διάνοιαν εὖ καὶ καλῶς παραδεχόμεθα. εἰ γὰρ τὸ ἐξ ἀνῶν σημαινόμενον μὴ παραδεχόμεθα, λείπεται περὶ πολλὰ ἡμᾶς διασφάλλεσθαι, μᾶλλον δὲ κινδυνεύειν περὶ τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ἀκολουθήσει γὰρ εὐθὺς τῇ τοῦ ὀνόματος τούτου ἀναιρέσει, εἴτ' οὖν τῷ ἐξ ἀνῶν σημαινομένῳ, τὸ μήτε θεὸν εἶναι τὸν τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενον, μήτε μὴν τὸν θεὸν λόγον κενώσαντα ἑαυτὸν εἰς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἄφατόν τι περὶ ἡμᾶς ἐπιδεδεῖχθαι φιλανθρωπίας μέγεθος.

*ἵν. κάρπῳ

*ἅπερ αἱ θεῖαι γραφαὶ μάλιστα κυροῦσι τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν, ὅταν τὸν προαιώνιον καὶ συναΐδιον καὶ μονογενῆ τοῦ θεοῦ υἱὸν ἐπὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν ἀπαθῶς τῷ λόγῳ κατάγωσι, κατὰ τὸ εἰρημένον τῷ θείῳ ἀποστόλῳ· ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, *γεννώμενον ἐκ γυναικός· ἀποδεικνύντι σαφῶς τὴν τοῦ μονογενοῦς ἐκ παρθένου γέννησιν *ἀῤῥήτως, ὡς φθάσας ἔφην. ἀφ' ἧς γεννήσεως εἰ προσαγορεύοιτο ἡ παρθένος παρὰ τῶν πατέρων, ὥσπερ αὖ οὖν καὶ προσαγορεύεται τούτῳ τῷ ὀνόματι, οὐκ οἶδ' ὅτου χάριν τὴν οὐκ ἀναγκαίαν ταύτην ζήτησιν· καί μοι σύγγνωθι· καθ' ἑαυτῶν, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, ὡς ὁρᾷς, ἀναδεδέγμεθα. κίνδυνος γὰρ οὐδεὶς ταὐτὰ λέγειν τε καὶ φρονεῖν τοῖς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ εὐδοκιμήσασι

*γενόμενον

*ἄῤῥητον,

sententiam recte tenemus, pertinaciter respuimus; aliud nihil, vt videtur, facimus, quam quod fratrum nostrorum conscientias & temere, & absque vlla vtilitate grauiter offendi non graue ducimus. Etenim si id quod nominis significatione offertur, non recipimus, restat vt in grauissimum errorem prolabamur; imo vero, vt inexplicabilem illam vnigeniti filii Dei œconomiam abnegemus: quandoquidem nomine hoc sublato, vel huius potius nominis notione repudiata, sequitur mox, illum non esse Deum, qui admirabilem illam dispensationem nostræ salutis causa suscepit; tum Dei Verbum neque se exinaniuisse, neque in serui formam sese demittens, ineffabilem quamdam benignitatis magnitudinem humano generi exhibuisse. Cum tamen Dei erga nos clementiam diuinæ scripturæ hinc præcipue cõfirment, quod vnicum illum sempiternumq; Dei Filium ante omnia sæcula natum, impatibili modo ex sacra quoque virgine ortum ostendunt. Huc namque diuinus tendit Apostolus, dum ita ait: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.* Clare hic ostendit, ipsummet Dei vnigenitum admirabili ortu ex virgine in lucem prodiisse, vt paulo ante dixi. Quod si virgo a sanctis patribus propter hãc generationem deipara nominatur, vt vere hoc nomine ab illis nominatur, nescio quorsum attinuerit, vt quæstionẽ hanc nequaquam necessariam (bona venia tua dictum sit) & contra nosipsos, & contra ecclesiasticam pacem quoque, vt vides, agitandam susceperimus. Etenim nulli nos periculo exponimus, si ea sentimus & loquimur, quæ doctores in ecclesia Dei celeberrimos sensisse &

Gal. 4. v. 4.

docuisse certo nouimus. Superuacaneum autem est illorum nomina hoc loco percensere: nosti enim illos æque ac nos, vt qui haud secus ac nos omnes, quod sis discipulus illorum, glorieris.

Hoc nostrum, quæso, consilium admitte; hæc per nos rogatus exequare, nullum dissidiis locum, nullum gliscenti nouitati fomentum suppedites. Cogita, si priusquã vllæ omnino literæ missæ forent, multi contra nos extitere infrenes, peneque intolerabiles; quales nunc futuri sint, tanta ex allatis literis subministrata fiducia, qualique in posterum aduersus nos audacia sint vsuri. Hæc ego, complures religiosissimos, tuæque pietatis studiosissimos episcopos apud me habens, quos tunc adesse contigit, cum infaustæ illæ literæ afferrentur, scribere volui; ratus ingenui amici officium, illudque a promissione mea non alienum me præstiturum, si fraterno quodam consilio existimationẽ tuam grauiter hoc tempore laborantem, nonnihil subleuarem. Quocirca pietatẽ tuam rogo, vt ea quæ ob ecclesiæ tranquillitatem cum Dei timore, veraq; erga te caritate exposui, placido animo suscipias. Nam non solus hæc dictaui, sed, vt modo aiebam, præsentibus multis episcopis, videlicet domino meo Archelao episcopo piissimo, Apringio, Theodoreto, Heliade, Meletio, & Macario, qui per Dei gratiam ecclesiæ Laodicenæ præfectus est nuperrime. Qui omnes & in fidei doctrina instructissimi, & tui studiosissimi vna mecum, domine mi, rogant, vt animo facili literarum illarum turbinis instar ruentium impetum sistas:

διδασκάλοις, ὧν περιττὸν μὲν τὰ ὀνόματα ἀπαριθμεῖσθαι· ἐπίστασαι γὰρ αὐτοὺς οὐδενὸς ἧττον, ἐπεὶ τῷ εἶναι αὐτῶν μαθητὴς αὐτός τε καὶ πάντες ἡμεῖς σεμνυνόμεθα.

Ταῦτα παρ' ἡμῶν συμβουλεύθητι, παρακαλῶ· ταῦτα πρᾶξαι παρακλήθητι· μὴ δῷς χώραν* καὶ νομὴν ἑρπούσῃ διαστάσει καινοτομεῖν. ἐννόησον γὰρ, ὡς εἰ πρὸ τῶν νῦν ἀποσταλέντων γραμμάτων οἱ πολλοὶ ἄσχετοι ἦσαν καθ' ἡμῶν, νῦν δραξάμενοι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων τούτων παῤῥησίας, τίνες οὐκ ἔσονται, καὶ ποίᾳ οὐ χρήσονται καθ' ἡμῶν παῤῥησίᾳ. ταῦτα ἐγὼ πολλοὺς τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ τῶν τῆς σῆς φιλοθείας ἐραστῶν* παρ' ἐμαυτὸν ἔχων, οἳ ἔτυχον παρεῖναι ἡμῖν τῶν γραμμάτων τούτων τῶν ἀπευκτῶν ἀποδοθέντων, νομίσας καὶ γνησίου ἔργον ποιεῖν κατὰ τὰς ἐμαυτοῦ ὑποσχέσεις, καὶ ἀδελφικῇ συμβουλίᾳ ἀνορθοῦν κάμνουσάν σοι ἐπὶ οὗ πρόντος τὴν ὑπόληψιν,* ἐπέστειλα, εὐχόμενός σου τὴν φιλοθείαν ἀφιλονεικοτάτῃ γνώμῃ δέξασθαι,* ἢν μετὰ φόβου θεοῦ καὶ φίλτρου τοῦ περὶ σὲ, καὶ τοῦ ἀσφαλοῦς ἕνεκα τῆς ἐκκλησίας εἰσηγησάμην, οὐ μόνος ὤν, ὡς ἔφην, ἀλλὰ γὰρ πρόντων μοι τῶν περὶ τὸν κύριόν μου τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Αρχέλαον, Απριγγίου, Θεοδωρήτου, Ηλιάδου, Μελετίου, καὶ τοῦ πρόσφατον τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι προβληθέντος τῇ Λαοδικέων τῶν θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἐπισκόπου Μακαρίου· οἳ καὶ δογμάτων ἐντὸς ὑπάρχουσι, καὶ περὶ σὲ διαπύρως διάκεινται μεθ' ἡμῶν, εὐχόμενοί σε, δέσποτα, φρονήματι εὐπειθεῖ χρησάμενον στῆσαι τῶν γραμμάτων τούτων καθάπερ λαίλαπος σφοδρότε-

ANNO CHRISTI 431.

ραν φοράν· ἱκανὴν, εἰ μὲν ἔξαιμεν, μὴ θολῶσαι, μηδὲ ταράξαι· εἰ δὲ *ἐντείνομεν, λυπῆσαι. ταῦτα, οἰκειούμενοι τὰ σὰ, ἡμεῖς μὲν ἐδηλώσαμεν· αὐτὸς δὲ καταδέξασθαι καὶ ἀσμενίσαι καταξίωσον· εἰ μὴ ἄρα τις οὐκ ἀγαπῶν ἡμᾶς, παρασκευάσει ἐπὶ βλάβῃ ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ κοινοῦ, καταφρονῆσαι τούτου τοῦ πράγματος. τὸ δοκοῦν, παρακαλῶ, ἀντιγράψαι καταξίωσον· μᾶλλον μὴ τὸ δοκοῦν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον.

quæ, si quidem obstinati restiterimus, molestiam afferent: sin autem obsecuti fuerimus, neque turbare, neque confundere nos poterunt. Hæc, tua perinde ac propria cordi habentes, monere voluimus: iam tuum est æquo beneuoloque animo monita nostra complecti: nisi forsan quispiam minus nostri amans, cum sui & reipublicæ Christianæ damno hęc aspernari tibi persuaserit. Obsecro, vt quod visum fuerit, imo vero non quod visum fuerit, sed quod vtile sit, rescribas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ'.

Ισον ἐπιστολῆς Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας πρὸς Νεστόριον περὶ τῆς ἀκοινωνησίας.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ, Κύριλλος καὶ ἡ συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἐν κυρίῳ χαίρειν.

CAPVT XXVI.

Exemplum epistolæ Cyrilli episcopi Alexandrini ad Nestorium de excommunicatione.

Cyrillus & Synodus ex Aegypti prouincia Alexandriæ congregata, Nestorio religiosissimo piissimoque sacrorum comministro in Domino Sal.

α'.

ΤΟΥ σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος ἐναργῶς· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· τί πάθωμεν ἡμεῖς, οἱ παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας ἀπαιτούμενοι τὸ ὑπεραγαπᾶν σε τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ; τίς ἡμᾶς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὀνῆσαι δυνήσεται; ἢ ποίαν εὑρήσομεν ἀπολογίαν, σιωπὴν οὕτω τιμήσαντες τὴν μακρὰν ἐπὶ ταῖς παρὰ τοῦ γενομέναις κατ' αὐτοῦ δυσφημίαις; καὶ εἰ μὲν σαυτὸν ἠδίκεις μόνον, τὰ τοιαῦτα φρονῶν καὶ διδάσκων, ἥττων

I.

CVM Saluator noster diserte pronuntiet: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus:* quid nobis fiet, a quibus tua pietas supra Christum omnium saluatorem diligi postulat? Quis in die iudicii nobis patrocinabitur; aut qualem tunc excusationem inueniemus, qui tanto tempore silentio vtentes, tua illa maledicta, quibus in eum inuasisti, dissimulauimus? Quod si dum hęc sentis & doces, teipsum tantummodo læderes, fortassis minor nos

Matth. 10. v. 37.

solicitudo teneret: at quia totam ecclesiam grauiter offendisti, ac non iis modo qui Constantinopoli versantur, nouæ insolitæque hæreseos fermentum, sed omnibus vbiuis locorum degentibus obiecisti; (circumferuntur enim passim tuarum exegeseon libelli) quæ, obsecro, oratio silentio nostro defendendo satis idonea reperietur? aut quomodo sermonis Christi memores esse non poterimus? *Non putetis*, inquit, *quod pacem venerim mittere super terram, sed gladium. Veni enim diuidere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem suam.* Certe si fides violatur, omnis omnino erga parentes reuerentia tamquã inanis & periculosa valeat; facessat lex illa amoris erga liberos & fratres: quia mori vtique satius est piis, quam viuere; *vt meliorem*, sicut scriptum est, *inueniant resurrectionem.*

Matth. 10. v. 34.

Hebr. 11. v. 35.

II.

Ecce igitur vna cum sancta Synodo, quæ in magna Romanorum ciuitate sanctissimo & reuerendissimo episcopo fratre ac cõministro nostro Cælestino præsidente conuenit, iam tertio his te literis cõtestamur & obtestamur, vt consilium nostrum secutus, a stolidis illis absurdisque dogmatibus quæ foues, publiceque doces, abstineas; fidemque rectam, & iam inde ab initio per sanctos apostolos & euangelistas, qui verbi spectatores & ministri fuerunt, ecclesiis traditam reuerenter suscipias. Quod sane nisi iuxta tempus in literis Cælestini sacratissimi reuerendissimique fratris & comministri nostri Romanorum

Luc. 1. v. 2.

ἀν ἦν ἡ φροντίς. ἐπεὶ δὲ πᾶσαν ἐσκανδάλισας ἐκκλησίαν, καὶ ζύμην αἱρέσεως ἀήθους καὶ ξένης ἐμβέβληκας τοῖς λαοῖς, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐκεῖσε* μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ περιηνέχθη τῶν σῶν ἐξηγήσεων τὰ βιβλία, ποῖος ἔτι* τῶν παρ' ἡμῖν σιωπῆς ἀρκέσει λόγος; ἢ πῶς οὐκ ἀνάγκη μεμνῆσθαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς. πίστεως γὰρ ἀδικουμένης, ἐῤῥέτω μὲν ὡς ἔωλος καὶ ἐπισφαλὴς ἡ πρὸς γονέας αἰδώς· ἠρεμείτω δὲ καὶ ὁ τῆς εἰς τέκνα καὶ ἀδελφοὺς φιλοστοργίας νόμος, καὶ τοῦ ζῆν ἀμείνων* ἔστω λοιπὸν τοῖς εὐσεβέσιν ὁ θάνατος, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι κατὰ τὸ γεγραμμένον.

β'.

Ἰδοὺ τοίνυν ἅμα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην συνειλεγμένῃ, προεδρεύοντος τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κελεστίνου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τρίτῳ τοι τούτῳ διαμαρτυρόμεθα γράμματι, συμβουλεύοντες ἀποχέσθαι μὲν τῶν οὕτω σκαιῶν καὶ διεστραμμένων δογμάτων, ἃ καὶ φρονεῖς καὶ διδάσκεις, ἀνθελέσθαι δὲ τὴν ὀρθὴν πίστιν τὴν ταῖς ἐκκλησίαις παραδοθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, οἳ καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γεγόνασι. καὶ εἰ μὴ τοῦτο δράσειεν ἡ σὴ εὐλάβεια, κατὰ τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ μνημονευθέντος ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου Κελεστίνου,

ANNO CHRISTI 431.

στίνου, γίνωσκε σαυτὸν οὐδένα κλῆρον ἔχοντα μεθ' ἡμῶν, οὐδὲ τόπον ἢ λόγον ἐν τοῖς ἱερεῦσι τοῦ θεοῦ καὶ ἐπισκόποις. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται περιϊδεῖν ἡμᾶς ἐκκλησίας οὕτω τεθορυβημένας, καὶ σκανδαλισθέντας λαοὺς, καὶ πίστιν ὀρθὴν ἀθετουμένην, καὶ διασπώμενα παρὰ σοῦ τὰ ποίμνια τοῦ σώζειν ὀφείλοντος, εἴπερ ἦσθα καθ' ἡμᾶς ὀρθῆς δόξης ἐραστὴς, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἰχνηλατῶν εὐσέβειαν. ἅπασι δὲ τοῖς παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας κεχωρισμένοις διὰ τὴν πίστιν, ἢ καθαιρεθεῖσι λαϊκοῖς τε καὶ κληρικοῖς, κοινωνικοὶ πάντες ἐσμέν. οὐ γὰρ ἔστι δίκαιον τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν ἐγνωκότας σαῖς ἀδικεῖσθαι ψήφοις, ὅτι *οἱ καλῶς ποιοῦντες ἀντειρήκασι. τοῦτο γὰρ αὐτὸ καταμεμήνυκας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ γραφείσῃ παρὰ τοῦ πρὸς τοῦ τῆς μεγάλης Ῥώμης ἁγιώτατον καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κελεστῖνον. οὐκ ἀρκέσει δὲ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὸ συνομολογῆσαι μόνον τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, τὸ ἐκτεθὲν κατὰ καιροὺς ἐν ἁγίῳ πνεύματι παρὰ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς κατὰ καιροὺς συναχθείσης ἐν τῇ Νικαέων. νενόηκας γὰρ καὶ ἡρμηνεύσας οὐκ ὀρθῶς αὐτὸ, διεστραμμένως δὲ μᾶλλον, κἂν ὁμολογῇς τῇ φωνῇ τὴν λέξιν. ἀλλὰ γὰρ ἀκόλουθον ἐγγράφως καὶ ἐνωμότως ὁμολογῆσαι, ὅτι καὶ ἀναθεματίζεις μὲν τὰ μιαρὰ σαυτοῦ καὶ βέβηλα δόγματα· φρονήσεις δὲ καὶ διδάξεις, ἃ καὶ ἡμεῖς πάντες, οἵ τε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν ἑῴαν ἐπίσκοποι,

*οἱ

episcopi expressum præfinitumq; præstiteris, certo scias nullam tibi deinceps cum episcopis & sacerdotibus Dei sortem, nullam tui rationem, nullum denique inter eos locum futurũ esse. Nec enim fieri potest, vt nos ecclesias turbatas, populos offensos, fidem rectam labefactatam, gregem Christi negligamus misere abs te dissipatum, qui illum (siquidem perinde ac nos rectæ fidei doctrinam consectari, sanctorumq; patrum pietatem æmulari libuisset) alioqui debueras conseruare. Itaque cum omnibus tum clericis, tum laicis quoque, quos tu propter fidem excommunicasti, vel ordine mouisti, omnes cõmunicauimus. Haud enim par erat, eos qui rectam fidem tenere maluerunt, ob iniquam tuam sententiam detrimentum aliquod pati; ob id nimirum, quod recte sentientes tuæ doctrinæ assentiri noluerũt. Nam & huius quoque exauctorationis in epistola, quam ad magnæ Romæ sanctissimum & coepiscopum nostrum Cælestinum scripsisti, fit mentio. Ceterum minime sat erit, si reuerentia tua solum fidei symbolum, quod a magna illa Synodo, quæ in Spiritu sancto in vrbe Nicæa quondam conuenit, expositum est, nobiscum confiteatur. Nam etsi voce tenus illud profitearis, attamen neque recte intelligis, neque sincere quoque, sed peruerse plane, præpostereque interpretaris. Verum præter hoc addendum illud est, vt scripto ac iureiurando affirmes, te præterea anathematizare, quæ sceleste & profane hactenus sensisti: & ea rursum posthac te sensurum & docturum polliceare, quæ & nos, & ceteri omnes, quotquot vel in occidente, vel in oriente viuunt episcopi, do-

ctores ac populorum duces. Ad epistolas porro quod attinet, quas Alexandrina ecclesia ad te misit, eas cum a sacra Romana Synodo, tum a nobis omnibus quoque, ab omni errore & vitio immunes iudicatas esse scias. Hisce autem literis nostris vtraq; subiunximus, & ea quæ te oportet sapere & docere, & ea rursum a quibus te cõuenit abstinere. Hæc enim est catholicæ apostolicæque ecclesiæ fides, in qua vniuersi occidentis & orientis orthodoxi episcopi consentiunt.

III.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium creatorem: Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, natum ex patre, hoc est, ex patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus est, & tertia die resurrexit: ascendit ad cælos, venturus iudicare viuos & mortuos: Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando cum non esset, & priusquam nasceretur, non erat; vel quod ex non existentibus, aut ex alia substantia, vel essentia sit; aut qui filium Dei mutationi aut alterationi obnoxium asserunt: hos catholica & apostolica anathematizat ecclesia. Sanctorum autem patrum confessiones, quas sancto in ipsis loquente Spiritu ediderunt, sectantes, scopumque ac

καὶ διδάσκαλοι, καὶ λαῶν ἡγούμενοι. συνέθετο δὲ καὶ ἡ κατὰ τὴν Ῥώμην ἁγία σύνοδος, καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, ὡς ὀρθῶς ἐχούσαις καὶ ἀνεπιλήπτως, ταῖς γραφείσαις ἐπιστολαῖς πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν παρὰ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. ὑπετάξαμεν δὲ τούτοις ἡμεῖν τοῖς γράμμασιν ἅ τε δεῖ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, καὶ ὧν ἀπέχεσθαι προσήκει. αὕτη γὰρ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἡ πίστις, ᾗ συναινοῦσιν ἅπαντες οἵ τε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν ἑῴαν ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι.

γ'

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς· θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, * ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, καὶ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. ἑπόμενοι δὲ πανταχοῦ ταῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὁμολογίαις, * αἳ πεποίηνται λαλοῦντος ἐν αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῶν τῶν ἐν αὐτοῖς

ANNO CHRISTI 431.

ἐννοιῶν ἰχνηλατοῦντες σκοπὸν, καὶ βασιλικὴν ὥσπερ ἐρχόμενοι τρίβον, φαμὲν· ὅτι αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθεὶς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ὁ ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεὸς ἀληθινὸς, τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας κατελθὼν, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἐσαρκώθη τε καὶ ἐνηνθρώπησε, τουτέστι σάρκα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος ἐκ μήτρας, τὴν καθ' ἡμᾶς ὑπέμεινε γέννησιν, καὶ προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, οὐχ ὅπερ ἦν ἀποβεβληκὼς, ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ἐν προσλήψει σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ οὕτω μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, θεὸς δηλονότι φύσει καὶ ἀληθείᾳ. οὔτε δὲ τὴν σάρκα φαμὲν εἰς θεότητος τραπῆναι φύσιν, οὔτε μὴν σαρκὸς εἰς φύσιν τὴν ἀπόῤῥητον θεοῦ λόγου* παραχθῆναι φύσιν. ἄτρεπτος γάρ ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς μὲν ὁ αὐτὸς ἀεὶ *ὢν κατὰ τὰς γραφάς. ὁρώμενος δὲ, καὶ βρέφος ἐν σπαργάνοις μένων, ἔτι καὶ ἐν κόλποις τῆς τεκούσης παρθένου πᾶσαν ἐπλήρου τὴν κτίσιν, ὡς θεὸς, καὶ συνέδρος ἦν τῷ γεγεννηκότι· τὸ γὰρ θεῖον ἄποσόν τέ ἐστι καὶ ἀμέγεθες, καὶ περιορισμὸν οὐκ ἀνέχεται.

*μετενεχθῆναι

*μένων

δ'.

Ηνῶσθαί γε μὴν σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες τὸν λόγον, ἕνα προσκυνοῦμεν υἱὸν καὶ κύριον Ιησοῦν Χριστὸν, οὔτε ἀνὰ μέρος τιθέντες καὶ διορίζοντες ἄνθρωπον καὶ θεὸν, *οὔτε συνημμένοις μᾶλλον ἀλλήλοις τῇ τῆς ἀξίας καὶ αὐθεντίας

*ὡς

sensum quem in iis tenuerunt, studiose obseruantes, & regia quasi via incedentes, ipsum vnigenitum Dei Verbum ex Patris substantia natum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia & quæ in cælo & quæ in terris facta consistunt, salutis nostræ causa descendisse, seque ad exinanitionem demisso, incarnatum & hominem factum, hoc est, carne ex sacra virgine sumpta, eademque sibi appropriata in vtero more nostro genitum, hominemq; ex muliere in lucem editum dicimus, id interim quod suapte natura erat, non abiiciens, sed hoc ipsum quod erat, hoc est, verus naturalisque Deus, licet carnem & sanguinem assumpsisset, constanter manens: neq; carnem in diuinitatis naturam versam, nec contra rursum ineffabilem illam naturam in carnis substantiam transmutatam asserimus. est enim immutabilis, nullique alterationi obnoxius, semper idem, suique similis, vt scriptum est, manens. Etenim cum iam visibilis factus esset, infantũque more fasciis adhuc inuolueretur, ac in virginis matris gremio etiamnum foueretur, omnem implebat creaturam vt Deus, pariq; cum Patre potestate regnabat: siquidem diuinitas quantitatis & molis expers est, nec vllis limitibus circumscribitur.

IV.

Quamuis autem Verbum carni secundum hypostasim vnitum fateamur, vnum tamen Filium ac Dominum Iesum Christum adoramus: neque Deum & hominem secamus, aut in partes diuellimus, quasi dignitatis tantum & auctoritatis communi-

catione inter se consocientur: (hoc enim dicere, nihil aliud est, quam inanem quamdam vocum nouitatem inepte profundere) neque duos constituimus Christos; alterũ per se ac seorsum Dei Patris Verbum, alterum illum rursus seorsum, qui ex muliere natus est: sed vnum dumtaxat Christum agnoscimus, Dei videlicet Patris Verbum cum carne, quam propriam sibi adsciuit. Ex eo enim tempore vt homo nobiscum inunctus est, cum tamen ipse sit, qui Spiritum dat non indignis, idque non ad mensuram, vt beatus euangelista Ioannes testatur. Sed neque Dei Verbum in sacræ virginis filio, veluti in communi quodam homine inhabitasse dicimus, ne Christus deifer homo esse intelligatur. Nam licet Verbũ in nobis habitarit, omnemque diuinitatis plenitudinem corporaliter in Christo inhabitare, literis proditum sit; attamen non ita in illo habitauit, vt in sanctis inhabitare dicitur. Habitauit enim secundum naturam vnitum, non in carnem mutatum, tali inhabitatione, qualem dici potest hominis anima erga sibi proprium corpus habere.

Ioan. 3. v. 34

Ioan. 1. v. 14. Colos. 2. v. 9.

V.

Vnus itaque est Christus & Filius & Dominus; non ita quasi homo eam tantum cum Deo coniunctionem sortitus sit, quæ in sola dignitatis vel auctoritatis vnitate posita sit: non enim honoris æqualitas naturas vnit: alioqui Petrus & Ioannes qui paris dignitatis extiterunt, quatenus scilicet apostoli ac sancti discipuli, vnus essent, non duo. nec rursum appositione factum intelligimus coniunctionis modum; ea enim

ἑνότητι· *καινοφωνία γὰρ τοῦτο, καὶ ἕτερον οὐδέν· οὔτε μὴν Χριστὸν ἰδικῶς ὀνομάζοντες τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, καὶ ὁμοίως ἰδικῶς Χριστὸν ἕτερον τὸν ἐκ γυναικός· ἀλλ' ἕνα μόνον εἰδότες Χριστὸν, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. τότε γὰρ ἀνθρωπίνως κέχρισται μεθ' ἡμῶν, καίτοι τοῖς ἀξίοις τοῦ λαβεῖν τὸ πνεῦμα διδοὺς αὐτὸς, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου, καθά φησιν ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ιωάννης. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι κατῴκησεν ὁ ἐκ θεοῦ λόγος ὡς ἐν ἀνθρώπῳ κοινῷ, τῷ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένῳ, ἵνα μὴ θεοφόρος ἄνθρωπος νοοῖτο Χριστός. εἰ γὰρ καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ὁ λόγος· εἴρηται δὲ καὶ ἐν Χριστῷ κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἀλλ' οὖν ἐννοοῦμεν, ὅτι γενόμενος σὰρξ, οὐχ ὥσπερ ἐν τοῖς ἁγίοις κατοικῆσαι λέγεται, κατὰ τὸν ἴσον καὶ ἐν αὐτῷ τρόπον γενέσθαι διοριζόμεθα τὴν κατοίκησιν· ἀλλ' ἑνωθεὶς κατὰ φύσιν, καὶ οὐκ εἰς σάρκα τραπεὶς, τοιαύτην ἐποιήσατο τὴν κατοίκησιν, ἣν ἂν ἔχειν λέγοιτο καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ πρὸς τὸ ἴδιον ἑαυτῆς σῶμα.

ε'.

Εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς καὶ υἱὸς καὶ κύριος, οὐχ ὡς συνάφειαν ἁπλῶς τὴν ὡς θεὸν ἑνότητι τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, ἔχοντος ἀνθρώπου πρὸς θεόν· οὐ γὰρ ἐνοῖ τὰς φύσεις ἡ ἰσοτιμία· καὶ γοῦν Πέτρος τε καὶ Ιωάννης ἰσότιμοι μὲν ἀλλήλοις, καθὸ καὶ ἀπόστολοι καὶ ἅγιοι μαθηταὶ, πλὴν οὐχ εἷς οἱ δύο. οὔτε μὴν κατὰ παράθεσιν τὴν τῆς συναφείας νοοῦμεν τρόπον· οὐκ ἀπόχρη γὰρ τοῦτο πρὸς ἑνω-

Anno Christi 431.

* [illegible]

ANNO CHRISTI 431.

σιν φυσικήν. οὔτε μὴν ὡς κατὰ μέθεξιν σχετικήν, ὡς καὶ ἡμεῖς κολλώμενοι τῷ κυρίῳ κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐν πνεῦμά ἐσμεν πρὸς αὐτόν. μᾶλλον δὲ τὸ τῆς συναφείας ὄνομα παραιτούμεθα, ὡς οὐκ ἔχον ἱκανῶς σημῆναι τὴν ἕνωσιν. ἀλλ' οὐδὲ θεὸν, ἢ δεσπότην τοῦ Χριστοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ὀνομάζομεν, ἵνα μὴ πάλιν ἀναφανδὸν τέμνωμεν εἰς δύο ἕνα Χριστὸν υἱὸν καὶ κύριον, καὶ δυσφημίας ἐγκλήματι περιπέσωμεν, θεὸν ἑαυτοῦ καὶ δεσπότην ποιοῦντες αὐτόν. ἑνωθεὶς γὰρ, ὡς ἤδη προείπομεν, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν, θεὸς μέν ἐστι τῶν ὅλων, δεσπόζει δὲ τοῦ παντός. οὔτε δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ δοῦλός ἐστιν, οὔτε δεσπότης· εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ δυσσεβὲς τὸ οὕτω φρονεῖν καὶ λέγειν. ἔφη μὲν γὰρ θεὸν ἑαυτοῦ πατέρα, καί τοι θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· ἀλλ' οὐκ ἠγνοήκαμεν, ὅτι μετὰ τοῦ μεῖναι θεὸς, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὑπὸ θεῷ, κατάγε τὸν πρέποντα νόμον τῇ τῆς ἀνθρωπότητος φύσει. αὐτὸς δὲ ἑαυτοῦ πῶς ἂν γένοιτο θεὸς ἢ δεσπότης; οὐκοῦν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὅσον ἧκεν εἴς γε τὸ πρέπον τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις, ὑπὸ θεῷ μεθ' ἡμῶν ἑαυτὸν εἶναί φησιν. οὕτω γέγονε καὶ ὑπὸ νόμον, καίτοι λαλήσας αὐτὸς τὸν νόμον, καὶ νομοθέτης ὑπάρχων ὡς θεός.

ϛ'.

Παραιτούμεθα δὲ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ· διὰ τὸν φορούντα τὸν φορούμενον σέβω· διὰ τὸν ἀόρατον προσκυνῶ τὸν ὁρώμενον. φρι-

ad naturalem vnionem constituendam sat esse nequit. neque secundum affectualem communicationem, quomodo nos Domino cohæremus, vnusque, vt scriptum est, cum eo spiritus efficimur: imo vero coniunctionis vocabulum, tamquam ad vnionem hanc exprimendam non satis idoneum, repudiamus. Sed neq; Dei Patris Verbum, Christi Deum aut dominum nominamus, ne vnum rursus Christum & Filium & dominum in duos aperte diuellentes, in blasphemiæ crimen (vtpote Deum ipsum suiipsius & dominum constituentes) incidamus. Verbum enim Dei, vt sæpe iam admonuimus, carni secundũ hypostasim vnitum, & Deus est, & creaturarum omnium dominus; sui autem ipsius neque dominus neque seruus est. Ita enim sapere, aut dicere, nihil aliud esset, quam impie desipere. Appellat quidem Patrem Deum suum, licet Deus natura sit, & ex paterna substantia genitum: non ignoramus tamen, cum hoc ipso quod Deus est, hominem quoque factum esse, proindeque secundum legem humanæ naturæ congruentem, Deo subiectum esse. Interim vt suiipsius vel Deus vel dominus sit, id fieri nulla ratione potest. Vt homo igitur, & ad exinanitionis conditionem quod spectat, æque ac nos Deo se subditum fatetur. Ad hunc quoque modum sub lege factus est, etiamsi vt Deus legem ipse tulerit ac promulgarit.

1. Cor. 6. v. 17.

VI.

Cauemus etiam hoc modo loqui de Christo: Propter eum qui induit, indutum veneror; & propter inuisibilem, visibilem adoro.

Præterea & hoc quoque non absque horrore dicitur: Assumptus vna cũ assumente coexistit Deus. Qui enim hoc modo loquuntur, vnum rursus Christum in duos diuidunt, & hominem per se seorsum, & Deum similiter per se seorsum collocant, veramq; vnionem hac ratione apertissime inficiantur. Secundum hanc enim alter veluti in altero non simul adoratur, neque simul cum altero Deus existit: sed vnus idemq; Christus Iesus, vnigenitusq; Dei Filius animo concipitur, qui vna adoratione simul cum sua carne colitur. Cõfitemur etiam ipsum vnigenitum Dei Filium ex Patre natum, etiamsi secundum propriam naturam impassibilis sit, nostri tamẽ causa mortem in carne secundum scripturas passum esse, propriæq; carnis afflictiones, quas nimirum in crucifixo corpore pertulit, citra vllam sui passionem sibi adsciuisse. *Gratia enim Dei mortem pro omnibus gustauit.* Nam etsi secundum naturam & vita & mortuorum resurrectio existeret, proprium tamẽ corpus vltro in mortem obtulit. Etenim quo vi quadam arcana & admirabili, in propria veluti in prima sua carne morte proculcata, primogenitus ex mortuis, dormientiumque primitiæ fieret, iterque humanæ naturæ ac reditum ad incorruptionem muniret, *Dei gratia mortem pro omnibus*, vt modo aiebam, *degustauit*; & post triduum vitæ restitutus, infernum despoliauit. Quamobrem licet mortuorum resurrectio per hominem facta dicatur, hominem tamen illum simul Dei Verbum extitisse intelligimus: qui mortis imperio destructo, tamquam vnus Dominus

Hebr. 2. v. 3.

Colos. 1. v. 18
1. Cor. 15. v. 20.

Ibid. v. 21.

κτὸν δὲ πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν· ὁ ληφθεὶς τῷ λαβόντι συγχρηματίζει θεός. ὁ γὰρ ταῦτα λέγων διατέμνει πάλιν εἰς δύο Χριστοὺς, καὶ ἄνθρωπον ἵστησιν ἀνὰ μέρος ἰδικῶς, καὶ θεὸν ὁμοίως. ἀρνεῖται γὰρ ὁμολογουμένως τὴν ἕνωσιν, καθ' ἣν οὐχ ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ συμπροσκυνεῖταί τις, οὔτε μὴν συγχρηματίζει θεὸς, ἀλλ' εἷς νοεῖται Χριστὸς Ιησοῦς, υἱὸς μονογενὴς, μιᾷ προσκυνήσει τιμώμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. ὁμολογοῦμεν δὲ ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς υἱὸς, καὶ θεὸς μονογενὴς, καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ὑπάρχων ἀπαθὴς, σαρκὶ πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἣν ἐν τῷ σταυροθέντι σώματι τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀπαθῶς οἰκειούμενος πάθη· χάριτι δὲ θεοῦ καὶ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, διδοὺς αὐτῷ τὸ ἴδιον σῶμα, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζωὴ, καὶ αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις. ἵνα γὰρ ἀῤῥήτῳ δυνάμει πατήσας τὸν θάνατον, ὡς ἔν γε δὴ πρώτῃ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, γένηται πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, ὁδοποιήσῃ τε τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομὴν, χάριτι θεοῦ, καθάπερ ἔφημεν ἀρτίως, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου· τριήμερος δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην. ὥστε κἂν λέγηται δι' ἀνθρώπου γενέσθαι ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν, ἀλλὰ νοοῦμεν ἄνθρωπον τὸν ἐκ θεοῦ γεγονότα λόγον, καὶ λελύσθαι δι' αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος· ἥξει δὲ κατὰ καιροὺς ὡς εἷς υἱὸς καὶ κύριος ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς,

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καθὰ γέγραπται. ἀναγκαίως δὲ καὶ ἐκεῖνο προσθήσομεν.

ζ.

Καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κύριον σάρκα θανάτου τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τουτέστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦντες, τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν *θυσίαν· προσίμεν τε οὕτω τοῖς μυστικοῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμεθα, μέτοχοι γινόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. καὶ οὐχ ὡς σάρκα κοινὴν δεξόμενοι· μὴ γένοιτο· οὔτε μὴν ὡς ἀνδρὸς ἡγιασμένου, καὶ συναφθέντος τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος· ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ λόγου. ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς θεὸς, ὅπερ γέγονεν ἐν τοῖς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν. ὥστε κἂν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα· οὐχ ὡς ἀνθρώπου * τὴν καθ' ἡμᾶς ἑνὸς καὶ αὐτὴν ἔχειν λογιούμεθα· πῶς γὰρ ἡ ἀνθρώπου σὰρξ ζωοποιὸς ἔσται κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτῆς; ἀλλ' ὡς ἰδίαν ἀληθῶς γνησίαν τοῦ δι' ἡμᾶς καὶ * υἱοῦ καὶ ἀνθρώπου γεγονότος τε καὶ κεκληθέντος.

η'.

Τὰς δέ γε ἐν τοῖς εὐαγγελίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν φωνὰς ὅτε ἐποιήσατο

& filius in patris gloria suo tempore venturus est, orbemque terrarum in iustitia, vt scriptum est, iudicaturus. *Ps. 97. v. 9.*

VII.

Quin illud quoque non possum hoc loco non adiicere: nempe, vnigeniti filii Dei, hoc est, Iesu Christi mortem, & ex mortuis resurrectionem annuntiantes, eiusdemque in cælum assumptionem confitentes, incruentum in ecclesia sacrificium nos celebrare, atque ad mysticas benedictiones accedere, & sanctificari; vtpote participes sacræ carnis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum saluatoris effectos. Neque enim illam vt carnem communem suscipimus: absit hoc: neque rursum tamquam viri cuiuspiam sanctificati, aut dignitatis vnitate Verbo consociati, aut diuinam inhabitationem sortiti; sed tamquam vere viuificam, ipsiusq; Verbi propriam. Nam cum vita sit vt Deus secundum naturam, posteaquam vnum quiddam cum ipsa sua carne effectum est, viuificandi virtutem illi contulit. Quãuis ergo ad nos dicat: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem*, &c. neutiquam tamen illam communem, hoc est, hominis cuiuspiam nostræ conditionis carnem esse existimare debemus: (quomodo enim hominis caro secundum suam ipsius naturam viuifica esse queat?) sed vere illius propriam, qui nostri causa filius quoque hominis & factus & appellatus est. *1. Cor. 11. v. 26.* *Ioan. 6. v. 53.*

VIII.

Porro autem voces, quibus Saluator noster de se loquens passim in euangeliis vtitur, illas duabus

subsistentiis aut personis nequaquam tribuimus. nam etsi ex duabus rebus, iisque diuersis in vnitatem quamdam inseparabilem coaluerit, vnus tamen & solus est Christus, non etiam geminus. Quemadmodum etiam homo, licet ex anima & corpore constituatur, non duo tamen, sed vnus tantum ex vtroque concretus est. Vnde recto animi sensu vtentes, vtrasque, hoc est, diuinas & humanas ad vnam tantum personam transferimus. Cum ergo vt Deus de seipso ait: *Qui videt me, videt & Patrem meum.* &: *Ego & Pater vnum sumus;* diuinam ineffabilemque illius naturam concipimus, secundum quam vnum est cum suo Patre propter eamdem quam cum ipso sortitur essentiã. *Hebr. 1. v. 3.* Est enim imago & character & splendor gloriæ illius. Quando vero humanæ naturæ infirmitatem non aspernatus, Iudæos hac *Ioan. 8. v. 40* oratione alloquitur: *Nunc quæritis me interficere hominem, qui veritatem dixi vobis;* æque iterum ac ante, ipsum Dei Verbum, quod in æqualitate & similitudine Patris consistit, per humanæ etiam suæ naturæ conditiones agnoscimus. Etenim si credere nos oportet, cũ suapte natura Deus esset, carnem, hoc est hominem anima rationali animatum effectum esse; quam obsecro excusationem afferre potest is, quem pudet earum vocum, quas ille in humanam naturam conuenientes deprompsit? Nam si reiiciat voces quæ in hominem congruunt, quis eum vt homo nostri similis fieret, coegit? Cum ergo nostri causa semetipsum in voluntariam exinanitionem demiserit, nulla apparet causa, cur sermones huic exinanitioni consen-

Ioan. 14. v. 9. *Ioan. 10. v. 30.*

δυσὶν, οὔτε μὴν προσώποις καταμερίζομεν. οὐδὲ γὰρ ἔστι διπλοῦς ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστὸς, κἂν ἐκ δύο νοῆται καὶ διαφόρων πραγμάτων εἰς ἑνότητα τὴν ἀμέριστον συνελθεμένων, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς νοεῖται καὶ σώματος, καὶ οὐ διπλοῦς μᾶλλον, ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν· ἀλλὰ τὰς μὲν ἀνθρωπίνας, καὶ πρὸς γε τοῦτο τὰς θείας, * ὡς ἑνὸς εἰρῆσθαι διακεισόμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς. ὅταν μὲν γὰρ θεοπρεπῶς λέγῃ πρὸς ἑαυτόν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ ἀπόῤῥητον σύνοσμεν φύσιν, καθ' ἣν καὶ σύ ἐστι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, εἰκών τε καὶ χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ. ὅταν δὲ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μεῖζον ἐκ ἀπομάζων, τοῖς Ἰουδαίοις προσλαλῇ· νῦν δέ με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα· πάλιν οὐδὲν ἧττον αὖ ἐν ἰσότητί τε καὶ ὁμοιότητι τῇ παρὰ θεὸν λόγον καὶ ἐκ τῆς τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μείζων ὀπτανώσκομεν. εἰ γὰρ ἔστιν ἀναγκαῖον τὸ πιστεύειν, ὅπ κατὰ φύσιν θεὸς ὢν γέγονε σαρξ, ἥντινα ἄνθρωπος ἔμψυχωμένος ψυχῇ λογικῇ, ποῖον ἂν ἔχοι λόγον τὸ ἐπαισχύνεσθαι ἴσα τοῖς παρ' αὐτοῦ φωναῖς, εἰ γένοιτο ἀνθρωποπρεπῶς; εἰ γὰρ παραιτοῖτο σὺ ἀνθρώπῳ πρέποντας λόγους, ὃς ὁ ἀναγκάσας γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον; ὁ δὲ καθεὶς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς εἰς ἑκούσιον κένωσιν, διὰ ποίαν αἰτίαν παραιτοῖτ' ἂν σὺ τῇ κενώσει πρέπον-

Anno Christi 430.

ANNO CHRISTI 431.

πρέποντας λόγους; ἑνὶ τοιγαροῦν προσώπῳ τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πάσας ἀναθετέον φωνὰς, ὑποστάσει μιᾷ τῇ τοῦ λόγου σεσαρκωμένῃ. κύριος γὰρ Ιησοῦς Χριστὸς εἷς κατὰ τὰς γραφάς.

θ'.

Εἰ δὲ δὴ καλοῖτο καὶ ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ὡς ἱερουργῶν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὴν πρὸς ἡμῶν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ προσκομιζομένην τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ μὴν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, πάλιν αὐτὸν εἶναι φαμὲν τὴν ἐκ θεοῦ κατὰ φύσιν υἱὸν μονογενῆ, καὶ οὐκ ἀνθρώπῳ προσνέμομεν παρ' αὐτὴν ἑτέρῳ τό τε τῆς ἱερωσύνης ὄνομα, * καὶ αὐτὸ δὲ χρῆμα· γέγονε γὰρ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, καὶ διαλλακτὴς εἰς εἰρήνην, ἑαυτὸν ἀναθεὶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρί. τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας. τότε εἶπον, ἰδοὺ ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ· τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου ὁ θεός. προσκεκόμικε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. ποίας γὰρ ἐδεήθη προσφορᾶς ἢ θυσίας ὑπὲρ ἑαυτοῦ, κρείττων ἁπάσης ὑπάρχων ἁμαρτίας ὡς θεός; εἰ γὰρ πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, καθὸ γεγόναμεν ἡμεῖς ἕτοιμοι πρὸς παραφορὰν, καὶ κατηρρώστησεν ἡ ἀνθρώπου φύσις τὴν ἁμαρτίαν· αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτω, καὶ ἡττώμεθα διὰ τοῦτο τῆς δόξης αὐτοῦ· πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἀμφίβολον, ὅτι τέθυται δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀληθινός; καὶ τὸ λέγειν δὲ, ὅτι προσκε-

* καὶ τὸ χρῆμα.

taneos repudiare debuerit. Omnes proinde voces quæ in euangeliis leguntur, vni tantum personæ, vnique Dei Verbi incarnati hypostasi tribuamus necesse est. *Vnus enim est Dominus Iesus Christus* secundum scripturas. 1. Cor. 8. v. 6.

IX.

Rursum licet apostolus, nostræque confessionis pontifex appelletur, tamquam qui fidei confessionem, quã ipsi & per ipsum Deo Patri & sancto quoque Spiritui litamus, Deo Patri offerat; hoc tamen nõ obstat, quo minus ipsum naturalem & vnigenitum Dei Patris Filium esse prædicemus. Neque enim sacerdotii nomen aut rem homini ab ipso diuerso adscribimus: quandoquidem vnus hic, dum Deo & Patri in odorem suauitatis seipsum offert, Dei & hominum mediator & pacificator effectus est. Atque huc tendit dum ait: *Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. holocautomata & pro peccato non tibi placuerunt. tunc dixi: Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam Deus.* Nostri enim, non sui causa corpus proprium in odorem suauitatis obtulit. Qua enim ille oblatione aut sacrificio pro seipso indigeret, qui omni peccato, vt Deus, superior existebat? Si enim omnes peccauerunt, & egent gloria Dei; quandoquidem facti sumus omnes ad lapsum propensi, peccandiq; morbo naturam subiectam circumferimus; ipse vero nequaquam (quare gloriam quoque illius non assequimur;) cui dubium esse potest, quin propter nos & pro nobis verus ille agnus immolatus sit? Quamobrẽ si quis dixerit, non pro nobis solum se

Hebr. 3.

Ephes. 5. v. 2.

1. Tim. 2. v. 5.

Hebr. 10. v. 5. ex ps. 39.

Rom. 3. v. 23

ipsum obtulisse, sed simul etiam pro seipso; ille impietatis crimen vitare nulla ratione potest. Constat enim nihil vnquam eum deliquisse, nec vllum vnquam peccatum designasse. Qua igitur indigebat oblatione, cum peccatum, cuius causa hostia iure merito offertur, nullum admisisset?

X.

Ceterum cum de Spiritu sancto ait: *Ille me clarificabit;* nisi errare velimus, Christũ Dei filium veluti gloriæ quæ aliunde proficiscitur, indigum, a Spiritu sancto glorificatum nequaquam dicemus: siquidem Spiritus illius neque illo melior, neque illo rursum sublimior est. Verum quod ad diuinitatis suæ significationem suo subinde Spiritu in insignium operum perpetratione vteretur, ob id se ab illo glorificari profitebatur: perinde ac si quis nostrum de sua fortitudine, aut cuiusuis rei scientia dicat: Mea me virtus aut scientia glorificabit. Nam etsi Spiritus in propria persona subsistat, eatenusq; in seipso consideretur, quatenus Spiritus est & non Filius; non est tamen ab eo alienus; quãdoquidem Spiritus veritatis nominatur, Christus autem veritas est; & perinde quoque ab illo, atque a Deo Patre procedit. Cum etiam Domino nostro ad cælum assumpto, Spiritus sanctus stupenda prodigia per sanctorum apostolorum manus ederet, illum glorificauit. Creditũ est enim (quod Deus secundum naturam esset) ipsum per Spiritum suum denuo operatum. Propterea quoque aiebat: *Quoniam de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Hoc tamen nõ ita accipiendum est, quasi Spiritus sanctus per quamdam parti-

Ioan. 16. v. 14.

Ioan. 16. v. 13.

Ioan. 14. v. 6.

Ioan. 16. v. 14.

κόμικεν ἑαυτὸν ὑπὲρ γε ἑαυτοῦ καὶ ἡμῶν, ἀμοιρήσειεν ἂν οὐδαμῶς τῶν εἰς δυσσέβειαν ἐγκλημάτων. πεπλημμέληκε γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον, οὔτε μὴν ἐποίησεν ἁμαρτίαν. * ποίας οὖν ἐδεήθη προσφορᾶς, ἁμαρτίας οὐκ οὔσης, ἐφ' ἧπερ ἂν γένοιτο καὶ μάλα εἰκότως;

ANNO CHRISTI 431.

* πῶς

ι'.

Οταν δὲ λέγῃ περὶ τοῦ πνεύματος ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· νοοῦντες ὀρθῶς, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεᾶ τῆς παρ' ἑτέρου φαμὲν τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ υἱὸν τὸν παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξαν ἑλεῖν, ὅτι μηδὲ κρεῖττον αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος * ἐκέχρηστο τῷ ἁγίῳ πνεύματι πρὸς μεγαλουργίαν, δεδοξάσθαι παρ' αὐτοῦ φησιν, ὥσπερ ἂν εἰ καί τις λέγοι τῶν καθ' ἡμᾶς περὶ τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ τυχὸν, ἢ γοῦν ἐπιστήμης τῆς ἐφ' ὁτῳοῦν, ὅτι δοξάσουσί με. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ υἱὸς, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια· καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός. ἐνεργῆσαν τοιγαροῦν τὸ πνεῦμα καὶ διὰ χειρὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ παράδοξα μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδόξασεν αὐτόν. ἐπιστεύθη γὰρ, ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, πάλιν αὐτὸς ἐνεργῶν διὰ τοῦ ἰδίου πνεύματος. διὰ τοῦτο καὶ ἔφασκεν· ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. καὶ οὔτι ποῦ φαμὲν, ὡς ἐκ μετοχῆς

* ἐχρῆτο τῷ ἰδίῳ πνεύματι.

ANNO CHRISTI 431.

τὸ πνεῦμά ἐστι σοφόν τε καὶ δυνατόν· παντέλειον γὰρ καὶ ἀπροσδεές ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ· ἐπεὶ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως καὶ σοφίας, τουτέστι τοῦ υἱοῦ, πνεῦμά ἐστιν, αὐτόχρημά ἐστι σοφία καὶ δύναμις.

ιά.

Καὶ ἐπεὶ θεὸν ἐνωθέντα σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡ ἁγία παρθένος ἐκτέτοκε σαρκικῶς, ταύτῃ τοι καὶ θεοτόκον εἶναί φαμεν αὐτὴν, οὐχ ὡς τῆς τοῦ λόγου φύσεως τὴν τῆς ὑπαρξέως ἀρχὴν ἐχούσης ἀπὸ σαρκός· ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν· καὶ αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητὴς, συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός· ἀλλ' ὡς ἤδη προείπομεν, ἐπεὶ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐκ μήτρας αὐτῆς γεννησιν ὑπέμεινε σαρκικὴν, οὐχ ὡς δεηθεὶς ἀναγκαίως, ἤτοι διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τῆς ἐν χρόνῳ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς γεννήσεως· ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὴν τῆς ὑπαρξέως ἡμῶν εὐλογήσῃ τὴν ἀρχὴν, καὶ τεκούσης γυναικὸς αὐτὸν ἑνωθέντα σαρκὶ, παύσηται λοιπὸν ἡ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἀρὰ, πέμπουσα πρὸς θάνατον τὰ ἐκ γῆς ἡμῶν σώματα· καὶ τὸ, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, δι' αὐτοῦ καταργούμενον, ἀληθὲς ἀποφήνῃ τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς· κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. καὶ πάλιν· ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας φαμὲν αὐτὸν οἰκονομικῶς καὶ αὐτὸν εὐλογῆσαι τὸν γάμον, καὶ ἀπελθεῖν κεκλημένον ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις. ταῦτα φρονεῖν

cipationem ſapiens aut potens ſit: eſt enim ille numeris omnibus perfectus, nulliuſque penitus indigus: verum quia potentiæ & ſapientiæ Patris, hoc eſt Filii, Spiritus eſt, hinc & ipſe quoque re ipſa potentia & ſapientia eſt.

XI.

Quia vero ſacra virgo Deum carni ſecundum hypoſtaſim vnitum corporaliter genuit, ob id illam quoque deiparam eſſe dicimus; non quod Dei verbi natura exiſtendi initium ex carne traxerit: (*erat enim in principio; & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum:* & ipſum ſæcula condidit, Patrique coæuum res omnes procreauit) ſed quia humana natura ſecundum hypoſtaſim ſibi vnita, corpoream, vt modo dicebamus, ex vtero natiuitatem expertum eſt: non quod propter naturam propriam temporali, ea videlicet quæ in nouiſſimis ſæculi temporibus accidit, natiuitate neceſſario indigeret; ſed quo noſtræ quoque ſubſtantiæ ortum ſua benedictione cumularet; maledictioque, quæ mortalia corpora noſtra in mortem præcipitabat, hoc ipſo in poſterum contra vniuerſum genus noſtrum ſæuire deſiſteret, quo illud carni vnitum ex muliere in lucem prodiiſſet; & illo tandem, *In dolore paries filios tuos*, per ipſum labefactato, verum eſſe oſtenderet quod prophetæ voce dictum fuerat: *Abſorpſit mors præualens*. & rurſum: *Abſtulit Deus omnem lacrymam ab omni facie.* Nam hac ipſa de cauſa ſimul cum ſanctis apoſtolis ad nuptias in Cana Galilææ vocatum, huc ſe contuliſſe, ſuaque benedictione eaſdem diſpenſatorie cohoneſtaſſe dicimus. Hæc tenere, hæc ſapere

Ioan. 1.

Gen. 3. v. 16.

Iſai. 25. v. 8.

Ioan. 2.

cum a ſanctis apoſtolis & euangeliſtis, tum ab vniuerſa quoque ſacra & diuina ſcriptura, tum ex veraci denique ſanctorum patrum confeſſione edocti ſumus. His omnibus & te quoque ſubſcribere, & citra omnem fucum ac dolum vna nobiſcum aſſentiri oportet. Quæ vero a tua reuerentia anathematis execratione condemnari neceſſe eſt, ea noſtræ huic epiſtolæ in hunc modum ſubiiciuntur.

ANATHEMATISMI.

I. Si quis non confitetur, Emmanuelem verum Deum eſſe, & ob id ſanctam virginem deiparam; (genuit enim illa incarnatum Dei Verbum ſecundum carnem) anathema ſit.

II. Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni ſecundum hypoſtaſim vnitum, & vnum vna cum ſua carne eſſe Chriſtũ, eumdem nimirum Deum ſimul & hominem; anathema ſit.

III. Si quis in vno Chriſto poſt vnionem diuidit hypoſtaſes, eaque dumtaxat coniunctione eaſdem inter ſe nectit, quæ eſt ſecundum dignitatem, hoc eſt, auctoritatem vel poteſtatem, & non ea potius quæ eſt ſecundum naturalem vnionem; anathema ſit.

IV. Si quis duabus perſonis vel hypoſtaſibus eas voces attribuit, quæ in euangelicis & apoſtolicis ſcripturis paſſim occurrunt, quæve tamquam a ſanctis de Chriſto, aut ab ipſo quoque Chriſto de ſeipſo dictæ ſunt; & alias quidem homini ſeorſum a Dei Verbo conſiderato adſcribit, alias vero tamquam in diuinam maieſtatem conuenientes, ſoli Verbo quod ex Deo Patre eſt, accommodat; anathema ſit.

V. Si quis dicere audet, Chri-

δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ πάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν μακαρίων πατέρων ἀληθοῦς ὁμολογίας. τούτοις ἅπασι καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν συναινέσαι χρὴ, καὶ συνθέσθαι δίχα * δόλου παντός. ἃ δέ ἐστιν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλάβειαν, ὑποτέτακται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ.

ANNO CHRISTI 431.

* λόγον

α΄. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Εμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον· γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ θεοῦ λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

β΄. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

γ΄. Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν * αὐθεντίᾳ ἢ δυναστείᾳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικήν· ἀνάθεμα ἔστω.

* αὐθεντίᾳ ἢ δυναστείᾳ.

δ΄. Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διανέμει φωνὰς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ θεοῦ λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

ε΄. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν θεοφόρον

ANNO CHRISTI 431.

ἄνθρωπον ⓦ Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, ὡς υἱὸν ἕνα καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος, καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

ϛ'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι τοῦ Χριστοῦ ⓦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ⓦ αὐ ⓦ ὁμολογεῖ θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ λόγου κατὰ τὰς γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ'. Εἴ τις φησὶν, ὡς ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ λόγου ⓦ Ιησοῦν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς* εὐδοξίαν περιῆφθαι, ὡς* ἕτερον παρ' αὐ ⓦ* ὑπάρχοντα· ἀνάθεμα ἔστω.

* ἐνεργείαν
* ἑτέρῳ
* ὑπάρχοντα,
* τολμᾷ

η'. Εἴ τις* τολμήσει λέγειν, ⓦ ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν* θεὸν, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ· τὸ γὰρ, Σὺν, ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει τιμᾷ ⓦ Εμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν ἀναπέμπει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

* θεῷ,

θ'. Εἴ τις φησὶ, ⓦ ἕνα κύριον Ιησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ δι' αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμά φησι, δι' οὗ καὶ ἐνήργηκε τὰς θεοσημείας· ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Αρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν

stum esse hominem deiferum, & non potius Deum verum, vtpote vnum naturalemque Filium; quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & sanguini perinde ac nos communicauit; anathema sit. *Hebr. 2.*

VI. Si quis Dei Patris Verbum, Christi Deum vel Dominum esse dixerit; neque post Verbum secundum scripturas incarnatum, vnum eumdemque Deum simul & hominem esse confessus fuerit; anathema sit.

VII. Si quis Iesum Christum vt hominem a Deo Verbo operante motum fuisse dixerit, & vnigeniti gloria fuisse circumdatum quasi alterum ab ipso; anathema sit.

VIII. Si quis hominem assumptum, vna cum ipso Dei Verbo adorandum, vna cum illo glorificandum, vna cum illo, tamquam alterum in altero existentem, Deum appellandum esse dicere ausus fuerit: (hunc enim intellectum particula, Cum, adiecta, perpetuo & necessario afferre cõsueuit) & non vna potius adoratione Emmanuelem honorat, vnamque illi glorificationem attribuit, quatenus Verbum factum est caro; anathema sit.

IX. Si quis vnum Dominum nostrum Iesum Christum a Spiritu sancto glorificatum asserit, tamquam aliena virtute vsum ea quæ per ipsum est; efficaciamque, qua contra immundos spiritus vteretur, & diuina inter homines miracula operaretur, ab ipso eodem accepisse prædicat, & non proprium illius esse ait Spiritum, per quem diuina signa edidit; anathema sit.

X. Christum Iesum nostræ confessionis pontificem & aposto- *Hebr. 3.*

lum extitisse, eumdemque semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo & Patri obtulisse, diuina scriptura commemorat. Si quis ergo dixerit, pontificem & apostolum nostrum non esse constitutum ipsum Dei Verbum, posteaquam caro & homo nobis similis factum est; sed hominem illum, qui ex muliere natus est, quasi alterum quempiam ab ipso diuersum: aut si quis Christum pro seipso quoque, & non potius pro nobis solis sacrificium obtulisse affirmauerit; (neque enim is oblatione opus habebat, qui nullum peccatum commiserat) anathema sit.

XI. Si quis ipsam Domini carnem viuificam, ipsiusque Verbi quod ex Patre est, propriam esse negauerit, sed alterius cuiuspiam ipsi Verbo secundum dignitatem tantum coniuncti, hoc est diuinam tantum inhabitationem sortiti, esse dixerit; neque vero potius viuificam confessus fuerit, vt modo meminimus, eo quod Verbi, quod omnia viuificare potest, facta sit propria; anathema sit.

XII. Si quis non confitetur, Dei Verbum secundum carnem passum, secundum carnem crucifixum, mortemque secundum carnem gustasse, & primogenitum tandem ex mortuis factum esse, quatenus videlicet vita est, & viuificum vt Deus; anathema sit.

ἡ θεία λέγει γραφὴ, προσκεκομικέναι τε ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρί. εἴ τις τοίνυν ἱερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγωνέναι φησὶν ἐκ αὐτὸν τὸν ἐκ θεοῦ λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω. Anno Christi 431.

ια'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνην θείαν* ἐνοίκησιν ἐσχηκότα· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωογονεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω. *al. οἰκείαν

ιβ'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν, καθὸ ζωή τέ ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς θεός· ἀνάθεμα ἔστω.

ANNO CHRISTI 431.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς τὸ κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως· ἐν ᾗ γράφει, ὥστε μὴ προσέχειν αὐτοῦ τῇ δυσσεβεῖ διδασκαλίᾳ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, μήτε μὴν κοινωνεῖν αὐτῷ, εἰ μένει λύκος ἀντὶ ποιμένος· ἀλλὰ μᾶλλον ἀνδρίζεσθαι ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν τηρεῖν ἀπαρακόμιστον. ἔτι τε γράφει καὶ κοινωνοὺς εἶναι τοῦ ἐκβληθέντας παρὰ Νεστορίου, ἀντειπόντας αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, Κύριλλος ἐπίσκοπος, καὶ ἡ συνελθοῦσα σύνοδος ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΨΕ μὲν καὶ μόλις ἤλθομεν ἐφ' ὅπερ ἦν ἄμεινον ἐν ἀρχαῖς ἐλθεῖν, τὸ φροντίδα θέσθαι φαμὲν τῆς ἁπάντων ὑμῶν σωτηρίας, καὶ τοῦ μὴ χρῆναι παθεῖν τὸν ἐπὶ τῇ πίστει θόρυβον. ἀπολογούμεθα δὲ ταῖς ἁπάντων ὑμῶν διὰ τοῦτο λύπαις. διετελέσαμεν γὰρ οὐκ ἀδακρυτὶ τὸν παρῳχηκότα καιρόν· προσεδοκῶμεν δὲ, ὅτι συμβουλαῖς καὶ παραινέσεσιν ἐκκλησιαστικαῖς, καὶ τοῖς παρὰ πάντων ὑμῶν ἐλέγχοις μεταστήσεται μὲν τῶν ἀπηχεστάτων ἑαυτοῦ δογμάτων ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Νεστόριος, τιμήσει δὲ μεθ' ἡμῶν τὴν πίστιν, τὴν παραδοθεῖσαν ταῖς ἐκκλησίαις παρά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ παρὰ παντὸς ἱερατικοῦ τάγματος,

CAPVT XXVII.

Eiusdem Cyrilli epistola ad clerum populumque Constantinopolitanum: in qua scribit, ne attendant impiæ doctrinæ Nestorii hæretici, neve ipsi communicent, si pro pastore manet lupus: sed magis viriliter agant in Domino, & suam fidem constantem seruent. præterea scribit, se communicare cum iis, qui a Nestorio eiecti sunt, quod eius doctrinæ contradixerint.

Dilectissimis ac desideratissimis fratribus, presbyteris, diaconis, populoque Constantinopolitano, Cyrillus episcopus, & Synodus quæ ex Aegyptiaca diœcesi Alexandriam conuenit, in Domino Sal.

SERIVS & vix tandem eo deuenimus, quo initio venire oportebat, nempe vt communis omnium vestrum salutis curam susciperemus, nec vos in re fidei tumultu quassari permitteremus. Ceterum vestris hisce querelis respondemus, nos præteritum tempus non absq; luctu & lacrymis exegisse, expectātes vt venerabilis episcopus Nestorius cum consiliis & admonitionibus ecclesiasticis, tum vestrum quoque omnium increpationibus permotus, a peruersis illis absurdisque suis dogmatibus recederet, fidēque a sanctis apostolis, & euangelicis scriptoribus, nec non ab vniuerso sacerdotum ordine eccle-

ſiis traditam, ſanctorumque prophetarum vocibus & oraculis, ne quid detrimenti capiat, obſignatam vna nobiſcum veneratus cõplecteretur. Quia vero partim ex his quæ publice apud vos pro concione proponere non ceſſat, partim rurſus ex editis ab illo exegeſibus, grauiter eum ſeductum, nec vulgari quoque perfidia & impietate irretitum comperimus; ad eam neceſſitatem adacti ſumus, vt ſynodicis literis teſtatum illi faceremus, quod niſi quam celerrime, hoc eſt, intra præfinitum a Cæleſtino ſanctiſſimo Romanæ eccleſiæ epiſcopo dierũ ſpatium, a doctrinæ ſuæ nouitatibus abſtinuerit, eaq; quæ apud vos docuit, ſuiſque libris qui apud nos etiam reperiuntur, inſeruit, vel inſeri ſane curauit, ſuo chirographo anathematizet; nullum conſortium, neque vllum in poſterum inter ſacerdotes Dei locum habiturum eſſe, ſed ab omnium ſocietate prorſus alienum fore.

Nemo autem hanc qualemcumque cunctationem vitio nobis vertat. Neque enim grege tam numeroſo, imo vero omnibus, quotquot vbiuis gentium verſantur, populis & eccleſiis perturbatis dormitauimus, ſed peritorum medicorũ induſtriam hac in parte imitati ſumus. Hi enim morbos & vulnera in humano corpore naſcentia non ſtatim igne aut ferro atrociter curant, ſed vulnere leuioribus primo medicamentis delinito, tempus præſtolantur vſtioni & ſectioni opportunum. Quamobrem viri eſtote in Chriſto, fideque quam ſemel accepiſtis, conſtanter ſeruata, Chriſto vni & ſoli & vero Dei Filio placere ſatagite; memores ſanctorum

καὶ ταῖς διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν φωναῖς εἰς τὸ ἔχειν ὀρθῶς κατεσφραγισμένην. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐξ ὧν παρ' ὑμῖν ἐπ' ἐκκλησίας λαλῶν οὐ παύεται, καὶ ἐκ τῶν ἐγγράφως ἐξηγήσεων αὐτοῦ πεπλανημένων εὑρίσκομεν, καὶ οὐ μετρίως δυσσεβοῦντα περὶ τὴν πίστιν· λοιπὸν ἀναγκαίως ἤλθομεν ἐπὶ τὸ χρῆναι διὰ συνοδικοῦ γράμματος αὐτῷ διαμαρτύρασθαι, ὡς εἰ μὴ ἀπόσχοιτο τὴν ταχίστην τῶν ἑαυτοῦ καινοτομιῶν, καὶ κατὰ τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπου Κελεστίνου, ἀναθεματίσει μὲν ἐγγράφως ἐκεῖνα, ἅπερ εἴρηκέ τε παρ' ὑμῖν, καὶ βίβλοις ἐνέθηκεν, ἢ γοῦν ἐντεθῆναι παρεσκεύασεν, αἳ καὶ παρ' ἡμῖν εἰσιν, οὐδένα κοινωνίας ἔχει τόπον πρὸς τοὺς ἱερέας τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἔσται πάντων ἀλλότριος.

Αἰτιάσθω δὲ μηδεὶς τὴν μέλλησιν· οὐ γὰρ ἐνυστάξαμεν θορυβουμένης οὕτω μεγάλης ἀγέλης, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἁπανταχόσε λαῶν καὶ ἐκκλησιῶν· ἐμιμησάμεθα δὲ τοὺς ἰατρικὴν ἔχοντας ἐμπειρίαν, οἳ τὰ ἐν τοῖς σώμασι γινόμενα τῶν παθῶν οὐκ εὐθὺς ταῖς διὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ὑποφέροισιν ἀνάγκαις, ἀλλ' ἠπίοις ἐν ἀρχαῖς φαρμάκοις καταμαλάσσοισι, περιμένοντες τὸν ταῖς τομαῖς πρέποντα καιρόν. ἀνδρίζεσθε τοίνυν ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν τηροῦντες ἀπαρακόμιστον, εὐαρεστεῖν σπουδάζετε τῷ Χριστῷ, τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ καὶ ἀληθῶς υἱῷ τοῦ θεοῦ· μεμνημένοι καὶ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

τέρων, τῶν ἱερατευσάντων ὀρθῶς καὶ ἁγίως παρ' ὑμῖν, οἳ καὶ ἔτι περιόντες θεοτόκον ὠνόμαζον τὴν ἁγίαν παρθένον. τέτοκε γὰρ τῶν Εμμανουὴλ, ὅς ἐστι θεὸς ἀληθῶς. γέγονε δὲ σὰρξ ὁ λόγος, καὶ γεγέννηται σαρκικῶς ἐκ γυναικὸς, ἵν' ἡμεῖς εὑρεθῶμεν ἀδελφοὶ τοῦ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. ἐκήρυσσον δὲ οὐ δύο παρ' ὑμῖν Χριστοὺς, ἀλλ' ἕνα, τὸν αὐτὸν θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· οὐ συναφείᾳ ψιλῇ, καὶ ὡς ἐν ἰσότητι μόνῃ τῶν ἀξιωμάτων συνημμένον ἄνθρωπον θεῷ. ταῦτα γὰρ ἐκείνου τὰ ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ καὶ γραώδη δόγματα. τὸν αὐτὸν δὲ καὶ παθεῖν ἔφασκον σαρκικῶς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν θάνατον, καὶ ἀναστῆναι θεϊκῶς πατήσαντα τὸ τοῦ θανάτου κράτος, ἥξειν τε ἔφασκον τῶν ὅλων κριτήν. ταύτην ἐν ἑαυτοῖς ἀναζωπυροῦντες ἀεὶ τὴν πίστιν, ἀσπίλους καὶ ἀμώμους ἑαυτοὺς τηρήσατε, μήτε κοινωνοῦντες τῷ μνημονευθέντι, μήτε μὴν ὡς διδασκάλῳ προσέχοντες, εἰ μένει λύκος ἀντὶ ποιμένος, καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν ὑπόμνησιν τὴν πρὸς αὐτὸν γενομένην, φρονεῖν ἕλοιτο τὰ διεστραμμένα. τοῖς δέ γε τῶν κληρικῶν, ἤτοι λαϊκῶν διὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν κεχωρισμένοις, ἢ καθαιρεθεῖσι παρ' αὐτοῦ, κοινωνοῦμεν ἡμεῖς, οὐ τὴν ἐκείνου κυροῦντες ἄδικον ψῆφον, ἐπαινοῦντες δὲ μᾶλλον τοὺς πεπονθότας, κἀκεῖνο λέγοντες αὐτοῖς· εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν κυρίῳ, μακάριοι· ὅτι τὸ τῆς δυνάμεως καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα εἰς ὑμᾶς ἀναπέπαυται.

patrum nostrorum, qui sancte inculpateque sacerdotio apud vos functi sunt, quique dum viuerent, sacram virginem deiparam nominabant. Peperit enim illa Emmanuelem, qui verus est Deus. Verbum namque caro factum est; & quo eius nos fratres euaderemus, qui est super omnem creaturam, ex muliere secundum carnem natus est. Prædicabant autem illi apud vos non duos Christos, sed vnum tantum; eumdem nimirum Deum verum, & hominem rursus secundum carnem ex muliere ortum: non hominem nudum, illa tantum copula Deo coniunctum, quæ in sola dignitatis, vel auctoritatis æqualitate cernitur; (hæc enim frigida, & inutilia, & anilia Nestorii sunt dogmata.) Addebãt his, illum ipsum mortem nostri causa secundum carnem perpessum, mortisq; imperio diuina virtute proculcato, ex mortuis denuo resurrexisse, vniuersorum tãdem iudicem olim venturum esse. Hanc in vobis fidem identidem exsuscitantes, immaculatos & inculpatos vos conseruate, nullum prorsus commercium cum memorato Nestorio habẽtes, nec aures illi accommodantes, si pro pastore lupus esse perrexerit, & post hanc nostram admonitionem ad illum destinatam, peruersa sapere non destiterit. Denique cum iis clericis & popularibus quoque, qui propter rectam fidem ab illo excommunicati, vel gradu moti sunt, nos libere communicamus, iniustam illius sententiam minime approbantes, sed eos potius qui ista perpessi sunt, commendantes, illudque eis dicentes: Beati estis, si propter Dominum exprobramini; quoniam virtutis & Dei spiritus super vos requiescit.

Ioan. 1.

Galat. 4.

CAPVT XXVIII.

Eiusdem Cyrilli, Synodique cum eo collectæ, ad monachos Constantinopolitanos epistola.

Religiosissimis piissimisque monasteriorum patribus, qui sunt Constantinopoli, Cyrillus & sancta Synodus Alexandriæ congregata, in Domino Sal.

PIETATIS vestræ zelum, quem pro Christo publice in orthodoxorum ecclesia blasphemiis appetito declarastis, plene didicimus, summisque laudibus, vt æquum erat, dilectionem vestram in Christum & eius nomen extulimus. At nos interim in lacrymis luctuque iacentes, Christum vniuersorum saluatorē obtestamur, vt vel nunc tandem dissipatis diaboli laqueis, ecclesiarum scandala præscindat, maledictisq; gloriam illius insectātes compescat. Quia vero longanimis est, pœnitentiæ tempus abūde satis Nestorio hucusque concessit, omnibus interea conticentibus, magnoque desiderio expectantibus, vt profana illa vocum nouitate relicta, quæ recta ac decentia, diuinisque scripturis consentanea sunt, nobiscum saperet; fidemq; per sanctos apostolos & euangelistas, qui germani mysteriorum Christi dispensatores extiterunt, mandatumque vt euangelium illius vniuerso terrarum orbi annuntiarēt, habuerunt, iam inde ab initio traditam susciperet. At quia in iisdē erroribus perseuerat, blasphemiasque blasphe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Τοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτῆς συνόδου, πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναχούς.

Τοῖς εὐλαβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις πατράσι μοναστηρίων, τοῖς κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, Κύριλλος καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν συναχθεῖσα ἁγία σύνοδος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΗΣ θεοσεβείας ὑμῶν τὸν ζῆλον, ὃν ἐν Χριστῷ πεποίησθε βλασφημουμένῳ, καὶ τοῦτο ἐν ἐκκλησίᾳ τῇ τῶν ὀρθοδόξων, μεμαθήκαμεν ἀκριβῶς· καὶ σφόδρα μὲν ἐπηνέσαμεν τῆς εὐνοίας ὑμᾶς τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ ἀγάπης τῆς εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. κλαίοντες δὲ διατελοῦμεν, καὶ παρακαλοῦντες τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, νῦν θραῦσαι τὸν τοῦ διαβόλου παγίδα, καὶ περιελεῖν τῶν ἐκκλησιῶν τὸ σκάνδαλον, καὶ παῦσαι τὰς κατὰ τῆς δόξης αὐτοῦ δυσφημίας. ἐπεὶ δέ ἐστι μακρόθυμος, καιρὸν μεταγνώσεως ἐπεδαψιλεύσατο τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Νεστορίῳ, σιωπώντων πάντων τέως ἐπ' αὐτῷ, καὶ περιμενόντων, ὅπερ ἦν ἅπασι δι' εὐχῆς, τὸ μεταστῆναι μὲν αὐτὸν τῆς βεβήλου καινοφωνίας, φρονῆσαι δὲ μεθ' ἡμῶν τὰ ὀρθὰ καὶ εἰκότα, καὶ ταῖς θεοπνεύστοις συμβαίνοντα γραφαῖς, ἑλέσθαι τε τὴν πίστιν τὴν παραδοθεῖσαν ἄνωθεν ταῖς ἐκκλησίαις παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, οἳ καὶ γεγόνασιν οἰκονόμοι γνήσιοι τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ ἱερουργεῖν ἐτάχθησαν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανόν. ἐπεὶ δὲ μεμένηκεν ἐν τοῖς αὐτοῖς, τάχα δή που καὶ ἐν χείροσι γέγονε, προστιθεὶς ἀεὶ δυσφημίας ἐπὶ

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

δυσφημίαις, καὶ ξένα καὶ ἀλλότρια παντελῶς ἐξηγούμενος δόγματα, ἃ μὴ οἶδεν ὅλως ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία· ἐδικαιώσαμεν * ὑπομνησθέντα τρίτῳ γράμματι, τούτῳ δὴ τῷ πεμφθέντι παρά τε ἡμῶν, καὶ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου, τοῦ τῆς μεγάλης Ρώμης ἐπισκόπου·

* ὑπομνησθέντος

Εἰ μὲν ἕλοιτο μετανοῆσαι, καὶ ἐφ' οἷς εἴρηκε δακρύσας, ἀναθεματίσαι μὲν ἐγγράφως τὰ διεστραμμένα ἑαυτοῦ δόγματα, ὁμολογῆσαι δὲ ὀρθῶς καὶ ἀνεπιλήπτως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὴν πίστιν, μένειν αὐτὸν, συγγνώμην αἰτοῦντα, καὶ ἃ δεῖ μανθάνοντα· εἰ δὲ μὴ ἕλοιτο ταῦτα πρᾶξαι, ἀλλότριον αὐτῶν εἶναι καὶ ξένον τοῦ χοροῦ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος. οὐ γὰρ ἔστιν ἀκίνδυνον ἐν εἴδει ποιμένος λύκον ἐπαφεῖναι δεινὸν τοῖς τοῦ σωτῆρος ποιμνίοις. ἀνδρίζεσθε τοίνυν ὡς δοῦλοι * Χριστοῦ, καὶ φροντίσατε τῶν ἰδίων ψυχῶν, πάντα πράττοντες ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅπως ἂν ἡ εἰς αὐτὸν πίστις ὀρθὴ καὶ ἀκαταίτιος κηρύττηται πανταχοῦ. τοῦτο γὰρ ὑμᾶς καὶ τῶν μετὰ ταῦτα κινδύνων ἀπαλλάξει, καὶ ἐπὶ τοῦ θείου βήματος στεφάνων ἀξιωθῆναι παρασκευάσει, τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης ἕνεκα σύμπαντας ἀποδεχομένου τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. ἀσπάσασθε ἀλλήλοις ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι.

* θεοῦ,

miis cumulans, ad deteriora subinde gradum facit, & peregrina alienaque dogmata, quæ sancta Dei ecclesia nunquam agnouit, proponere nõ desinit; æquum esse existimauimus vel ternis literis illum commonefacere: quibus illæ quoq; accedunt, quæ iam vna cum nostris postremis, a sanctissimo piissimoque fratre & comministro nostro Cælestino magnæ vrbis Romæ episcopo missæ sunt.

Summa autem admonitionis hæc est; si quidem resipiscere, & ea quæ dixit, lacrymis diluere, ac dogmata quæ falsa proposuit, scripto anathemate condemnare; & rectam tandem inculpatamq; catholicæ ecclesiæ fidem voluerit agnoscere; fore vt veniam, si tamen eam petat, & quæ oportet doceri se sinat, promereatur. Sin vero ea facere recusarit, ab episcoporum cœtu, nec non a magisterii dignitate se prorsus alienum extorremque esse intelligat. Neque enim tutum est, lupum Christi gregibus infestum, sub pastoris specie admittere. Viri itaque estote, &, vt seruos Dei decet, animarum vestrarum curam suscipite; tum pro Christi gloria, & vt fides quæ in ipsum est, recta & sincera vbique locorum annuntietur, nihil non tentate. Hoc enim vos & a futuris periculis liberabit, & coram diuino tribunali corona dignos efficiet, Christo omnium nostrum saluatore propter vestram erga illum dilectionem laudante omnes & remunerante. *Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos fratres qui mecum sunt.* Opto vos in Christo valere, dilecti & desideratissimi fratres.

Rom. 16. v. 16.

Anno Christi 431.

CAPVT XXIX.

Insani Nestorii anathematismi, Cyrilli anathematismis oppositi.

I.

SI quis eum qui est Emmanuel, Deum verum esse dixerit, & non potius nobiscum Deum; hoc est, inhabitasse eam quæ secundum nos est, naturam, per id quod vnitus est nostræ, quam de Maria virgine susceperit: matrem etiam Dei Verbi, & non potius eius, qui Emmanuel est, nuncupauerit; ipsumque Dei Verbum in carnem versum esse, quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, vt habitu inueniretur vt homo; anathema sit.

II.

Si quis in Verbi Dei coniunctione, quæ ad carnem facta est, de loco in locum mutationem diuina sententia dixerit esse factam; eiusque diuinæ naturæ carnem capacem dixerit, ac partialiter vnitam carni; aut iterum in infinitum incircumscriptæ naturæ, cum extenderent carnem, accipiendum Deum; eumdemque ipsum natura & Deum dicat & hominem; anathema sit.

III.

Si quis non secundum coniunctionem vnum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuel secundum naturam; ex vtraque etiam substantia, tam Dei Verbi, quam etiam ab eo hominis susceptí, in vna Filii connexione, quam etiam nunc inconfuse seruamus, minime confitetur; anathema sit.

IV

Si quis eas voces, quæ tam in euangelicis, quam in epistolis apostolicis de Christo, qui est ex vtraque, scripta sunt, accipiat tamquam de vna natura; ipsique Dei Verbo tentat passiones tribuere, tam secundum carnem, quam etiam deitatem; anathema sit.

V.

Si quis vnum esse post assumptionem hominis naturaliter Dei Filium audet dicere, cum sit Emmanuel; anathema sit.

ANNO CHRISTI 431.

VI.

Si quis post incarnationem Deum Verbum alterum quempiam præter Christum nominauerit; serui sane formam initium non habere cum Deo Verbo, & increatam, vt ipse est, dicere tentauerit, & non magis ab ipso creatam confiteatur, quam natura Dominum & creatorem & Deum, quam & suscitare propria virtute promisit: *Soluite*, dicens, *templum hoc, & in triduo suscitabo illud*; anathema sit. *Ioan. 2.*

VII.

Si quis hominem, qui in Virgine creatus est, hunc esse vnigenitum dixerit qui ex vtero Patris ante Luciferum natus est, & non magis propter vnitionem eum, qui est naturaliter vnigenitus, Patris ingeniti appellatione confitetur participem factum; Iesum quoque alterum quempiam præter Emmanuelem dicat; anathema sit. *Psal. 109.*

VIII.

Si quis serui formam pro seipso, hoc est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & non omnium dominam; & non potius per societatem, qua beatæ, & ex se naturaliter Domini vnigeniti naturæ coniuncta est, veneratur; anathema sit.

IX.

Si quis formam serui consubstantialem esse dixerit Spiritui sancto, & non potius per illius mediationem, quæ est ad Deum Verbum, & ex ipsa conceptione habuisse dixerit coniunctionem, per quas communes nonnunquam in homines miranda curatione exercuit, & ex hoc curandorum spirituum eueniebat esse potestatem; anathema sit.

X.

Si quis illum in principio Verbum, pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse apostolum dixerit, oblationemque secundum eamdem rationem ei tribuat, qui vniuit; si quis vnitus ad vnam communitatem filii, hoc est, Deo quæ Dei, & homini quæ sunt hominis deputans; anathema sit. *Hebr. 3.*

XI.

Si quis vnitam carnem, ex naturæ propriæ possibilitate

viuificatricem esse dixerit, ipso Domino & Deo pronun- ANNO CHRISTI 431.
Ioan.6.v.63 tiante: *Spiritus est qui viuificat, caro nihil prodest*: anathema
Ioan.4.v.24 sit. *Spiritus est Deus*, at non pronuntiatum est. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo & specialiter custodit, & maxime in Domino Christo post resurrectionem
Luc.24. v.39. suam discipulis suis dicente: *Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere:* anathema sit.

XII.

Si quis confitens passiones carnis, eas quoque tamquam Verbo Dei tribuit, quas etiam carni, in qua factus est, adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum; anathema sit.

CAPVT XXX.

Basilii diaconi, reliquorumque monachorum supplicatio.

Piissimis & honoratissimis, Deoque & hominibus dilectis, Christianis imperatoribus, Flauiis Theodosio & Valentiniano, Basilii diaconi & archimandritæ, & Thalassii lectoris & monachi, reliquorumque Christianorum monachorum supplicatio, seu exhortatio.

I.

IMMENSA Dei benignitas & clementia, quæ mortalium genus suis donis & bonis nunquam cumulare desinit, in omnibus & super omnia conspicua est. Porro autem inter alia Dei beneficia nõ immerito censenda est veritatis cognitio, & odium falsæ cognitionis: quo nimirum explorata perspectaque habeamus fidei mysteria, iam inde ab initio a sanctis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Δέησις Βασιλείου διακόνου καὶ λοιπῶν μοναχῶν.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ ἐμπρεπεστάτοις, καὶ φιλανθρώποις θεῷ καὶ ἀνθρώποις, χριστιανοῖς βασιλεῦσι, * Φλαυίοις Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, δέησις, εἴτουν παράκλησις παρὰ Βασιλείου διακόνου καὶ ἀρχιμανδρίτου, καὶ Θαλασσίου ἀναγνώστου καὶ μοναζόντων, καὶ λοιπῶν χριστιανῶν μοναχῶν. * Φλαβ.

α'.

Η ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑ τοῦ θεοῦ, καὶ * ἀναριθμήτων παρὰ ἀνθρώποις καλῶν μετοισίαν δωρησαμένη τε καὶ δωρουμένη τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἐν πᾶσι, καὶ ὑπὲρ πάσιν ὄντων. ἐν τούτοις δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ θεοῦ δώροις ἔνεστιν ἡ ἀληθινὴ γνῶσις, καὶ τὸ μῖσος τῆς ψευδωνύμου γνώσεως· ὥστε εἰδέναι ἡμᾶς τὰ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῆς * ἀναρίθμητα

ANNO CHRISTI 431.

ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων, καὶ ὁμολογητῶν, καὶ ἐπισκόπων ἁγίων, συνεργούντων καὶ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, παραδοθεῖσαν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ πίστιν· πρῶτον μὲν ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, τοῦ πρωτοστάτου, εἰπόντος, καὶ ἀποκαλύψει καὶ γνώσει καὶ ὁμολογίᾳ καὶ παραδόσει τοῖς μὴ πάλαι· ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· Ἰακώβου ἀποστόλου καὶ ἀρχιεπισκόπου, Ἰωάννου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ, καὶ λοιπῶν εὐαγγελιστῶν, μάρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, καὶ πάντων τῶν πεπιστευκότων καὶ πιστευόντων τῇ ὁμοουσίῳ τριάδι· Εἰρηναίου, Γρηγορίου τοῦ μεγάλου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας· τῶν ἁγίας συνόδου τῶν ρπ'. ἐπισκόπων, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθείσης κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὅπως καθεῖλεν αὐτὸν διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὸν Χριστὸν φύσει θεὸν, καὶ υἱὸν θεοῦ πατρός· τῶν ἐν Νικαίᾳ μεγάλης καὶ ἁγίας συνόδου τῶν τιή'. ἐπισκόπων, τῆς βεβαιωσάσης τὸν ὅρον τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ· Βασιλείου καὶ Γρηγορίου ἀδελφῶν ἐπισκόπων, Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἐφρὰμ τοῦ Σύρου, Γρηγορίου ἐπισκόπου, Ἀμμωνος ἐπισκόπου, Οὐϊταλίου ἐπισκόπου, Ἀμφιλοχίου, Παύλου, Ἀντιόχου, Εὐσταθίου, Μεθοδίου, Ὀπτίμου, Λεπορίου, Ἀμβροσίου Μεδιολανῶν· ὅλης τῆς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδου· Ἰωάννου, Σευηριανοῦ, Ἀττικοῦ ἐπισκόπου, Κυρίλλου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ νῦν ζῶντος, καὶ τῷ νόμῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐξακολουθοῦντος. οὐδεὶς μὲν οὖν ἂν θεσπίσαι δύναιτο πάντας τοὺς πιστοὺς ἐξαριθμήσασθαι, τοὺς πιστεύσαντας καὶ πιστεύοντας εἰς Χρι-

apostolis, martyribus, confessoribus & episcopis, conspirantibus ad id quoque religiosissimis principibus, catholicæ ecclesiæ tradita: & primo quidem ab apostolorum principe Petro, secundum cognitionem quam diuinitus perceperat, hanc palam confitente, posteritatique tradente: *Tu es Christus filius Dei viui:* a Iacobo apostolo & archiepiscopo, Ioanne apostolo & euangelista, reliquisque euangelistis, martyribus, confessoribus, episcopis, atque ab omnibus, qui consubstantiali trinitati crediderunt, & credunt; ab Irenæo, Gregorio magno Neocæsareæ episcopo; a sancta Synodo Antiochiæ contra Paulum Samosatenum congregata, quæ centum octoginta numero patres cõplexa, illum propter suam impietatem (negabat enim Christum natura esse Deum, & Dei Patris filium) exauctorauit; a magna & sancta trecẽtorum decem & octo episcoporum Synodo apud Nicæam habita, quæ sententiam eorum qui Antiochiæ contra Paulum Samosatenum conuenerant, confirmauit & approbauit; a Basilio & Gregorio episcopis & fratribus, Athanasio ecclesiæ Alexandrinæ episcopo, Ephræm Syro, Gregorio episcopo, Ammone episcopo, Vitalio episcopo, Amphilochio, Paulo, Antiocho, Eustathio, Methodio, Optimo, Leporio, Ambrosio Mediolanẽsium episcopo; ab vniuersa Synodo Africana, Ioanne, Seueriano, Attico episcopo, Cyrillo Alexandriæ episcopo, qui etiamnum superstes nostræ pietatis legem obseruat. Denique nullus hominum facile enumerauerit omnes fideles, qui crediderunt & credunt in Chri-

Matth. 16. v. 16.

ſtum Dei filium, quod verus ſit Deus. Neque enim, poſteaquam noſtri cauſa homo factus eſt, id quod erat, hoc eſt, Deus eſſe non deſinens (quemadmodum & veſtra quoque pietas non ignorat) idcirco negabimus quod erat. Sed nos credimus, & profitemur, & prædicamus, Deum Verbum, vnigenitumque Dei Filium, qui ſæcula omnia antecedebat, propter ſuam erga nos benignitatem, immenſamque bonitatem, hominem perfectum, nobiſq; per omnia ſimilem (peccato tantum excepto) effectum eſſe; id ipſum quod erat, non amittens, modo quem ſolus ipſe nouit, ex ſancta virgine Maria pro ſalute humani generis natum eſſe.

II.

Ob hoc verum dogma in ſanctiſſima Dei eccleſia ſincere prædicatum, Paulumque hæreticum iure optimo eiectum, facta ſunt ſchiſmata populorum, perturbatio ſacerdotum, & paſtorum tumultuatio. Quin & hoc ipſo quoque tempore quidam e reuerendiſſimorum ſacerdotum numero Neſtorium, qui obtinet epiſcopatus huius ſedem (ſi tamen epiſcopum vocare fas eſt) eo quod Chriſtum natura verum Deum, ſanctã vero virginem deiparam eſſe obſtinata animi contentione negare pergat, in publico conſeſſu coram non infrequenter corripuerunt, & ab eiuſdem communione deſciuerunt, & in hodiernum vſque diem deſciſcunt; nonnulli clanculum ab illius conſortio ſe ſubduxerunt: alii ex religioſiſſimis preſbyteris, quoniam in hac ſancta eccleſia Irene maritima contra repullulans prauum dogma inuehebantur, dicendi facul-

ςὸν τῶν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ὅτι ὄντως ἀληθινὸς θεός ἐστιν. οὐ γὰρ, ἐπεὶ δι' ἡμᾶς ἐγένετο ἄνθρωπος, μείνας ὁ ἦν θεὸς, ὡς καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια διέμαθεν, ἤδη καὶ τὸ, ἦν, ἀρνησόμεθα. ἀλλὰ ἡμεῖς πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν, καὶ κηρύττομεν, ὅτι ὁ πρὸ τῶν αἰώνων θεὸς λόγος, ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ ὑπάρχων, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν τὴν πρὸς ἡμᾶς οὖσαν, γέγονεν ἄνθρωπος τέλειος, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, μείνας ὁ ἦν, θεὸς, διὰ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν σωτηρίαν γεννηθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας, ὡς αὐτὸς οἶδε.

Anno Christi 431.

β'.

Τούτου ἕνεκα τοῦ * ἀληθοῦς δόγματος, τοῦ ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ * ἀκριβῶς κηρυττομένου, καὶ τοῦ αἱρετικοῦ Παύλου δικαίως ἐξωσθέντος, ἐγένοντο σχίσματα λαῶν, ἀκαταστασίαι ἱερέων, ταραχὴ ποιμένων. ὅθεν καὶ νῦν κατὰ πρόσωπον τοῦ ἐγχειρισθέντος τῶν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνων Νεστορίου· εἰ δεῖ εἰπεῖν ἐπίσκοπον· ἐν τῷ συνεδρίῳ πολλάκις τινὲς τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων ἤλεγξαν αὐτὸν, καὶ διὰ τὴν ἀπείθειαν αὐτοῦ, τὸ μὴ λέγειν θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ θεὸν ὄντα φύσει ἀληθινὸν τῶν Χριστὸν, τῆς αὐτοῦ κοινωνίας ἑαυτοὺς ἐξέβαλον, καὶ κατέχουσιν ἕως ἄρτι· τινὲς δὲ λάθρα ὁμοίως τῆς αὐτοῦ κοινωνίας στέλλονται. ἄλλοι δὲ τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, διὰ τὸ λέγειν ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ ἐκκλησίᾳ, Εἰρήνῃ τῇ παραθαλασσίᾳ, κατὰ τοῦ ἀνανεωθέντος κακῶς δόγματος, τοῦ λέγειν ἐκωλύ-

ANNO CHRISTI 431.

ἐκωλύθησαν. ὅθεν ἐπεβόα ὁ λαὸς, ζητῶν τῆς ὀρθοδοξίας σωτήριον διδασκαλίαν, λέγων· βασιλέα ἔχομεν, ἐπίσκοπον οὐκ ἔχομεν. καὶ τέως μὲν *ἀνεκδίκητον ἔμεινε τὸ τοῦ λαοῦ πάθος, τοῦ συλληφθέντος ἐκ μέρους παρὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ ἐν τῷ δικανικῷ τυπτηθέντος διαφόρως ἐν πόλει βασιλευούσῃ· ἃ οὔτε ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς βαρβαρικοῖς ἐγένετο. τινὲς καὶ πρόσωπον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ λαοῦ ἤλεγξαν, καὶ θλίψιν οὐ μικρὰν ὑπέμειναν. τῶν δὲ ἀφελεστέρων τις μοναζόντων ἰδιαγκάθη καὶ ζῆλον, μέσῃ μέσον τῆς ἐκκλησίας, ⟨T⟩ κήρυκα τῆς ἀνομίας ἐπαχθῆ τὸ μὴ εἰσελθεῖν, σωτηρίας οὔσης, αἱρετικοῦ ἀνδρὸς ὄντος. τὸν δὲ τυπήσας, τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἐπάρχοις προέδωκεν. ἐπὶ δὲ τυπηθέντα, καὶ πομπευθέντα δημοσίᾳ, τοῦ κήρυκος βοῶντος ἔμπροσθεν ἀνδρὸς, τῇ ὀξυρείᾳ παρέπεμψεν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, μηκέτι ἀθέμιτον ἀνδρὸς ὁμιλίαν, ⟨Φ⟩ τῆς φατείας ἀνδρὸς τοῦ κατέχοντος, φόνου ἔμελλον ποιεῖν, εἰ μὴ ἡ τοῦ θεοῦ βοήθεια κατέλαβε.

*Gr. ἐν ἀθεσπίστῳ

γ'.

Τὰ περὶ ἡμῶν δύσκολά ἐστι πάντα πολλοῖς τοῖς ἀκούουσι. καὶ γὰρ κέλευσιν ἀνδρὸς καὶ προτροπῇ ἀνήλθομεν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ πληροφορηθῆναι, εἰ καθὼς ἐνοήσαμεν, ἃ περὶ ἀνδρὸς ἠκούσαμεν, ἔστιν, ἢ οὔ. καὶ εἰς ὑπόθεσιν δεύτερον καὶ τρίτον ἡμᾶς ἔβαλε· καὶ τότε μόλις ἐπέλυσεν ἡμῖν εἰπεῖν, τί ἐστιν ὃ βουλόμεθα. ὡς δὲ ἤκουσε πρὸς

tate priuati sunt. Vnde accidit, vt populus vsitatam fidei prædicationem requirens, publice inclamaret: Imperatorem habemus, episcopum non habemus. Verum hic populi conatus non mansit impunis. Pars namque a ministris comprehensa, atque ad tribunal abstracta, tali immanitate diuerberata exceptaq; est in regia ciuitate, qualis ne apud barbaras quidem nationes quandoque vsitata fuit. Non defuerunt qui populo præsente & audiente in sanctissima ecclesia coram illi reclamarent; sed non citra grauissima incommoda, quæ ea de causa pertulerunt. Denique simplex quidam monachus, zelo vehementi instigatus, in medium ecclesiæ progressus, cum synaxis celebraretur, impietatis præconem, quod hæreticus esset, ab ingressu prohibere conatus est. Sed hunc ille cæsum magnificis præsidibus tradidit; flagrisque denuo dissectum, & publice cæsum, præcone non absque clamore præeunte, in exilium expulit. Neq; tragœdia hæc hisce finibus constitit. Etenim qui partes sequuntur omnia per vim agentis, post impiam illius concionem, nisi Deus prohibuisset, in ipsamet sacrosancta Dei ecclesia cædem edituri erant.

III.

Porro autem iis quæ ab illo perpessi sumus, multi fortasse fidem non habebunt. Etenim quo perfecte edoceremur, verane ea essent, an falsa, quæ de eo acceperamus, in episcopale palatium illius iussu hortatuque conscendimus. Semel autem atq; iterum in aliud tempus reiecti, vix tandem prodiens: Quæ, inquit, vultis, ea paucis exponite. Posteaquam vero ex

nobis audiuit, quæ docuerat; scilicet, Mariam nihil aliud peperisse quam hominem sibi coessentialem; nihil rursum ex carne nasci posse, nisi carnem; ea rectæ fidei consentanea non esse, statim nos capi iussit: inde cædente nos turba satellitum, ad tribunal abducimur, ibidemque veluti nequã scelerati, denudamur, denudatique & vincti indignis modis ad palum, & strati vapulamus, calcibusque impetimur. Denique eiusmodi nos in ecclesia iniuste ab iniusto illo perpessi sumus, quæ ne infimæ quidem sortis homines experiuntur in foro ciuili, non dico clerici, & monachi, & archimandritæ. Ceterum diu multumque ibi diuexati, fameque tabescentes, sub custodia non modico tempore fuimus asseruati. Neque illius furiæ his contentæ conquieuerunt; verum per quamdam imposturam magnificentissimo celeberrimæ ciuitatis huius præfecto traditi sumus. Ferroque onusti ad carcerem abstrahimur: hinc iterum extracti, catenisque vt ante impediti, prætorio sistimur. Cumque ibidem nullus plane qui nos accusaret, præsto foret, rursum ad reorum locum a satellitibus reducimur; hucque reducti, denuo ab illo in faciem cædimur. Denique composita oratione per fraudem assensus est, vt postea patuit, de naturali Dei Filio, quod natus sit de sancta Maria deipara: addens quoniam est etiam alius filius. atque in hunc modum tandem nos dimisit.

IV.

Quamobrem iterum atque iterum immortalem piissimamque fidem vestram obtestamur, ne orthodoxam ecclesiam ortho-

ἡμῶν, ὅτι ταῦτα τὰ παρ' αὐτοῦ λεχθέντα, τὸ, οὐκ ἔτεκε, φησὶ, Μαρία, εἰ μὴ ἄνθρωπον ὁμοούσιον ἑαυτῆς· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σαρξ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ὀρθοδόξων· παραχρῆμα ἐκέλευσε συλληφθῆναι ἡμᾶς· κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τοῦ *δικανῶν, ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ· κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς δεσμίους, ὡς καὶ ὑπευθύνους τῇ τιμωρίᾳ* ἐστύλισαν, ἐκρεβάτισαν, καὶ ἐπτέρνισαν. ὅπερ οὐ πάσχουσιν ἐν τοῖς ἔξω δικαστηρίοις, οὐ λέγομεν ὅτι κληρικοὶ καὶ ἀρχιμανδρῖται, ἢ μονάζοντες, ἀλλ' οὔτε τοῦ τυχόντες κοσμικοὶ, ὃ ἡμεῖς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρὰ τοῦ παρανόμου παρανόμως πεπόνθαμεν. θλιβόμενοι ἐν τῷ δικανικῷ, λιμώττοντες, ἐν* οἰκετίᾳ φυλαττόμενοι ἐπὶ χρόνου πολὺν διετελέσαμεν. καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις ἡ αὐτοῦ μανία· ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ ἐπάρχῳ τῆσδε τῆς μεγαλωνύμου πόλεως κατὰ ἀπάτην τινὰ παρεδόθημεν, καὶ σιδηροθέντες ἀπήχθημεν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνήχθημεν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τῷ αὐτῷ τρόπῳ μετὰ τῶν δεσμῶν. καὶ ἐπεὶ οὐδεὶς ἦν ὁ κατηγορῶν, ἐν τῷ δικανικῷ πάλιν διὰ τῆς τάξεως ἤχθημεν. καὶ οὕτω πάλιν* ἐκόλασεν ἡμᾶς κατὰ πρόσωπον τυπτήσας· καὶ διαλεχθεὶς, καὶ συνθέμενος κατὰ ἀπάτην, ὡς τὰ μετὰ ταῦτα ἔδειξε, περὶ τοῦ φύσει υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ὅτι ἐτέχθη ἀπὸ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς θεοτόκου λέγων· ἐπεὶ ἔνι ἄλλος υἱός· οὕτως ἀπέλυσεν ἡμᾶς.

δ'.

Παρακαλοῦμεν οὖν τὴν ἀθάνατον ὑμῶν καὶ εὐσεβεστάτην πίστιν, ὥστε μὴ παριδεῖν ἐκ τοῦ λοιποῦ τὴν

ANNO CHRISTI 431.

ὀρθόδοξ(ω) ἐκκλησίαν μοιχευομένην παρὰ αἱρετικῶν ἐν τοῖς καιροῖς ὑμῶν τῆς ὀρθοδόξων καὶ εὐσεβεστάτων βασιλέων· ἐχ ὡς διὰ τοῦτο ταῖς ἡμεραῖς ὕβρεις βουλόμενοι ἐκδικεῖν· ὁ θεὸς οἶδεν· ἀλλ' ὡς θέλοντες τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀσάλευτον μένειν. καὶ κελεύσει τὸ ὑμέτερ(ω) κράτος, τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν συνοδον συναγηγέσθαι ἐν ταυτῷ ἤδη· ἵνα τ' συνόδου παρεχενομένης, τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ὁ * θεὸς ἑνώσῃ, καὶ (ω) λαὸν σωσάξῃ, καὶ σὺν ἱερέας ἀποκαθεῖν ἐν τῷ τῆς ἀληθινῆς πίστεως κηρύγματι ποιήσῃ, πρὸ τοῦ εἰς πλάτος τὸ ἄδικον διδασκαλίαν ἐλθεῖν. καὶ εἶνο δὴ παρακαλοῦμεν, ἀξιοῦντες, ὑπὲ περιέχειν ποιεῖν, ἀπειλῶν, ἐλαύνων, ὀξωθῶν, κακουργῶν, ῥᾳδιουργῶν, καὶ κακῶν, καὶ ἵνα τὴν αὐτ' μανίαν καὶ ἀσέβειαν κρατυνῃ, πάντα ποιῶν ἀφόβως, οὐ θεὸν φοβούμενος, ἐκ αἰσχυνόμενος, ἐκ ὑποσκόπους ἐυλαβούμενος, οὔτε ἱερέα πνὰ, οὐ κλῆρόν τινων, οὐχ ἁγίοις μοναχοὶς, ἐκ εὐλάβειαν λαϊκῶν, οὐ (ω) κ' τὴν ἀδικουμένων ἐπιρτημένην φόβ(ω), οὐ τὸν νόμον τὴν ἐκτελουμένων διακονίαν πνὰ θεῷ εἰς ὀργὴν κ' τ' ἀξίων, ἀλλ' ἐνδυσάμενος τὴν ὑπερφίαν κ' πάντων, θαῤῥῶν τοῖς χρήμασι, καὶ τινων διεφθαρμένων τῇ ἰσχύϊ, ἢ ἵνα ἀφόβως εἰπωμεν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ταῦτα ποιεῖ· ἀξιοῦμεν μηδὲν ἀυτῷ καθ' πνων ἐξεῖναι ποιεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον διόρθωσιν λάβῃ τὰ κ' τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἵνα μὴ ταύτην διασκεδάσῃ, καὶ τὴν αὐτ' ἀπειλὴν εἰσαγάγῃ ταῦτα ποιῶν. οἶδε γὰρ

*Χριστὸς

doxi piissimique regni vestri temporibus ab hæreticis adulterari vltra permittatis. Non expetimus contumelias indigne nobis illatas vindicari; Deus nouit: desideramus autẽ Christianæ fidei fundamentum inconcussum immotumque persistere. Vestra proinde maiestas efficiat vt sacra & œcumenica Synodus primo quoq; tempore huc coeat; quo hac præsente Christus sanctissimã ecclesiam vniat, populumque in vnum reducat, ac sacerdotes sinceræ fidei prædicatores, priusquam impia illa doctrina latius serpat, loco suo restituat. Illud etiam obnixe precamur ac petimus, quãdoquidem Nestorius comminationibus, insectationibus, exiliis, callidis prauisque machinationibus perterrefacere molitur; & quo suam insaniam, suamque impietatem confirmatiorem reddat, quæcumque excogitari possunt sine discrimine aggreditur; nõ Deum timet, nullum hominem veretur, nullum episcopũ veneratur, nullum sacerdotem, aut clericum, aut sanctum monachum, aut religiosum laicum honorat; nullam pœnam iniquis decretam formidat, nullam denique legem ministrorum iræ diuinæ in eius prouocatores: sed superbia, qua omnes paruipendit, elatus, pecuniisque & corruptorum quorumdam hominum potentia fretus; &, vt libere quod res est dicamus, vestra quoque dominatione fretus hæc facit: Petimus, inquam, ne quidquam deinceps in quempiam illi liceat, nisi primum orthodoxæ fidei veritas enucleetur: ne, quod obnixe studet, hac penitus dissipata euersaque suam paulatim introducat. Animaduertit enim,

quos alia ratione non poteſt, eos timore a fide auertere ſe poſſe: vt ſuæ ſententiæ ſemel adiunctos ita inflammet, vt verbera quoque quibus libitum fuerit publice inferre audeant, & perſecutionem excitare non dubitent. Neque vero ſuorum tantum, aut domeſticorum opera clericorum eam ad rem vtitur, verum quorumdam quoque ab exteris parœciis & diœceſibus adſcitorũ; quibus tamen ſecundum eccleſiaſticos Canones in alieno epiſcopatu vel eccleſia degere non licet, ſed neceſſario in iis locis & ciuitatibus, idque quiete, in quibus ordinati ſunt: ne moræ diuturnitate, temporaneaque potentia nequitiam ſuam latius propaget, vobiſque id adſcribatur, quos ob id in miniſtros Deus aſſumpſit, vt illius gloriam ſtrenue propugnetis, qui illuſtri honore vos cumulauit, & cumulat; vobiſque cum omnibus ſanctis, qui munus ſuum præclare obierunt, mercedem tempore ſuo reddet. Quibus & illud quoque dicturus eſt: *Euge, ſerue bone & fidelis; ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.* Qui veri Chriſtiani ſunt, ii per opera, quãtum Chriſtianæ doctrinæ tribuant, oſtendunt. At vero infideles & abiecti, qui ventri ſuo viuunt, & ad hunc ſcopum omnia ſua ſtudia referunt, illi, ſi quem Chriſtũ Deum eſſe profiteri audierint, illico diſſecantur. Et quemadmodum Iudæi, ſancto Stephano protomartyre narrante: *Ecce video cælo apertos, & Filium hominis ſtantem a dextris inuiſibilis Dei;* aures ſuas continebant: ita & iſti quoque in Chriſtianos dentibus

Matth. 25. v. 23.

Act. 7. v. 57.

ὡς οἴεται, ὅτι κἂν τῷ φόβῳ πολλοὺς ἀμβλύνας ἀποστήσῃ τῆς πίστεως· καὶ λοιπὸν εὑρὼν ὁμογνώμονας αὐτοῦ, παράσχῃ αὐτοῖς θάρσος, ὥστε καὶ ἕως πληγῶν δημοσίᾳ ἐπιχειρεῖν, καὶ διωγμὸν ποιεῖν. οὐ μόνον δὲ τοῦ αὐτοῦ δῆθεν κληρικοὺς, ἢ συγκέλλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν παροικιῶν προσελάβετό τινας, οἷς μάλιστα οὐκ ἔξεστιν εἶναι κατὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἰς ἕτερον ἐπισκοπεῖον, ἢ εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἀνάγκη αὐτοὺς εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, ἢ πόλεις, ὅπου ἐχειροτονήθησαν, κἀκεῖ ἡσυχῇ διάγειν· ἵνα μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ διὰ τῆς προσκαίρου δυναστείας, ἔρψῃ περισσοτέρως ἡ παρανομία, καὶ ἐπιγραφῇ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ. εἰς τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἔθετο ὁ θεὸς διακόνους, ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ δοξάσαντος ὑμᾶς, καὶ δοξάζοντος, καὶ ἀποδιδόντος ὑμῖν τὸν μισθὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, τῶν καλῶς φυλαξάντων τὰς ἐγχειρισθείσας αὐτοῖς διακονίας. πρὸς οὓς εἶπεν· εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου του. οἱ ὄντως χριστιανοὶ τούτοις τοῖς λόγοις διὰ τῶν ἔργων πιστεύουσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι καὶ ἀπερριμμένοι, καὶ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ ζῶντες, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτερουῦντες, ἐὰν ἀκούσωσιν ὁμολογοῦντά τινα, τὸν Χριστὸν εἶναι θεὸν, διαπρίονται, ὡς οἱ τότε Ιουδαῖοι συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ προτομάρτυρος διηγουμένου· ὅτι θεωρῶ, φησὶ, τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ ἀοράτου θεοῦ. οὕτω καὶ οὗτοι διαπρίονται κατὰ τῶν χριστιανῶν, καὶ

ANNO CHRISTI 431.

πάντα θυμὸν σπουδάζουσιν ἐκτελεῖν.

ϛ'.

Αξιοῦμεν οὖν προνοίᾳ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἐπάρχου τῆς νέας Ρώμης κωλύεσθαι τοὺς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπανισταμένους, καὶ προφάσει δικαιολογιῶν, ὥς φασιν, ἐπιχειροῦντας κατά τινος, ἕως ὅτε τὰ τῆς πίστεως διόρθωσιν λάβοι. εἰ δὲ παρακούσετε, ἡμῶν ἀμελήσαντες, διαμαρτυρόμεθα ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τῶν αἰώνων, ἀφθάρτου, ἀοράτου, μόνου σοφοῦ θεοῦ, τοῦ ἐλθόντος καὶ ἐπιφανέντος, ὡς ἠθέλησε, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, ὅτι ἀθῶοι ἐσμέν. ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς παρεκαλέσαμεν περὶ συνόδου οἰκουμενικῆς, τῆς δυναμένης ἀκριβῶς κρατῦναι καὶ ἀνορθῶσαι τὰ σαλευόμενα, εἴτουν καταῤῥαγέντα· οὐ κατισχύσουσι δὲ αὐτῆς διὰ τῆς χάριτος καὶ ἀντιλήψεως τοῦ θεοῦ, τῆς ἐνεργούσης ἐν ὑμῖν, κακῶσαι πύλαι ᾅδου, ἅ τινά ἐστι τὰ στόματα τῶν αἱρετικῶν· ἵνα τούτου τυχόντες, τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐν ὁμονοίᾳ ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ τῆς βασιλείας ὑμῶν, εὐαρέστως καὶ ὀρθοδόξως τῷ θεῷ ἀναπέμπωμεν. Αμήν.

frendent, omnemque furorem suum in illos explere laborant.

VI.

Rogamus proinde, vt magnificentissimi præfecti nouæ Romæ prouidentia, compescantur ii qui aduersus orthodoxos insurgunt, & sub prætextu quod se defendunt, vt aiunt, non paucis insultant; donec ea omnia quæ ad fidem pertinent componantur. Quod si nostram supplicationem pro nihilo habueritis, vos coram immortali sæculorum rege, inuisibili, solo sapiente Deo, qui nostræ salutis causa descendit, &, vt voluit, inter homines apparuit, & ad iudicandum viuos & mortuos iterum venturus est; cui omne genu incuruatur, cælestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confitetur; innocentiæ nostræ testes appellamus. Nos enim vos de œcumenica Synodo cogenda rogauimus, quæ aptissime posset constabilire & erigere titubantia, siue etiam confracta: quamquam per Dei gratiam, eiusdemque tutelam, quæ in vobis operatur, inferorum portæ, quæ sunt hæreticorum ora, aduersus fidem nunquam præualebunt, aut euertere illam poterunt. Quo, pace ecclesiæ redintegrata, preces consuetas pro communi omnium salute, vestrique regni incolumitate placide & catholice & concordi animorum consensione ad Deum transmittere liceat. Amen.

1. Tim. 1. v. 17.

Actor. 10. v. 42. Phil. 2. v. 10.

Matth. 16. v. 18.

CAPVT XXXI.

Exemplum ſacræ, quam religioſiſſimus princeps Theodoſius ad Cyrillum Alexandriæ epiſcopum miſit.

Imperatores Cæſares, Theodoſius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, ſemper Auguſti, Cyrillo epiſcopo.

PIETATE quidem nihil nobis eſt antiquius, propter quã delinquentes veniã conſequuntur. At parum interim laudabile eſt, illos ea indigere, qui a nobis commendari, & propter venerandam religionem maximis honoribus cumulari debuerant. Oportet autem ſacerdotes cum morum probitate fideique integritate ſpectabiles eſſe, tum maximum animi candorem ac ſinceritatem per omnem vitæ curſum præ ſe ferre; ac certo denique ſecum ſtatuere, vniuſcuiuſque rei naturam, præſertim vero incorruptæ pietatis doctrinam, diſquiſitione potius, quam pertinaci animorum contentione inueniri. Etenim iam inde a primis vſq; temporibus non imperantis cuiuſpiam, aut certe imperium vſurpantis interminationes aut proteruiæ, ſed ſanctorum patrum, & ſacræ Synodi decreta eam nobis conſtituerunt. Nam religionem intelligẽtia magis quam iuſſione firmari, nulli opinor dubium eſſe poteſt. Nunc igitur tua pietas exponat, quid ita nobis, quibus religionem tantopere curæ eſſe non ignorabas; ſacerdotibuſque quotquot circumquaque degunt (quos vtique in vnum locum congregatos, natam de religione controuerſiam diſcutere dirimereque par erat) deſpectis,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα'.

Ανno Christi 431.

Ισον σάκρας ὑποταλείσης παρὰ τῆς εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Αλεξανδρείας.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

ΜΕΛΕΙ πλεῖστον θεοσεβείας ἡμῖν, δι' ἣν ἡ πλημμελοῦντες ἀξιοῦνται συγγνώμης. οὐ μὴν εὔδοκιμον τὸ δεῖσθαι συγγνώμης τοῖς ἐπαινεῖσθαι παρ' ἡμῶν ὀφείλουσι, καὶ διὰ τὴν σεπτὴν μάλιστα τιμᾶσθαι θρησκείαν. δεῖ δὲ ἱερέας μὴ μόνον τῶν ἠθῶν μὴ ἧττον, μὴ δὲ τῆς πίστεως ἀκριβείας θαυμάζεσθαι, καὶ πρὸ παντὸς τὴν ἁπλότητα τοῦ βίου διὰ παντὸς ἐπιδείκνυσθαι· γινώσκειν τε ὡς ἕκαστον πράγματος φύσιν, καὶ δὴ καὶ πρὸ τοῦ εὐσέβειαν μάλιστα λόγοις, μᾶλλον δὲ βίοις ζήτησις, ἥπερ αὐθάδεια. καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν * αὐτοῖς ἐκ ἀπειλῆς τινος δωσαθέντος ἢ δωσαθέν νομίζοντος, ἀλλ' ἡ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου βουλὴ κατεψήσατο. καίτοι παντὶ δῆλον, ὡς θρησκεία τὸ βέβαιον ἐκ ἂν ἐκ κελεύσεως * ἔχοι μᾶλλον ἢ συνέσεως. νῦν οὖν ἡμᾶς ἡ σὴ θεοσέβεια διδαξάτω, τί δή ποτε ἡμῖν, οἷς τοσοῦτον οἶδα μέλον εὐσεβείας, ὑπεριδὼν, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἱερέων, οὓς συλλεχθέντας ἐν ἄμεινον ἦν πρὸς ἀμφισβήτησιν,

ANNO CHRISTI 431.

ταραχὴν, τό γε ἐπὶ σαυτῷ, καὶ χωρισμὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἐμβέβληκας· ὡς δὴ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας λόγοις θρασυτέρας ὁρμῆς πρεπούσης μᾶλλον, ἢ ἀκριβείας· καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ἐμμελείας πλέον ἰσχυούσης, ἢ θράσους· καὶ ποικιλίας μᾶλλον τούτων ἡμῖν* ἀρκούσης, ἤπερ ἁπλότητος. καὶ μὴν οὐχ οὕτως ἡμῶν τὴν πολλὴν ᾠόμεθα τιμὴν παρὰ τῆς σῆς εὐσεβείας δεχθήσεσθαι, οὐδὲ ὥσπερ καὶ ἀγανακτεῖν εἰδότων ἡμῶν, πάντα συνταραχθήσεσθαι. νῦν δὲ μελήσει ἡμῖν τῆς ἱερᾶς γαλήνης. πάντα δὲ ἴσθι συγκινήσας, ὡς οὐκ ἐχρῆν. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἐν τούτοις τὸ μέτρον ἐκβεβηκότα, μὴ μέχρι* τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἱερέων στῆσαι τὴν ἐπιχείρησιν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν πιστεῦσαί τι τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἀνάξιον. ἢ τίνα εἶχε λόγον, ἕτερα μὲν πρὸς ἡμᾶς καὶ τὴν εὐσεβεστάτην Αὐγούσταν Εὐδοκίαν τὴν ἐμὴν σύμβιον ἐπιστέλλειν, ἕτερα δὲ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν τὴν εὐσεβεστάτην Αὐγούσταν Πουλχερίαν, εἰ μὴ διχονοεῖν ἡμᾶς ᾠήθης, ἢ διχονοήσειν ἤλπισας ἐκ τῶν τῆς σῆς θεοσεβείας γραμμάτων; τοῦτο δὲ καὶ γεγονὸς, εἴπερ οὕτως εἶχεν, ἐκ περιεργίας εἰδέναι τὸν οὕτω πόρρωθεν ὄντα, παντελῶς ἐστιν ἐπίψογον· καὶ μὴ γεγονὸς ποιῆσαι βούλεσθαι, παντὸς μᾶλλον, ἢ ἱερέως. ὁρμῆς μέντοι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς προθέσεως, τά τε τῶν ἐκκλησιῶν, τά τε τῶν βασιλέων μέλλειν χωρίζειν βούλεσθαι, ὡς οὐκ οὔσης ἀφορμῆς ἑτέρας εὐδοκιμήσεως.

*ἀρκούσης.

*τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν συνεργίων

hasce turbas discordiasque inter ecclesias, quantum in te est, concitaris. Quasi vero impetus temerarii pietatis doctrinam magis, quam sedula diligensque veritatis inquisitio decere videantur; plusque apud nos valeat audacia, quã adhibita industria; aut perplexa nos magis huiusmodi rerum tractatio, quam simplicitas oblectet. Certe summum honorem in quo apud nos erat, non ita accepturam pietatem tuam existimabamus, aut omnia turbatum iri, cum nos indignari etiam sciamus. Verum curæ nobis erit ecclesiæ tranquillitas. Scito interim, magnam abs te rerum perturbationem excitatam esse. Neque mirum est sane, eum qui modum excessit, iis conatus suos non definiuisse, quæ ad ecclesias & sacerdotes spectãt; sed de nobisipsis quoque quiddam pietate nostra indignum credidisse. Nam nisi aliquod inter nos dissidium esse putasses, aut certe aliquid eiusmodi ex literis tuis oriturum sperasses; cur obsecro, alia priuatim ad nos, & ad Eudociam religiosissimam coniugem meam, alia vero ad Pulcheriam sororem meam Augustam, eamdemque pietatis studiosissimam perscripsisses? Quod profecto dissidium si inter nos forte natum fuisset, nosque ad eum modum affectos esse contigisset; omnino tamen vituperationem effugere non potest, eum, qui tanto locorum interuallo a nobis disiungitur, curiosius in res nostras inquirere: si id autem inter nos non existit, conari vt existat, cuiusuis potius, quam sacerdotis fuerit. Eiusdem porro est animi eiusdemque studii, ecclesiastica & regia omnia velle confundere, ac a se inuicem diuellere. Quasi vero alia omnis desit occasio, ex qua laudem & gloriam aucuperis.

Ne igitur clam te sit, quonam in statu res nostræ versentur, noris & ecclesias & imperium coniuncta esse, nostraque accedente auctoritate, & Christi Saluatoris nostri aspirante prouidentia, magis subinde inter se coitura esse: tum tibi quoque a nobis condonatum esse, ne hinc capta occasione iure conqueri ac dicere queas, te ob pietatis doctrinam in reprehensionem incidere. Quam quidem pietatis doctrinam in sacra Synodo discuti examinariq; volumus, & ratum esse quod rectæ fidei consonum videbitur; siue illi qui victi discedent, veniam impetraturi sint a patribus, siue non. Ceterum nos ciuitates & ecclesias conturbari nequaquam sinemus; sed nec eam quoque doctrinam indiscussam manere patiemur, cuius oportet eos esse iudices, qui sacerdotiis vbique præsident, & per quos ipsi in veritatis sententia sumus & erimus. Omnino autem nemo, qui vel parum sit in republica versatus, dignus censendus est qui in iis quæ agit & loquitur, libertate vtatur, si præ se ferendo fiduciam, huiusmodi iudicium declinare velit: neq; enim licebit hoc illi, etiam si velit: quandoquidem nostra maiestas eos qui prompte alacriterque ad huiusmodi inquisitionem aduolare non cunctabuntur, merita laude necessario prosequetur; ceteros vero, si qui imperare forte malint, quam in medium consulere, aut aliorum de eiusmodi rebus cõsilium audire, nequaquam patietur. Quamobrem & tuam quoque reuerentiam ad tempus, quod aliis literis ad vniuersos metropolitanos episcopos missis significatur, præsto adesse oportebit: neque prius nostram amicitiam te

Ὡς ἂν οὖν εἰδείης, ὁποῖον τὸ ἡμέτερον, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἴσθι καὶ τὴν βασιλείαν ἡνῶσθαι, καὶ ἔτι μᾶλλον κελευόντων ἡμῶν ἐνωθήσεσθαι σὺν τῇ προνοίᾳ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν *θεοῦ· καὶ δεδόσθαι τῇ σῇ θεοσεβείᾳ συγγνώμην, ὡς ἂν μὴ πρόφασις εἴη, μηδὲ λέγειν δύναιο, διὰ τοῦ ὑπὲρ τῆς *ἐκκλησίας ἐγκεκλῆσθαι λόγους· γυμνασθῆναι γὰρ τούτους ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου βουλόμεθα, καὶ κρατεῖν, ὡς ἂν καλῶς ἔχειν *δόξειεν· εἴτε μεταλαμβάνοιεν συγγνώμης, εἴτε καὶ μὴ, παρὰ τῶν πατέρων οἱ νικηθέντες. ἡμεῖς μέντοι γε συνταράσσεσθαι τὰς πόλεις καὶ τὰς ἐκκλησίας οὐκ ἀνεξόμεθα, οὔτε μὴν ἀνεξετάστους εἶναι τοὺς λόγους, ὧν κριτὰς προκαθίσαι δεῖ τοὺς τῆς ἁπανταχοῦ προεστῶτας ἱεροσύνης, καὶ δι' ὧν ἡμεῖς ἐγκρατέστεροι τῆς ἀληθινῆς δόξης ἐσμέν τε καὶ ἐσόμεθα. πάντως δὲ οὐδεὶς, ὅτῳ κἂν μικρὸν μέτεστι πολιτείας, ἄξιος παῤῥησιάζεσθαι, εἴ τις κατὰ τὴν πεποίθησιν τὴν τοιαύτην ἀποφυγεῖν αἱρήσεται κρίσιν· ἐπεὶ μηδὲ βουληθέντι τοῦτο ἐξέσται· τῆς ἡμετέρας θειότητος ἐπαινούσης μὲν ἀναγκαίως τοὺς ἐπὶ προθυμίᾳ θαῤῥοῦντας ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐξέτασιν, οὐκ ἀνεξομένης δὲ, εἴ τις κελεύειν μᾶλλον, ἢ συμβουλεύειν, ἢ συμβουλεύεσθαι περὶ τῶν τοιούτων ἐθέλοι. ὥστε καὶ ἥκειν δεῖ σου τὴν εὐλάβειαν κατὰ τὸν χρόνον, ὃν τὰ ἕτερα δηλοῖ γράμματα, πρὸς ἅπαντας ἀπεσταλμένα τοὺς τῶν μητροπόλεων ἐπισκόπους· καὶ τὴν παρ' ἡμῶν σχέσιν μὴ ἄλλως ἀνακτήσασθαι προσδο-

Anno Christi 451.

*Χριστοῦ

*Κατεῖδας

*Δόξειεν

κᾶν,

ANNO CHRISTI 431.

κᾶν, εἰ μὴ πᾶν μὲν λυπηρὸν καὶ ταραχῶδες παύσειας, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν ζητουμένων ἔρευναν ἔλθοις ἐθελοντί. καὶ γὰρ ἂν οὕτω δόξειας οὔτε οἰκείᾳ* πεπληγμένος λύπῃ, οὔτε τινὶ δυσμεναίνων παρὰ τὸ προσῆκον, τά τε ἤδη γεγονότα σκληρῶς μὲν καὶ παραλόγως, *ὅμως δὲ ὑπὲρ δόξης πεποιηκέναι, καὶ τὰ ἑξῆς ἐθέλειν ἐνδίκως. οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως* ἐθέλοντες ἀνεξόμεθα.

*πεπληγμένος

*ὅλως

*ἰσ. ἐθέλοντες

recuperaturum confidas, quam omni turbatione & animorum ægritudine sedata, ad propositarum quæstionum discussionem vltro accurreris. Etenim hac ratione, quæ pro tuenda opinione acerbe quidem inconsulteque abs te iam gesta sunt, nullo tamen priuato dolore perculsus, neque alicui præter decorum infestus admisisse, & quæ adhuc reliqua sunt, legitime transigere velle censeberis. Neque enim nos, si secus facere volueris, sustinebimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ'.

Θεῖον γράμμα ἀποσταλὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς κατὰ χώραν τῶν μητροπόλεων ἐπισκόποις.

Αὐτοκράτορες Καίσαρες, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, ἀεισέβαστοι Αὔγουστοι, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

ΗΡΤΗΤΑΙ τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας ἡ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κατάστασις, καὶ πολὺ ταύτης ἔνεστι τὸ συγγενές τε καὶ προσφυές. ἔχεται γὰρ ἀλλήλων, καὶ ἑκατέρα τῇ τῆς ἑκατέρας συναύξεται προκοπῇ· ὥστε τὴν μὲν ἀληθῆ θρησκείαν τῇ δικαιοπραγίᾳ, τὴν δὲ πολιτείαν ὑπ' ἀμφοτέρων συγκροτουμένην ἐκλάμπειν. βασιλεύειν οὖν τεταγμένοι παρὰ θεοῦ, σύνδεσμοί τε τῆς τῶν ὑπηκόων εὐσεβείας τε καὶ εὐπραγίας τυγχάνοντες, ἀῤῥαγὲς ἀεὶ τὸ προσφυὲς τούτων φυλάττομεν, τῇ τε προνοίᾳ καὶ ἀνθρώποις μεσιτεύοντες.

CAPVT XXXII.

Sacra imperatoria missa Alexandriam ad Cyrillum episcopum, & episcopos metropolitanos prouinciarum.

Imperatores Cæsares, Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, Cyrillo episcopo.

PENDET a religione qua Deus colitur, nostræ reipublicæ status; multaque inter hunc & illam cognatio ac familiaritas intercedit. Nam & connexa inter se sunt, & vtrumque prosperis alterius successibus incrementa sumit: vt vera quidem religio per vitam inculpate actam, ipsa vero respublica constans ex vtrisq; florescat. Cum itaque Deus imperii habenas nobis tradiderit, iisque qui imperio nostro parent, pietatis & vitæ recte instituendæ vinculum nos esse voluerit; harum inter se societatem indiuulsam conseruamus, Dei prouidentiæ hominumque sequestres.

& illius quidem miniſtri ſumus ad propagandam rempublicam: ſubditos vero omnes, vt ita dicam, luſtrantes, illud curamus vt pie credant, vitamque vt pie credentes decet, inſtituant: denique vtrique, quam par eſt, curam impendere non deſiſtentes. Fieri enim non poteſt, vt qui alteri ſerio inuigilant, alterius curam negligant. Ante omnia operam damus, vt eccleſiaſticus ſtatus eiuſmodi ſit, qui & Deum deceat, & temporibus noſtris quam maxime congruat; idemque ex omnium concordia & conſenſione ſuam tranquillitatem obtineat; tum per eccleſiaſticarum controuerſiarum pacem, a turbis & ſeditionibus liber exiſtat: tum demum vt pia religio ab omni omnino nota & reprehenſione immunis perſeueret; eorumque vita, qui vel inter clericos cenſentur, vel magno quoque ſacerdotio funguntur, omni prorſus næuo & culpa vacet.

Hæc porro conſiderantes per Dei amorem & piorum animos mutua caritate coniunctos obtineri poſſe, ſæpenumero iam ante ob ea quæ acciderant, religioſam ſanctiſſimorum epiſcoporum vndequaque in vnum coactorum Synodum neceſſariam iudicauimus. Hactenus tamen ne eorum pietati moleſtiam exhiberemus, cunctatiores hac in re fuimus. At nunc vero tam eccleſiaſticarum, quam quæ hiſce cohærent, publicarum rerum controuerſia eam vſque adeo neceſſariam declarat, vt omitti nullo modo queat. Quamobrem ne illa, quæ ad præſentem rerum tantopere vtilium inquiſitionem ſpectant, ſi negligentius curentur, in peius incrementa ſumant (id quod a temporum noſtrorum

κἀκείνη μὲν ὑποδουλοῦμεν εἰς τὸν τῆς πολιτείας αὔξησιν· διὰ πάντων δέ, ὡς εἰπεῖν, τῶν ὑπηκόων γινόμενοι, * τοῦτ' ἔστιν εὐσεβεῖν τε καὶ πολιτεύεσθαι χρὴ τὸ εὐσεβέσι πρέπον παρασκευάζομεν· ἑκατέρᾳ τε δεόντως ἐπιμελούμενοι· οὐδὲ γὰρ ἔνεστι τὸ θατέρου μεταπιστεύμενον, μὴ ὁμοίως καὶ τῆς ἑτέρου φροντίσαι· σπουδὴν ἔθεμεθα πρὸ τῶν ἄλλων, τὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως σχῆμα πρέπουσαν, καὶ τοῖς ἡμετέροις προσφορον διαμένειν καιροῖς· ἔχειν τε ἐκ τῆς τῶν πάντων ὁμονοίας τὸ ἀπήμαντον, καὶ διὰ τὰ σὺν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν εἰρηνικὸν τὸ ἀσφαλές· πρόσεστί τε τῇ εὐσεβεῖ θρησκείᾳ τὸ ἀνεπίληπτον, καὶ σὺν εἰς κλῆρον, τῷ τε μεγάλῳ ἱερατεύματι τελοῦντας, πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς μέμψεως ἀπηλλάχθαι.

σκόπου παραιτησαμένου τὴν ἄφιξιν. εἰ γὰρ ἤθελε παρεῖναι, διὰ τί ἐμήνυσε διὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα αὐτοῦ ἐπισκόπων· ὅτι ἐὰν βραδύνω, πράττετε ὃ πράττετε; ὡς γὰρ ἔφην, οὐκ ἠθέλησε παρεῖναι, εἰδὼς ὅτι πάντως ἡ ἁγία σύνοδος καταψηφιεῖται Νεστορίου τὴν καθαίρεσιν, ὡς ἀσεβῆ καὶ δύσφημα λαλήσαντος κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔμαθον, ἀνηνέχθησαν ἀναφοραὶ παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, νήψατε, διδάσκοντες ὅτι οὔπω τὰ ὑπομνήματα τὰ πεπραγμένα ἐπὶ τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ ἐτελειώθησαν ἐν χάρταις· διὸ οὐκ ἠδυνήθημεν οὔτε τὴν ἀναφορὰν πέμψαι, τὴν ὀφείλουσαν πεμφθῆναι πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς καὶ νικητὰς ἡμῶν βασιλεῖς. σὺν θεῷ δὲ εἰπεῖν, καταλήψεται ἡ ἀναφορὰ μετὰ τῶν ὑπομνημάτων, ἂν τέως ἡμῖν συγχωρηθῇ πέμψαι τὸν διακομίσαι δυνάμενον. ἂν τοίνυν βραδύνῃ ἡ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῆς ἀναφορᾶς ἄφιξις, γινώσκετε, ὅτι οὐ συγχωρούμεθα πέμψαι. ἔρρωσθε.

ANNO CHRISTI 431.

Nestorii & episcoporum qui cum illo erant, de actis sanctæ Synodi relatio, antequam Ioannes Antiochenus episcopus Ephesum venisset, ad imperatores scripta.

Αναφορὰ Νεστορίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων πρὸς τοὺς βασιλέας, περὶ τῶν πεπραγμένων παρὰ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, γραφεῖσα πρὸ τοῦ παραγενέσθαι ἐν Εφέσῳ τοῦ Ἀντιοχείας.

AD Ephesiorum ciuitatem a pietate vestra conuocati, citra vllam cunctationem eo nos contulimus. Pias autem literas vestras secuti, voluimus piissimorum episcoporum vndecumque venientium, præcipue vero magnæ ciuitatis Antiochenæ episco-

ΕΙΣ τὴν Εφεσίων πόλιν συγκληθέντες ὑπὸ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, καὶ ἀνυπερθέτως παραγενόμενοι, ἐβουλήθημεν τοῖς εὐσεβέσιν ὑμῶν ἑπόμενοι γράμμασιν, ἀναμεῖναι τοὺς πανταχόθεν ἀφικνουμένους θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, μάλιστα δὲ τοῦ ἁγιώτατον τῆς Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως,

ANNO CHRISTI 431.

καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ θεοφιλεστάτους μητροπολίτας ἐπισκόπους, καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Ιταλίας καὶ Σικελίας, καὶ οὕτω κοινὸν ἁπάντων ποιῆσαι συνέδριον, καὶ κοινῇ ψήφῳ κυρῶσαι τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων τὴν πίστιν. καὶ γὰρ πολλαὶ μετ' ἐκείνην γινόμεναι σύνοδοι οὐδὲν καινοτομῆσαι κατ' ἐκείνης ἐτόλμησαν· ἀλλ' ἐκείνῃ *πάντες ἐμμένειν ἐνομοθέτησαν. ὡς δὲ εἴδομεν τοῦ ἀπ' Αἰγύπτου δυσχεραίνοντας, καὶ οἰομένους ἡμᾶς *ἁπλῶς ἀναβολαῖς κεχρῆσθαι, ὑπεσχόμεθα συνεδρεύειν, ὁπόταν ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων Κανδιδιανὸς, ἀπὸ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τούτου χάριν ἀποσταλεὶς, συγκαλέσαι ἡμᾶς βουληθείη· ταῦτα δὲ καὶ αὐτῷ διὰ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐδηλώσαμεν. ἐπεὶ δὲ ἔγνω αὐτοῦ ἡ μεγαλοπρέπεια καὶ τὸν ἁγιώτατον Ιωάννην τῆς Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως ἐπίσκοπον, καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ πλησίον ὄντας· τοῦτο γὰρ αὐτῷ οἱ ἀποσταλέντες ὑπ' αὐτοῦ ἐδήλωσαν μαγιστριανοί· καὶ ἄλλοι δὲ ἠγγέλθησε ἐκ τῆς δύσεως θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι· παρηγγύησεν ἅπασιν ἀναμεῖναι πάντων τὴν παρουσίαν, κατὰ τὰ δόξαντα τῇ εὐσεβεῖ ὑμῶν *κορυφῇ. καὶ ἡμεῖς μὲν τὴν ἡσυχίαν ἠγαπήσαμεν, εἴξαντες τοῖς γραφεῖσιν ὑπὸ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας. Αἰγύπτιοι δὲ καὶ Ασιανοὶ οὔτε τὸ κοινῇ συμφέρον ταῖς ἐκκλησίαις λογισάμενοι, οὔτε τὸν εἰρηνικὸν καὶ ἔννομον τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας σκοπὸν ἀποδεξάμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοὺς, καὶ τοῦ βασιλικοὺς θεσμοὺς πατήσαντες, ἔφυγον μὲν τὴν ἀκόλουθον καὶ σύμφωνον τῆς πίστεως ὁμολογίαν, ῥῆξαι δὲ ἴσως τὸ

*πάντῃ

*ἴσως, οὐχ ἁπλῶς

*κεφαλῇ.

pi cum piissimis eiusdem metropolitanis episcopis, ceterorumque qui ex Italia & Sicilia expectabantur, aduentum opperiri, atque ita communem omnium consessum instituere, communique suffragio sanctorum patrum Nicænorum fidem confirmare. Etenim cum multæ post illam Synodi sint celebratæ, nulla vnquã aliquid contra illam ausa est innouare, sed illi insistendum esse sanxerunt omnes. At posteaquam resciuimus, Ægyptios episcopos moram istam impatientius ferre, arbitrantes quod callide vteremur dilatione; recepimus communi consessui præsto nos futuros, vbi primum Candidianus magnificentissimus deuotorum domesticorum comes, qui eius rei causa a vestra pietate huc destinatus fuerat, conuocare nos vellet: atque hoc ipsum quoque per piissimos episcopos illi significauimus. Verum vbi magnificentia illius cognouit, tum Ioannem sanctissimum Antiochiæ episcopum vna cum collegis suis propediem adfuturum, (hoc enim magistriani, quos ille miserat, indicauerant) tum alios quoque ex occidente episcopos aduentare; omnes admonuit, vt iuxta religiosæ celsitudinis vestræ placitum omnium aduentum præstolarentur. Nos itaque pietatis vestræ scriptis non refragantes, quieti mansimus. Porro Ægyptii & Asiatici non cogitantes quid in rem communem ecclesiis foret, ac pacificum legitimumque pietatis vestræ scopum detrectantes, imo vero ecclesiasticas, imperatoriasque sanctiones contemnentes, ordinatam ac concordem fidei confessionem effugerunt, & forte ec-

cleſiaſtici corporis diſſolutionem machinantes, ſoli ipſi concilium celebrarunt; rem vtique ab eccleſiæ conſuetudine, & pietatis veſtræ literis, paulo ante ſcriptis, alienam agentes. Siquidem veſtræ pietatis literæ continebant, vt vna & conſonans ab omnibus fides, tam euangelicis, quam apoſtolicis literis, & ſanctorum patrum dogmatibus conuenienter exponeretur. Verum prædicti nihil horum omnium curantes, ea inter ſeipſos patrare feſtinarunt, quæ ab omnibus veſtra maieſtas cognoſcet. Suis porro ſatellitibus per forum diſpertitis, totam ciuitatem tumultu compleuerunt. Hi noſtras domos circumcurſitabant: hi impetu facto communẽ noſtrum cõſeſſum perturbabant, extrema quædam minitantes. Huius autem tantæ ſeditionis auctor & anteſignanus fuit Memnon Epheſiorum epiſcopus. Hic etenim ſanctas eccleſias, ſanctorumque martyrum ædes, & ſacroſanctam apoſtoli (Ioannis) baſilicam nobis præcluſit, vt neque hoſtiliter agitatis perfugium vllum ad eas pateat: his vero magnam eccleſiam aperuit, idoneamque conſeſſui ſedem ibidem præparauit: nobis autem omnibus mortem eſt interminatus. Supplices proinde pietatem veſtram rogamus, precamur, obteſtamurque, poſteaquam pii Chriſtianiq; culminis veſtri literis morem gerentes in hanc Epheſiorum ciuitatem, barbaricorum illorum inſultuum prorſus inſcii, deuenimus, vt iubeat vel nos inoffenſos cuſtodiri, legitimamque Synodum haberi; nullo ad eam vel clerico, vel monacho, ſiue is ex noſtris, ſiue ex Ægyptiis fuerit, admiſſo; ſed ἐκκλησιαστικὸν ἐτελήσαντες σῶμα, καθ' ἑαυτοὺς συνηθροίσθημεν· ἀλλὰ τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας ἐργαζόμενοι, καὶ τὴν ἔρριζον γραφέντων πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐσεβείαν γραμμάτων μίαν καὶ πρὸ πάντων * συμφωνίαν ἐκτεθῆναι πίστιν, εἰ τοῖς ὑπὸ τὴν ὑμετέραν εὐσεβείας γράμμασιν ὑποταλεῖσι διηρθρώσατε, πρόσφορον τοῖς τε εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς γράμμασι, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων δόγμασιν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων λογισάμενοι οἱ πρόρριμμένοι, καθ' ἑαυτοὺς μὲν ἔπραξαν, ἃ πρὸ πάντων τὸ ὑμέτερον εἶδος κράτος. τοῦτ' οὖν αὐτοῖς γραῦς ὑπὸ τὴν ἀγορὰν διαπείραντες, συγχύσεως τὴν πόλιν ἐνέπλησαν, τὰς οἰκίας ἡμῶν πρεσβεύοντες, δημοσίᾳ δ' ὑπόντες, τὸ κοινὸν ἡμῶν συνέδριον διαταράττοντες, ἀνήκεστα ἅπαντα ἀπειλοῦντες. Μέμνονος τοῦ ὑποσκόπου τοῦ ἄρχοντος τῆς στάσεως γενομένου, καὶ τὰς μὲν ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἅγια μαρτύρια, καὶ τὸ ἅγιον ἀποστόλιον ἡμῖν ἀποκλείσαντος, ἵνα μηδὲ προσφυγεῖν ἐλαυνόμενοι δυνηθῶμεν· ἐκείνοις δὲ τὸ μεγάλιον ἐκκλησίαν ἀνοίξαντος, καὶ συνεδρεύειν ἐκεῖ πρασκευάσαντος, καὶ πᾶσιν ἡμῖν θάνατον ἀπειλήσαντος. δεόμεθα οὖν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, καὶ ἀντιβολοῦμεν, καὶ ἱκετεύομεν, ὅπως τοῖς τῆς ὑμετέρας * κεφαλῆς γράμμασι τὸ φιλοχρείστου ἐξῇ τοῖς ἐν Ἐφεσίων καὶ ἐλαύνομεν, ἀγνοοῦντες τὰς βαρβαρικὰς ταύτας ἐφόδους, κελεῦσαι ἡμᾶς ἢ ἀνεπιρεάστους φυλαχθῆναι, καὶ ἐννόμως τὸ συνέδριον γενέσθαι, μηδενὸς τῶν κληρικῶν, ἢ τῶν μοναζόντων, μήτε τῶν ἡμετέρων, μήτε τῶν Αἰγυπτίων, ἐπισύντος τῷ συνεδρίῳ, μήτε τινὸς τῶν ἀκλή-

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431. ἀκλήτως ἐληλυθότων ἐπισκόπων, ἐπὶ τὰ ἁγία συνόδου· δύο δὲ σὺν τῷ μητροπολίτῃ ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας τοὺς ἐκκρίτους, καὶ δυναμένους τὰ τοιαῦτα εἰδέναι ζητήματα, εἰς τὸ συνέδριον συνεισελθεῖν, καὶ μετ' εἰρήνης καὶ συμφωνίας τὴν τῶν ἁγίων πατέρων βεβαιῶσαι πίστιν· ἢ κελεῦσαι ἡμᾶς ἀκινδύνως τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν· ἀπειλοῦσι γὰρ καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς ἡμᾶς ἀποστερεῖν.

neque vllo episcopo ex iis qui non vocati accesserunt, ad turbandam sanctam Synodum : ex qualibet autem prouincia duo selectos, & talium quæstionum non ignaros, vna cum metropolitano ad consessum admitti, admissosque sanctorum patrum fidem cum pace & concordia stabilire, & confirmare : vel certe iubeat, vt tuto nobis ad propria redire liceat. nam ipsam quoque vitam nobis se erepturos comminantur.

Καί εἰσιν οἱ ὑπογράψαντες.

Sunt autem qui subscripserunt.

Νεστόριος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως.

Nestorius episcopus Constantinopolitanus.

Φρεττίλας ἐπίσκοπος Ἡρακλείας τῆς Θρᾴκης.

Fritilas Heracleæ Thraciæ episcopus.

Ἑλλάδιος ἐπίσκοπος Ταρσοῦ.

Helladius Tarsi episcopus.

Δεξιανὸς ἐπίσκοπος Σελευκείας τῆς Ἰσαυρείας.

Dexianus episcopus Seleuciæ Isauriæ.

Ἱμέριος ἐπίσκοπος Νικομηδείας.

Himerius Nicomediæ episcopus.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Ἀπαμείας μητροπόλεως.

Alexander Apameæ metropolis episcopus.

Εὐθήριος ἐπίσκοπος Τυανέων.

Eutherius Tyanorum episcopus.

Βασίλειος ἐπίσκοπος Θεσσαλίας.

Basilius Thessaliæ episcopus.

Μάξιμος ἐπίσκοπος Ἀναζαρβοῦ.

Maximus Anazarbi episcopus.

Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως Εὐφρατησίας.

Alexander Hierapolis Euphratesiæ episcopus.

Δωρόθεος ἐπίσκοπος Μαρκιανουπόλεως τῆς Μυσίας.

Dorotheus Marcianopolis Mysiæ episcopus.

Anno Christi 431.

Sacræ Synodi ad religiosissimos imperatores de Nestorii depositione relatio.

Αναφορὰ πρὸς τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλέας περὶ τῆς καθαιρέσεως Νεστορίου, παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου.

Religiosissimis Deoque amabilissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus per Christi gratiam, vestræque maiestatis nutum in Ephesiorum metropoli congregata.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Χριστοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει.

VESTRA pietas, Christianissimi, Deoque amabilissimi imperatores, veram fidem a progenitoribus acceptam quotidianis incrementis augere non desinens, plurimam curam veritatis dogmatibus impendit. De quibus etiam, cum ex Nestorii prædicatione & doctrina, a sanctorum patrum, ac sanctissimorum apostolorum & euangelistarum traditione prorsus aliena, exorta fuisset perturbatio non solum in magna illa ciuitate, verum etiam in toto terrarum orbe, vestra maiestas sanctas ecclesias turbari, fideique & veræ pietatis dogmata adulterari non est passa: verum ex omni metropoli piissimos metropolitanos, qui episcopos adducerent, & aliquos aliarum ciuitatum episcopos ad diem Pentecostes conuenire iussit, quod vtique temporis spatium ad eum conuentum satis futurum videbatur. Cum omnes itaque iuxta præstitutum nobis terminum Ephesum venissemus, accidit vt Ioannes sanctissi-

ΕΚ προγόνων τὴν ἀληθῆ πίστιν παραλαβοῦσα ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια, ὦ φιλόχριστοι καὶ θεοφιλέστατοι βασιλεῖς, καὶ ταύτην ὁσημέραι αὐξάνουσα, φροντίδα πλείστην τῶν τῆς ἀληθείας ποιεῖται δογμάτων. ὑπὲρ ὧν καὶ ταραχῆς γενομένης οὐ μόνον ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγάλῃ πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, ἐκ τῶν κηρυχθέντων τε καὶ διδαχθέντων παρὰ Νεστορίου δογμάτων, ἀλλοτρίων ὄντων τῆς τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν παραδόσεως, οὐ * παρεῖδε τὸ ὑμέτερον κράτος ταραττομένας τὰς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ νοθευόμενα τὰ τῆς πίστεως καὶ τὰ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας δόγματα, ἀλλ' ἐκ πάσης μητροπόλεως συναχθῆναι ἐκέλευσεν ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια τοὺς θεοσεβεστάτους μητροπολίτας, ἐπισκόπους ἐπαγομένους, καί τινας τῶν ἄλλων πόλεων ἐπισκόπους, καιρὸν αὐτάρκη πρὸς τὴν συνδρομὴν, τῶν ἄχρι τῆς πεντηκοστῆς ὁρίσασα. καὶ δὴ πάντων ἡμῶν συνειλεγμένων ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει κατὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμῖν προθεσμίαν, βραδῦναι

* [illegible]

ANNO CHRISTI 431.

σωνέβη τ ἀγιώτατον Ιωάννην τ Αντιοχείας ἐπίσκοπον. ἀλλ' ὑποπτεύοντες ἡμεῖς τῆς ὁδοῦ τ δυσχέρειαν αἰτίαν γεγονέναι τῆς βραδυτῆτος, ἀνεβαλόμεθα πρὸ ἀκρόασιν ἐπὶ χρόνον δέκα ἡμερῶν ἃ ἐξ ὑπὸ τ ὡρισμένης προθεσμίας πρὸ τ ὑμετέρου κράτους· καὶ οἱ μὲν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων ὑπὸ γήρως πιεζόμενοι, τ ἐπὶ ξένης διαζιβιῶναι ἐκ ἔφερον· οἱ δὲ ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἐκινδύνευον· τινὲς δὲ καὶ τὸ τέλος ὑπεξῆλθον τοῦ βίου ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει· ἄλλοι δὲ πενίᾳ σφιγόμενοι, προσιόντες ἡμῖν, κατεπίεζον πρὸ ἀκρόασιν. μιᾷ δὲ δεκαὲξ ὅλας ἡμέρας, ἀπὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἀριθμουμένας, συνεκροτήσαμεν πρὸ ἀκρόασιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων Ιωάννης διὰ Αλεξάνδρου Απαμείας, καὶ Αλεξάνδρου Ιεραπόλεως, τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, προλαβόντων αὐτὸν, ἐδήλωσεν ἡμῖν ἔχεσθαι τῆς ὑποθέσεως, τῇ πλείονι βραδυτῆτι ἐβάρησε πρὸ ἁγίαν συνοδον οὐχ ὁρμῶν. συναχθέντων τοίνυν ἡμῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ μηνὸς Ιουνίου δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν Ρωμαίων, καὶ περὶ μιᾶς *παρακαλεσάντων δι' εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων τὸν θαυμασὸν Νεστόριον, συνεδρεῦσαί τε ἡμῖν, καὶ κοινωνῆσαι τῆς περὶ τῆς εὐσεβείας τε καὶ πίστεως ζητήσεως, οὐδεμιᾶς παρ' αὐτῷ τετυχηκάμεν ἀποκρίσεως, δηλώσαντος τοῦτο μόνον διὰ τῶν ἀπεσταλμένων· ὅτιπερ σπέρδομαι, καὶ ἐὰν δοκιμάσω, ἅπασιν. Τῇ οὖν ἑπαύριον συναχθέντες ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ καλουμένῃ Μαρίᾳ, περιειμένου

*καλουμένων

mus eccleſiæ Antiochenæ epiſcopus aduentum ſuum differret. At nos itineris difficultatem tarditatis cauſam rati, poſt terminum nobis a veſtra maieſtate præfinitum elapſum, ſexdecim totos dies ſeſſionem diſtulimus. Iam vero alii quidem ſanctorum epiſcoporum ſenio confecti, in extera regione morari non ſuſtinebant; alii aduerſa valetudine in periculum vitæ adducebantur; nonnulli quoque ex illis in hac Epheſiorum metropoli diem extremum obierunt; quidam vero rerum penuria conſtricti, nos adeuntes inſtanter vrgebant, vt mox audientiam auſpicaremur. Exactis proinde ſexdecim integris diebus poſt Pentecoſten, ad ſynodicam audientiam conuenimus. Cum vero Ioannes quoque ſanctiſſimus eccleſiæ Antiochenæ epiſcopus per Alexandrum Apameæ, & Alexandrum Hierapolis, religioſiſſimos epiſcopos, quos præmiſerat, nobis ſignificauit, vt rem propoſitam aggrederemur; nondum comparens, longiori tarditate moleſtiam ſanctæ Synodo attulit. Itaque vigeſimo ſecundo die menſis Iunii ſecundum Romanos congregati ſumus, cum pridie per religioſiſſimos quoſdam epiſcopos admirabilem illum Neſtorium, vt noſtro conſeſſui ſeſe adiungeret, pietatiſque & fidei examinationi vna nobiſcum intereſſet, rogauiſſemus, nullumque ab eo reſponſum obtinere licuiſſet; ſed vnum hoc tantum per eos qui miſſi fuerant, renuntiaſſet: Rem perpendam, & ſi ita viſum fuerit, adero. Cum igitur ſequenti die in ſancta & magna eccleſia, quæ appellatur Maria, conueniſſemus,

ſanctumque euangelium, quod ipſum Chriſtum præſentem nobis monſtrabat, in throno, qui medium locum obtinebat, propoſitum eſſet, Canonum forma ſeruata, tres rurſum alios ſanctiſſimos epiſcopos ad ipſum miſimus, monentes, vt ſanctæ Synodo ſeſe ſiſteret, ſuæque doctrinæ defenſionem proferret. At ille domo, in qua diuerſabatur, frequenti milite circumuallata, cum nullus tamen per id tempus in ciuitate tumultus eſſet, ſicut nec ante quoque vllus extiterat, ne reſponſo quidem legatos noſtros dignatus eſt. Porro autem cum Canones præſcribant, tertio quoque contumacem eſſe admonendum, miſſis iterum aliis ad illum epiſcopis, durum & immorigerum eundem inuenimus, eoſque qui miſſi ad illum fuerant, ad nos remittentem multa cum ignominia, multiſque oneratos conuiciis, militum opera, qui domum illius tuebantur.

Quia ergo æquum non erat, poſteaquam ille conſcientiæ ſuæ improbitate impeditus accedere nolebat, vt tanta Synodus congregata maneret otioſa; non potuimus fidei & pietatis dogmata non diſcutere. Ac primo actorum monumentis religioſas pietatis veſtræ literas ſuo fulgore præfiximus: poſt has ſacræ fidei expoſitionem præmiſimus, quæ primo a ſanctis apoſtolis nobis tradita, poſtea fuit a trecentis decem & octo ſanctiſſimis patribus in metropoli Nicæna a ſanctæ memorię Conſtantino congregatis expoſita: cuius Conſtantini rectam fidem veſtra maieſtas illuſtriorem oſtendit. Ac principio quidem Cyrilli religioſiſſimi ſanctiſſimiq; τῦ ἁγίου διαγγελίε ἐν τῷ μεσαιτάτῳ θρόνῳ, καὶ αὐτὸν ἡμῖν προκείμενα τὸ Χριστὸν δεικνύοντος, ἡμεῖς μὲν κατὰ τὰ τῶν κανόνων ἀκολουθίαν καὶ αὖθις ἀπεστείλαμεν πρὸς αὐτὰ ἕξ ἕτερους ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, παρακαλοῦντες ἀπαντῆσαι εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ τῆς διδασκαλίας αὖθις τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι. ὁ δὲ περιῳκοδόμητο τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν κυκλοθεν πρασκευάσας· καίτοι μηδενὸς ὄντος, μήτε μὲν νῦν θορύβου καθ' ὅλην τὴν πόλιν· οὐδὲ ἀποκρίσεως τοῦ ἀποσταλέντας ἠξίωσε. τὸ δὲ κανόνων παρακελευομένων τῇ τρίτῃ κλήσει * παρακαλεῖσθαι (W) ἀπειθοῦντα, ἀποστείλαντες πρὸς αὐτὸν αὖθις ἑτέρους ἐπισκόπους, ἀπειθοῦντα εὕρομεν καὶ ἀποπέμποντα τοὺς ἀπεσταλμένους μετὰ πολλῆς αἰσχύνης καὶ ὕβρεως διὰ τῶν θεραπόντων τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἐσώτων περιόντων. ἐφ' οἷς ἐκρίναμεν τοσαύτῃ ἁγίᾳ συνόδῳ συνελθούσῃ ἄτοπον μεῖναι, ἐκείνου κακῷ σωφρονήσαντος μὴ ἀπαντήσαντος, περὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς εὐσεβείας ἀναγκαίως ἐκτιθέμεθα ὅρισμα, προλάμπειν τῶν παραπομένων ὑπομνημάτων τυποῦσαν τὸ θεοφιλὲς γράμμα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· μεθ' ὃ περὶ ἔκθεσιν τῆς εὐσεβοῦς πίστεως προθέντες, τῆς πρότερον μὲν παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἀποστόλων παραδεδομένης ἡμῖν, μετὰ δὲ ταῦτα ἐκτεθείσης παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει συνηγμένων παρὰ τοῦ ἁγίοις Κωνσταντίνου, οὗ περὶ ὀρθὴν πίστιν λαμπροτέραν ἐπέδειξε τὸ ὑμέτερον κράτος. καὶ τῇ ἐκθέσει ταύτῃ προτέρου μὲν τὰς περὶ τῆς πίστεως ὑπολαὰς τῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου συγκρίναντες, συμφώνους εὑρομεν τοῖς τε δόγμασι καὶ νοήμασι, καὶ κατ' οὐδὲν ἀπηλλοτριωμένην τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν τῆς εὐσεβοῦς ἐκείνης ἐκθέσεως. ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐλείπετο δοκιμασθῆναι τὰ δόγματα τὰ κηρυχθέντα παρὰ τοῦ θαυμασιωτάτου Νεστορίου· οὐ γὰρ ἄδηλα ἦν, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ διαῤῥήδην κηρυττόμενα, καὶ ἐν βίβλοις, καὶ ἐν ταῖς δημοσίαις διαλέξεσι φανερῶς ἀκροώμενα, καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ τῶν Εφεσίων μητροπόλει πρός τινας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ὑπ' αὐτοῦ φανερῶς εἰρημένα· οὐδὲ γὰρ ἐπαύετο λέγων· οὐ δεῖ λέγεσθαι θεὸν τὸν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπον γεγενημένον· ὀνειδίζων θεότητι τὰ ἀνθρώπινα, ἃ οὐ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν ἀνεδέξατο· διαγελῶν δὲ ὥσπερ τὸ σεπτὸν καὶ θεῖον ἡμῶν μυστήριον, διαλεγόμενος πρὸς τοὺς εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους, τετόλμηκεν εἰπεῖν· ὅτι ἐγὼ τὸν διμηναῖον καὶ τριμηναῖον θεὸν οὐ λέγω· καὶ ταῦτα πρὸ τριῶν ὅλων ἡμερῶν τῆς ἁγίας συνόδου, καθὰ καὶ ἡ τῶν ὑπομνημάτων περιέχει πίστις· ἀναγκαίως καὶ ταῦτα συγκρίναντες τῇ ἐκθέσει τῶν ἁγίων πατέρων, μαχόμενά τε εὑρίσκομεν, καὶ πάντῃ ἐναντία τῆς καθολικῆς ἡμῶν πίστεως καὶ ἀποστολικῆς, ὡς μηδὲ δεῖσθαι ἀπολογίας Νεστόριον, ἀλλὰ αὐτὸν ἑαυτοῦ γίνεσθαι καθ' ἑκάστην κατήγορον, ἐμμένοντα τοῖς διεφθαρμένοις αὐτοῦ δόγμασι, καὶ ἐναντίοις παντελῶς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως.

archiepiscopi epistolas de fide conscriptas cum hac expositione contulimus, collatasque dogmatibus ac sententiis consentaneas comperimus, nec vlla in re doctrinam eius a pia illa expositione discrepantem. His porro transactis, quoniam reliquum videbatur, vt diuulgata dogmata ab admirabilissimo Nestorio discuteremus; (erant autem illa minime obscura, vt quæ in epistolis & libris eius dilucide extarent expressa, & ex publicis eiusdem sermonibus audita fuissent, quæq; in ipsa Ephesiorum metropoli, dum priuatim cum piissimis quibusdam episcopis disceptat, palam ab illo prolata: neque enim dictitare cessabat, Deum dici non debere illum, qui nostri causa homo factus est: quasi vero humana, quæ non propter infirmitatem, sed propter suam erga nos benignitatem suscepit, aliquam diuinæ naturæ ignominiam afferant. idem, cum aduersus piissimos quosdam episcopos dissereret, diuinum illud adorandumq; mysterium nostrum tamquam deridens, dicere ausus est: Equidem bimestrem aut trimestrem Deum non dico: idque triduo ante quam sancta Synodus congregaretur, sicut & commentariorum fides id testatum facit) necessario hæc quoque cum sanctorum patrum expositione comparantes, inuenimus ea cum illis pugnantia, necnon catholicæ nostræ & apostolicæ fidei prorsus contraria, ita vt non opus esset, vt Nestorius horum rationem redderet, aut de his se expurgaret; cum quotidie suiipsius accusator esse pergeret, in peruersis suis dogmatibus, & catholicæ apostolicæque fidei nostræ omnino contrariis persistens.

Huius itaque rei causa ipsum quidem a sacerdotio, peruersaq; doctrinæ cathedra semouimus, canoniceque exauctorauimus; & laudauimus Cælestinum sanctissimum Deoque dilectissimum magnæ Romæ episcopum, qui ante nostram sententiam hæretica Nestorii dogmata condemnarat, nosque in ferenda contra ipsum sententia anteuerterat, prospiciens securitati ecclesiarum, & piæ salutarisque fidei a sanctis apostolis, euangelistis, sanctisq; patribus nobis traditæ, quam ille deprauata doctrina, cuius etiam condemnatus longe lateque sparsit semina, peruertere conatus fuerat. Vestrã ergo maiestatem iterum atq; iterum rogatam cupimus, vt vniuersam illius doctrinam e sanctissimis ecclesiis submoueri, eiusdemque libros vbicumque locorum repertos flammis tradi iubeat, per quos Dei gratiam, propter suam in nos benignitatem hominis facti, abolere contendit; quam ille non benignitatem, sed diuinitatis ignominiam censuit. Quod si quis vestras sanctiones spreuerit, ille vestræ dominationis indignationem formidet. Sic enim & apostolica fides per vestram pietatem munita, persistet illæsa; & nos omnes intentas pro vestra maiestate preces fundemus, per quã & Christus glorificatur, & fides roboratur, & gratia Dei omnibus hominibus illustris redditur. Porro autem, quo rei gestæ series clarius ac planius intelligatur, adiungere placuit actorum monumenta. Subscripserunt autem omnes, quotquot piissimi episcopi in superioribus commentariis ordine recensiti fuerunt.

Τούτου οὖ ἕνεκεν, αὐτὸν μὲν τῆς ἱερωσύνης, καὶ τῆς διεφθαρμένης ἐπαύσαμεν διδασκαλίας, καθαίρεσιν αὐτῷ κανονικῶς ποιησάμενοι· καὶ ἐπαινέσαντες τὸν θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον ἐπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης Κελεστῖνον, περὶ τῆς ἡμῶν ψήφου καταγνόντα τῶν αἱρετικῶν δογμάτων Νεστορίου, καὶ περὶ ἡμῶν ἐξενεγκόντα τὸν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, διὰ τοῦ τὰς ἐκκλησιὰς ἀσφάλισαν, καὶ τῆς παραδοθείσης ἡμῖν εὐσεβοῦς καὶ σωτηριώδους πίστεως πρά τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν, & τῶν ἁγίων πατέρων· τοῦτο διασῴζειν ἐπεχείρησε τῷ διεφθαρμένῳ λόγῳ· * καὶ πολὺ τὸ πλῆθος, ὃ καταγνωσθὲν ἐξέχεε. τῆς δὲ ὑμετέρου δεόμεθα κράτους, κελεῦσαι πᾶσαν αὐτοῦ διδασκαλίαν αἱρεθῆναι ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ τὰ εὑρεσκόμενα ὁπουδηποτοῦν βιβλία πυρὶ παραδίδοσθαι, δι' ὧν ἀθετεῖν πέφυκε τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, αὐθεφόπου γενομένου διὰ φιλανθρωπίαν· ἵνα αὐτὸς ἡ φιλανθρωπία, ἀλλ' ὕβρις ὡς * ἐνόμισε τῆς θεότητος· εἰ δέ τις καταφρονήσει τὰ διαταχθέντων, δεδιέναι τὴν ὑμετέρας κράτους τὴν ἀγανάκτησιν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ ἀποστολικὴ πίστις ἄτρωτος διαμενεῖ, τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ κραταιουμένη· ἅπαντές τε ἡμεῖς ἐκτενεῖς τὰς εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου κράτους ποιησόμεθα, δι' οὗ Χριστὸς δοξάζεται, καὶ ἡ πίστις κραταιοῦται, καὶ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις γνώριμος γίνεται. περὶς δὲ σαφεστέρας καὶ ἐντελεστέρας εἴδησιν τῶν πεπραγμένων, συνέζευκται τὰ ὑπομνήματα· καὶ * ὑπέγραψαν πάντες οἱ παρόντες οἱ τοῖς ὑπομνήμασι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι.

ANNO CHRISTI 431.

* Ita. Vide mox.

* Ita. Vide mox.

ANNO CHRISTI 431.

Επιστολὴ τῆς συνόδου πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως.

Synodi epistola ad clerum, populumque Constantinopolitanum.

Τῷ θεοσεβεστάτῳ κλήρῳ, καὶ τῷ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου.

Sancta Synodus religiosissimo clero, populoque Constantinopolitano.

ΟΥΔΕΙΣ τολμήσας τῷ ἰδίῳ κτίσῃ ἀνθιστῶναι, ἔμενεν ἐκτὸς θείας δίκης, ἀλλ' εἴθις, ὅσον ἦκε καὶ εἰς ἀνθρωπίνην ὄψιν, ἡμείφθη μερικῶς, διὰ τὸ τὴν τελειοτέραν ἀμοιβὴν τῷ μέλλοντι καιρῷ κατ' ἀξίαν φυλάττεσθαι. ὅθεν καὶ Νεστόριος, ὁ τῆς δυσσεβοῦς αἱρέσεως ἀνακαινιστής, φθάσας εἰς τὴν Ἐφεσίων, ἔνθα ὁ θεολόγος Ἰωάννης, καὶ ἡ θεοτόκος παρθένος ἡ ἁγία Μαρία, τὴν συλλόγου τῶν ἁγίων πατέρων καὶ ἐπισκόπων ξενώσας ἑαυτὸν, καὶ κακῷ τῷ συνειδότι ἀπαντῆσαι μὴ τολμήσας, μὴ τελείᾳ κλήσει, ψήφῳ δικαίᾳ τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ τῶν αὐτῶν θεοπνεύστου κρίσεως κατακέκριται, καὶ ἐκβέβληται ἐξηρέφως ἀπὸ παντὸς ὑπομνημάτων, πάσης ἱερατικῆς ἀξίας. χαίρετε τοίνυν εἰς κυρίῳ πάντοτε, καὶ πάλιν ἐρῶ, χαίρετε· καθήρηται γὰρ τὸ σκάνδαλον, καὶ ἐξερρίζωται τὸ ζιζάνιον ἐκ τοῦ χωρίου τοῦ πνευματικοῦ γεωργίου. ὑμεῖς δὲ διαζωπυρήσατε, καὶ λαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐκποδὼν ἐλάσατε σὺν τῆς μιαρᾶς καὶ βεβήλου καινοφωνίας ἐργάτας· ἔσται γὰρ ὑμῖν ὁ μισθὸς οὐκ ἐλάττων τῶν ἐνταῦθα κεκμηκότων. πάντας ὑμᾶς ἀσπάζονται οἱ σὺν ἡμῖν γνήσιοι ἀδελφοί.

NEMO vnquam creatori suo obsistere ausus, diuinam vindictam euasit; sed, quantum quidem humanus aspectus consequi potuit, statim aliquam supplicium partem (siquidem plenior retributio contra ipsum in futuro sæculo reseruatur) depēdit. Quare & Nestorius impiæ hæreseos instaurator, cum in Ephesiorum ciuitatem peruenisset, in qua Ioannes Theologus, & deipara Virgo sancta Maria*, a sanctorum patrum & episcoporum cœtu vltro seipsum abalienans, malæq; conscientiæ reatu impeditus accedere non audens, post trinam citationem, iusta sanctæ trinitatis sententia, diuinoque patrum iudicio condemnatus, & omni sacerdotali dignitate priuatus est: atque illius condemnatio & exauctoratio scriptis mandata, & in actorum cōmentarios relata est. Gaudete itaque in Domino semper, & iterum dico, gaudete: nam offendiculum iam est sublatum, zizaniaque e spiritalis culturæ agro sunt eradicata. Confortamini proinde, & refocillamini; scutoque fidei sumpto, sceleratæ profanæque vocum nouitatis operarios confestim expellite. Neque enim minorem mercedem recipietis, quam illi qui hic desudarunt. Sinceri fratres qui nobiscum hoc loco sunt, in Domino vos omnes salutant.

* *Aliqui subintelligunt,* aliquando habitauerunt, *alii, ædes habent,*

Phil. 4. v. 4.

Epistola Cyrilli episcopi ad clerum populumque Alexandrinum.

Επιστολὴ Κυρίλλου ἐπισκόπου πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Ἀλεξανδρείας.

ANNO CHRISTI 431.

Cyrillus presbyteris, & diaconis, populoque Alexandriæ, dilectis desideratissimisque, in Domino Sal.

Κύριλλος πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ Ἀλεξανδρείας, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ETSI quæ acta sunt, vestræ pietati latius explicari debebant; attamen quod tabellarii festinarent, breuitate in scribendo vsus sum. Scitote itaque, sanctam Synodum in magna ciuitatis Ephesi ecclesia, quæ appellatur deipara Maria, vigesima octaua mensis Pauni fuisse factam. Cum autem totus dies insumptus ibidem esset, tandem damnatum blasphemum Nestorium, nec audentem ad sanctam Synodum accedere, depositionis sententiæ subiecimus, & ab episcopatus gradu amouimus. Episcopi autem qui conuenimus, ducenti circiter eramus, plus, minus. Vniuersus vero ciuitatis populus a primo diei ortu vsque ad vesperam sanctæ Synodi iudicium præstolabatur. Vt autem auditum est, illum blasphemiarum auctorem sua dignitate priuatum esse, omnes vna voce sanctã Synodum laudare, Deumque glorificare cœperunt, quoniam fidei hostis concidisset: nos quoque, vbi primum ex ecclesia egressi fuimus, cum facibus & tædis vsque ad diuersorium deduxerunt: erat enim vespera: multaque passim lætitia, multa etiam luminaria accensa, ita vt mulieres quoque thuribula gestantes antecederent nos. Atque ita saluator his qui gloriam illius

ΕΙ καὶ πλατύτερον ἔδει τὰ γεγυμνασμένα τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ γνωρίσαι, ἀλλὰ διὰ τὸ κατεπείγεσθαι τοὺς τὰ γράμματα ἀποκομίσαι, συντόμως ἐπέστειλα. ἴστε οὖν, ὅτι τῇ τριακοστῇ καὶ ὀγδόῃ τοῦ Φαυνὶ μηνὸς ἡ ἁγία σύνοδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἡ τις καλεῖται Μαρία θεοτόκος. διατελέσαντες δὲ πᾶσαν τὴν ἡμέραν, τελευταῖον καταγνωσθέντα, καὶ οὐδὲ τολμήσαντα παραβαλεῖν ἑαυτὸν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν δύσφημον Νεστόριον καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν, καὶ ἐξεβάλομεν τῆς ἐπισκοπῆς. ἦμεν δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι * ὡσεὶ διακόσιοι, ἤτοι ἡ πλείους. ἐπέμενε δὲ πᾶς ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἀπὸ πρωΐ ἕως ἑσπέρας περιμένων τὸ κρίμα τῆς ἁγίας συνόδου. ὡς δὲ ἤκουσαν, ὅτι καθῃρέθη * ὁ δυσσεβὴς, πάντες φωνῇ μιᾷ ἤρξαντο δυσφημεῖν τὸν ἁγίαν σύνοδον, καὶ δοξάζειν τὸν θεὸν, ὅτι πέπτωκεν ὁ τῆς πίστεως ἐχθρός. ἐξελθόντας δὲ ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐκκλησίας προέπεμψαν μετὰ λαμπάδων ἕως τοῦ καταγωγίου· λοιπὸν γὰρ ἦν ἑσπέρα· καὶ γέγονε πολλὴ θυμηδία, καὶ λυχναψία ἐν τῇ πόλει· ὥστε καὶ γυναῖκας θυμιατήρια κατεχούσας προπορεύεσθαι ἡμῶν. καὶ ἐδόξασεν ὁ σωτὴρ τοῖς δυσφημοῦσι τὸν

* ὡσεὶ διακόσιοι, ἤτοι ἡ πλείους.

* ἀφῃρέθη, ἤγουν

ANNO CHRISTI 431.

τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὅτι πάντα δύναται. μέλλομεν οὖν τοῦ χάρτας τελειώσαντες, τοῦ γενομένοις ἐν τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, λοιπὸν ἐπιταχύνειν πρὸς ὑμᾶς. σὺν θεῷ πάντες ἐσμὲν ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ὑγείᾳ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι.

infamare ſtudebant, omnia ſe poſſe oſtendit. Nos igitur, cum primum commentarios rerum geſtarum in depoſitione ipſius abſoluerimus, ad vos Deo dante feſtinabimus. Omnes per Saluatoris noſtri gratiam læti degimus, bonaque valetudine vtimur. Vos in Domino dilecti & deſideratiſſimi, valere opto.

Τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου πρὸς τὸν αὐτὸν κλῆρον καὶ λαὸν ἐπιστολὴ δευτέρα.

Eiuſdem Cyrilli ad eumdem clerum populumque epiſtola altera.

Κύριλλος πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ λαῷ Αλεξανδρείας, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Cyrillus preſbyteris, diaconis, populoque Alexandriæ, dilectis ac deſideratiſſimis in Domino Sal.

ΤΑ λαμπρὰ καὶ μεγάλα τῶν κατορθωμάτων οὐ δίχα πόνων εἰς πέρας ἄγεται. δεῖ δὲ δὴ πάντως ἀγαθοῦ παντὸς ἱδρῶτα προανατεῖλαι. καὶ οὐ θαυμαστὸν, εἰ ἐν τοῖς μεγάλοις ἀκολουθοῦν ὁρῶμεν τὸ τοιοῦτον, ὅτε καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ κάτωθεν καὶ μερίμνης γέμει, καὶ διὰ πόνων ἔρχεται. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πονεῖν δεδιδάγμεθα λέγειν· ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία του, καὶ ὑπόμεινον τὸν κύριον. τεθαρσήκαμεν γὰρ, ὅτι καρπὸς εὐκλεὴς τοῖς εἰς ἀρετὴν σπουδάσμασιν ἕπεται, καὶ πνευματικῆς ἀνδρίας ξένιον εὑρίσκομεν τὸν παρὰ θεοῦ μισθόν. αἵρεσιν τοίνυν μιαρωτάτην, ἐπιχειρήσασαν ἤδη κατὰ πάσης αἵρεσθαι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ * ἀνυψώσασαν εἰς ὕψος τὸ κέρας, καὶ λαλοῦσαν ἀδικίαν κατὰ τοῦ θεοῦ, καθεῖλεν αὐτὸς, καὶ οἷάπερ φλόγα, κατεμπρῆσαι θέλουσαν τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας

* ἀνυψῶσαν

PRÆCLARA & magna virtutis opera non abſque labore confici ſolent. Etenim omnino res ita comparata eſt, vt vnicuique commodo ſuus neceſſario antecedat ſudor. Nec mirum eſt ſane, ſi in rebus magnis id vſu venire videamus, cum etiam vulgaria & inferiora non ſine labore cuipiam, nec citra moleſtias & curas obtingere deprehendantur. Verum inter hos labores dicere didicimus: *Viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*. Certo namque perſuaſum habemus, conatus ad virtutem ſpectãtes glorioſum fructum ſortituros; noſque ſpiritalis fortitudinis munus, mercedem quæ a Deo redditur, reperturos. Proinde impuriſſimam illam hæreſim, quæ contra totum terrarum orbẽ ſeſe iam extollere tentauerat, cornuque in altum erecto iniquitatem contra Deum loquebatur, ipſe Deus demolitus eſt, & velut flammã quampiam recta eccleſiæ

Pſ. 26. v. 14.

Pſal. 74.

dogmata depascere volentem, vnigenitum Dei Verbũ extinxit; ipsum illius inuentorem & auctorem prostratum, eneruatumque, per sanctæ Synodi sententiam a sacerdotio semouens. Itaque læti
Ps. 125. v. 3. iam dicere possumus: *Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes*. Gaudeant enim merito doctores, ac populi duces, fidem rectam esse cõfirmatam, & vbiq; celebrari omnium Saluatorem & Deum, satana iam cõpresso, ac scandalis, quæ concitauerat, sublatis, veritatisq; dogmatibus aduersus mendacium victoria potitis, ita vt iam omnes vno ore &
Eph. 4. v. 5. vna voce dicamus: *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma*. Hæc quidem etiam nunc tamquã filiis perscribo, admirabilia Saluatoris nostri opera recensens, vt prolixiores ad Deum preces fundatis, quo illo tandem aspirante, incolumes gaudentesque vobis gaudentibus restitui possimus. Valere vos in Domino exopto.

δόγματα, κατέσβεσεν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, τὴν ταύτης εὑρετὴν καὶ πατέρα καταργήσας τε ὁμοῦ καὶ παύσας τῆς ἱερωσύνης ψήφῳ τῆς ἁγίας συνόδου. ὥστε καὶ χαίροντας ἡμᾶς λέγειν· ἐμεγάλυνε κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν, ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. εὐθυμία γὰρ καὶ διδασκάλοις, καὶ τοῖς λαῶν ἡγουμένοις, τὸ τὴν ὀρθὴν κρατύνεσθαι πίστιν, καὶ δοξάζεσθαι πανταχοῦ τὴν τῶν ὅλων σωτῆρα καὶ θεὸν, καταργουμένου τοῦ σατανᾶ, καὶ ἀνῃρημένων τῶν παρ' αὐτοῦ σκανδάλων, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων κατισχυόντων τοῦ ψεύδους· ἵνα πάντες * ἐξ ἑνὸς στόματος ὁμοφώνως λέγωμεν· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. ταῦτα καὶ νῦν ὡς τέκνοις γράφω, τὰ παράδοξα τοῦ σωτῆρος διηγούμενος, ἵνα ἐκτενεστέρας ποιῆτε τὰς προσευχάς· ὥστε ἰσχύσαι μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς χαίροντας χαίροισιν ἀποδοθῆναι * μετ' εὐροστίας. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὔχομαι.

Anno Christi 431.

* ὡς ἐξ

* μετ' εὐροστίας

Cyrilli epistola ab Epheso ad patres monachorum scripta.

Κυρίλλου ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Εφέσου πρὸς τοὺς πατέρας τῶν μοναζόντων.

Religiosissimis piissimisque monachorum patribus, ceterisque qui monasticam vitam vna vobiscum exercent, & in fide Dei constanter perseuerant, dilectis ac desideratissimis, Cyrillus in Domino salutem.

Κύριλλος τοῖς εὐλαβεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις πατράσι * μοναχοῖς, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τῶν μονήρη βίων ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει θεοῦ ἱδρυμένοις, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἐν κυρίῳ χαίρειν.

* δὲ μοναχοῖς

DOMINVS noster Iesus Christus a scelestis Iudæis contumeliis affectus, illusus, colaphis ac flagellis cæsus, ac postremo propter nos & pro nobis cruci affixus, cum omnes in ipsum delin-

ΟΚΥΡΙΟΣ ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, ὅτε τὰς παρὰ τῶν ἀνοσίων Ιουδαίων ὑπέμεινε παροινίας, λοιδορούμενος καὶ ῥαπιζόμενος, καὶ μαστιζόμενος, καὶ τὸ τελευταῖον τῷ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ

ANNO CHRISTI 431.

ἡμῶν σταυρῷ προσηλούμενος, ὁρῶν ἅπαντας τοὺς πλημμελοῦντας εἰς αὐτὸν, καὶ τὰς ἀνοσίους ἐπ' αὐτῷ * σείοντας κεφαλὰς, ἔφασκε· καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε· καὶ παρακαλοῦντας, καὶ οὐχ εὗρον. τοιοῦτόν τι καὶ νῦν γεγενημένον ὁρῶμεν· μᾶλλον δὲ, ἵνα μὴ τὴν τῶν πιστῶν καὶ γνησίων ὑβρίζω ζῆλον, ἐπὶ ταῖς δυσφημίαις Νεστορίου πολλοὺς ἔσχε συλλυπουμένους· εἰ καὶ ἠθέτησάν τινες αὐτὸν τῶν συντεταγμένων εἰς ἱερωσύνην, συμπράττοντες τῷ αἱρετικῷ, καὶ τοῖς αὐτῷ πολεμοῦσιν ἀντιτατόμενοι. ἀλλὰ καταργήσει Χριστὸς τὰς τούτων ἀπαιδευσίας· μᾶλλον δὲ ἤδη κεκατήργηκε. πέπαυται γὰρ τὸ δύσφημον στόμα, καὶ σεσίγηκεν ἡ μιαρωτάτη γλῶττα, οὐκέτι τὰς κατὰ Χριστοῦ προφέρουσα βλασφημίας ἐν ἐξουσίᾳ διδασκαλικῇ τε καὶ ἀρχιερατικῇ· καὶ οἱ τὴν φιλίαν αὐτοῦ δυσωπηθέντες μᾶλλον, καὶ οὐχὶ τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγάπης πεφροντικότες, ἀτιμίας ἔχουσι τὰ πρόσωπα μεστά· οὕτω γὰρ αὐτοῖς ὠφείλετο. ἀλλ' εἰ καὶ νενίκηται λοιπὸν ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἐσμεν ἐν λειψάνοις τῆς φροντίδος, χρήζομεν καὶ οὕτω τῶν ὑμετέρων ἱκετειῶν πρὸς τὴν θεόν· καὶ ἔστιν ἀναγκαῖον ὑμᾶς, ὡς ἀναθέντας τῷ θεῷ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν, ὁσίας ἐπαίρειν χεῖρας, καὶ συχνῶς τοῦτο πράττειν ὑπὲρ ἡμῶν. ἐννοήσατε γὰρ ὅτι Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ μετὰ τῶν ἐπιλέκτων τοῦ Ἰσραὴλ * ἀντεπράττετο τῷ Ἀμαλὴκ, ὁ δέ γε μακάριος Μωσῆς τὰς χεῖρας ἐπαίρων ἐζήτει παρὰ θεοῦ τὸ νικᾶν δύνασθαι τοὺς ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ. ἀνδριζέσθω τοίνυν ἡ θεοσέβεια ὑμῶν * ἐν προσευχαῖς, καὶ ὡς τέκνα γνήσια πατράσι συμπράττετε, νόσον ὥσπερ τινὰ λοιμικὴν, τὴν

* κενοῦντας

* ἀντεπράττετο

* εἰς προσευχάς.

quentes, & impia aduersum se capita mouentes cerneret, aiebat: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; & consolantes, & non inueni. Eiusmodi quidpiam nunc quoque accidisse videmus. Imo vero, ne sincere fidelium zelum iniuria afficiam, plurimos habuit, qui propter Nestorii blasphemias simul contristati fuerunt; quamquam nõ omnium hic sensus fuit. Nam inter eos quoque, qui sacerdotio funguntur, comperti sunt nonnulli, qui causam ipsius desererent, vtpote cum homine hæretico conspirantes, iisque qui illum impugnant, sese obiectantes. Sed horum inscitiã Christus destruet, aut (vt verius dicam) iam destruxit. Compressum est enim os blasphemum, & conticuit lingua impurissima, nec amplius blasphemas contra Christum voces in pontificali & doctorali auctoritate in posterum depromet. Et qui ipsius amicitiam caritate quæ est in Christum, potiorem ducebant, ii vultus iam nunc gerunt dedecore plenos. hoc enim debebatur ipsis. Sed licet inimicus iam debellatus sit, & curarum nunc supersint reliquiæ, attamen ad hoc etiam vestris ad Deum precibus egemus. Et necessarium est, vt vos, qui vestram vitam Deo consecrastis, puras ad illum manus leuetis, atque hoc ipsum pro nobis sæpe faciatis. Considerate, Iesu Naue cum selectis Israelitis contra Amalec dimicante, beatum Moysen sublatis in cælum manibus victoriam his a Deo postulasse aduersus eos, quibuscum pugnabant. Viriliter itaque agat vestra pietas in precando, vestrisque, vt germani filii, adeste patribus, qui falsam Ne-

Matth. 27.
Ps. 68. v. 21.
1. Tim. 2. v. 8.
Exod. 17.

ſtorii doctrinam veluti morbum quempiam peſtiferum exciderunt; vt fidem immaculatam, inculpatamque, ac nulli prorſus reprehenſioni obnoxiam tenentes, Chriſto omnia propter nos, noſtrique cauſa perpeſſo, placere poſſimus. Exhilarate vero etiam nos per literas. Illæ enim nobis maximæ erunt conſolationi. Bene valere vos opto, dilecti & deſideratiſſimi fratres.

Homilia Rhegini Conſtantiæ Cypri epiſcopi, habita Epheſi poſt Neſtorii depoſitionem.

DECREVERAM equidem ſilere, eaque ratione patres honorare, nec orationem inſcitiæ meæ monimentum relinquere. Sed quoniam, o ſapiens, ſilentium expetentem ſilere non pateris, orationis exordium mihi faciendum eſt. Dictum eſt enim alicubi: Sapiens audit conſilium. Quia ergo magnus ille ſacrorum myſteriorum doctor te dedit depingere, dum ait: Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur? &: Quomodo Babylon cecidit? alteri te conferre non valeo, quam Iudæis, qui Dominum occiderunt: horum namque impietatem tu exſuſcitaſti. Illi enim aliquando Dei portio extiterunt, legemq; acceperunt, & filiorum adoptione dignati ſunt, & innumeris bonis potiti fuerũt. Verum cum in beneficiorum magnitudine ebriorum more inſanirent, Deum dicentem audierunt: *Filios genui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me*. Sed quo te nomine quiſpiam recte appellet? An infelicis illius Cain vocabulo te nun-

Prou. 12. v. 15.
Iſ. 14. v. 12.
Apoc. 18.
Deut. 32. v. 9.
Rom. 9. v. 4.
Iſai. 1.
Geneſ. 4.

Νεστορίου κακοδοξίαν * ἐκκόψαντες· ἵνα καὶ ἄσπιλον, καὶ ἀμώμητον, καὶ οὐδαμόθεν διαβεβλημένην ἔχοντες πίστιν, εὐαρεστεῖν ἰσχύσωμεν τῷ τὰ πάντα δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεμενηκότι Χριστῷ. εὐφράνατε δὲ καὶ διὰ γραμμάτων ἡμᾶς· δεξόμεθα γὰρ ὡς ἱκανωτάτην τὸ πρᾶγμα παράκλησιν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

ANNO CHRISTI 431.
* ἐκκόψαντες.

Ρηγίνου ἐπισκόπου Κωνσταντίας Κύπρου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου.

ΕΜΟΙ μὲν ἐδόκει σιγᾶν, καὶ ταύτῃ τοῦ πατέρας τιμᾶν, καὶ μὴ στήλην ἀπαιδευσίας καταλιμπάνειν τὸν λόγον. ἐπεὶ δὲ σιγᾶν ἐθέλοντα οὐκ ἐᾷς, ὦ σοφὲ, καί μοι τῶν λόγων ἀρκτέον. εἴρηται γάρ που· ὑπακούει συμβουλίας σοφός. οὐκοῦν ἐπειδήπερ σε διαγράφειν * ἔδωκεν ὁ μυσταγωγὸς, λέγων· πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωὶ ἀνατέλλων; καί· πῶς ἔπεσε Βαβυλών; ἀναγκαίως ἑτέρῳ τινὶ οὐκ ἦν συγκρῖναι, ἢ Ἰουδαίοις τοῖς κυριοκτόνοις, ὧν τὴν δυσσέβειαν ἐξῆψας. οὗτοι γάρ ποτε θεοῦ μερὶς ἐγένοντο, καὶ τὸν νόμον ἐδέξαντο, καὶ υἱοθεσίας ἠξιώθησαν, καὶ μυρίων ἀγαθῶν ἀπήλαυσαν· καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐμπαροινήσαντες, ἤκουσαν θεοῦ λέγοντος· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. τί δ' ἂν σέ τις προσειπὼν, ὀρθῶς προσείποι; τὸν ἄθλιον Κάϊν; ἀλλὰ τὰ

* ἔγραψεν.

ANNO CHRISTI 431.

ἐκείνου μετριώτερα τῶν σῶν. τῶν ἐλεεινὸν Χάμ, τῶν τῇ τοῦ πατρὸς ἐπιγελάσαντα γυμνώσει; ἀλλὰ τὰ Σοδομιτῶν ταῖς σαῖς δυσφημίαις ἀντιμετρήσας, εἴπω· δεδικαίωται Σόδομα ἐκ σοῦ. σὺ γὰρ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν οἰκουμένην ἐσάλευσας, καὶ τὴν πίστιν ἀνατρέψαι ἠθέλησας, καὶ τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν τῆς ἐνσαρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς πορθῆσαι ἐσπούδασας, τό γε ἧκον ἐπὶ σοί· ὥστε καὶ περὶ σοῦ λέγεσθαι· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι τοῖς σοῖς τραύμασιν, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. καὶ ἔδει μὲν ἔκπαλαι πρὸς ἔλεγχον τῆς σῆς δυσσεβείας, μικρὰ ὧν τετόλμηκας ἀπόνασθαί σέ τε καὶ τὴν σὴν παρεμβολὴν, ἢ πυρίφλεκτον, ἢ χασματιαίαν γενομένην, ἵνα τοῖς ἁπλουστέροις φαίνοιο δίκας δεδωκώς. παρ' ἡμῖν γὰρ ἤδη δέδωκας· ὁ γὰρ παρὰ σοῦ μεριζόμενος θεὸς λόγος, ὁ προκύψας ἔνσαρκος ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας, ἄφευκτόν σοι τὸ τῆς βασάνου κολαστήριον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὁριεῖ. ἀλλὰ τί φαίης, ὦ θαλάσσης καὶ θανάτου ἀνοητότερε; θάλασσα μὲν γὰρ τῶν δεσπότην ἰδοῦσα τὰ νῶτα ὑπέστρωσε, θάνατος δὲ Λάζαρον ἐδίδου τοῖς ἐξ αἵματος, ἀσυνήθει νόμῳ. καὶ σιγῶ ἥλιον ὑπὸ δέους κρυπτόμενον διὰ τὸ δεσποτικὸν πάθος, πέτρας ῥηγνυμένας, μνήματα ἀνοιγόμενα. καὶ εἰ μικρά σοι ταῦτα, αἰσχύνθητι τῶν ἐγερθέντων νεκρῶν τὴν μαρτυρίαν, τῶν τοῦ ᾅδου πυλωρῶν τὸν τρόμον, τὸ τοῦ καταπετάσματος σχίσμα, τῶν φωτὸς τὴν μεταβολὴν, τῆς ἡμέρας τὸ σκότος. καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἔμεινεν ἀκαμπὴς ὁ δείλαιος, ἀνουθέτητον ἔχων

cupabimus? Atqui Caini commissa tuis minora extiterunt. An miserabilem illum Cham te vocem, qui paternam nuditatem derisit? Sed & Sodomitarum facta cum tuis collata blasphemiis, eiusmodi sunt, vt dicere nobis liceat: Sodoma iustificata est ex te. Tu enim breui temporis spatio terrarum orbem commouisti, fidemq; euertere voluisti, & ineffabilem illam aduentus in carne vnigeniti dispensationem, quantum in te fuit, penitus demoliri studuisti, ita sane, vt recte illud dici de te quoque possit: Vulnera tua malagma non admittunt, oleum & colligationem fasciæ respuerunt. Enimuero ad manifestam impietatis tuæ redargutionem iam pridem exiguum aliquod audaciæ tuæ precium tibi & tuis castris, conflagratione, terræve hiatu consumptis, reddi oportuerat, quo simplicioribus pœnas dedisse videreris. nam apud nos iam dedisti: quandoquidem Deus Verbum, quod ex deipara virgine Maria incarnatum prodiit, abs te diuisum, in die iudicii ineuitabile cruciatus supplicium tibi decreturum est. Ecquid, o tu & mari & morte insipientior dicere poteris? Etenim mare Dominum agnoscens, dorsa illi substrauit; mors vero insueta lege Lazarum consanguineis suis restituit. Prætereo solem ob Domini passionem præ horrore celatum, petras scissas, monumenta aperta. Quod si hæc parua tibi videntur, reuerere resuscitatorum mortuorum testimonium, ianitorum inferni tremorem, veli scissionem, lucis mutationem, diei tenebras. In his autem omnibus infelix, inemendabilem prauitatis consuetudinem

Genes. 9. *Genes. 19.* *Ezech. 16. v. 52.* *Isa. 1. v. 6.* *Matth. 14.* *Ioan. 11.* *Matth. 27.*

retinens, immobilis perſtitit. Ac illius quidem talis eſt ſtatus. Nos autem diuinis nutibus obſequentes, adoremus Deum Verbum, quod in carne nobiſcum verſari non eſt dedignatum, quamuis per hoc a paterna ſubſtantia minime receſſerit, exiſtens ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo oris ſui.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini homilia Epheſi dicta, cum ſynaxes peragerentur, depoſito Neſtorio.

OPORTEBAT ſane doctorum eorum, qui ante nos dixerunt, inſtitutione contentos, ſacriſque fluentis iam repletos, ſatietatem hanc honorare. At vero quia animaduerto vos inſatiabili audiendi ſtudio incenſos; agedum & nos quoque pauca iis quæ ante iam dicta ſunt, conſentanea in medium afferamus. Nullum itaque dubium eſt, quin illuſtris ſanctorum chorus ex Chriſti laudibus decus & ornamentum capiat, glorioſeque exultet eo nomine, quod ſincere illum diligat. Beatus itaque propheta Iſaias alicubi ad ipſum ait: *Domine Deus meus glorificabo te, hymnum dicam nomini tuo, quoniam feciſti res admirabiles.* Et beatus propheta Dauid: *Lingua mea,* inquit, *meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.* Et hic quidem ſanctorum eſt ſcopus. At vero mali & ſcelerati, magnum illud, venerandumque ac profundum incarnati vnigeniti myſterium ignorantes, temere blaſphemant, incontinenſque ac effrenatum os aperiunt. Quamobrē audiant hi pro-

Iſai. 25.

Pſ. 34. v. 28.

τῆς κακίας τὸν τρόπον. καὶ οὗτος μὲν ἐν τούτοις. ἡμεῖς δὲ τοῖς θείοις νεύμασιν εἴκοντες, προσκυνήσωμεν τὸν θεὸν λόγον, τὸν καταξιώσαντα μετὰ σαρκὸς πολιτεύσασθαι μεθ' ἡμῶν, οὐκ ἐκστάντα τῆς πατρικῆς οὐσίας, ὄντα ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως, φέροντά τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τοῦ στόματος αὐτοῦ.

ANNO CHRISTI 431.

Κυρίλλου ἐπισκόπου Αλεξανδρείας ὁμιλία λεχθεῖσα* Εφεσίοις, συνάξεων ἐπιτελουμένων, καθαιρεθέντος Νεστορίου.

* ἐν Ἐφέσῳ.

ΕΔΕΙ μὲν ἀρκεῖσθαι ταῖς τῶν προλαβόντων διδασκάλων μυσταγωγίαις, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐμπιπλαμένοις νάμασι τιμῆσαι τὸν κόρον. ἐπεὶ δὲ βλέπω πρὸς φιλακοΐαν ἀπλήστως διακειμένοις, φέρε καὶ ἡμεῖς ὀλίγα λέγωμεν τοῖς προλαβοῦσιν ἀκόλουθα. ἔστι τοίνυν οὐδαμόθεν ἀμφίβολον, ὅτι ταῖς εἰς Χριστὸν εὐφημίαις ὁ λαμπρὸς τῶν ἁγίων ἐπισεμνύνεται χορὸς, καὶ κάνχημα ποιεῖται τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον. καὶ γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Ησαΐας πρὸς αὐτόν που φησί· κύριε ὁ θεός μου δοξάσω σε, ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα. ὁ δέ γε μακάριος προφήτης Δαυίδ· ἡ γλῶσσά μου, φησὶ, μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν ἔπαινόν σου. ἀλλ' οὗτος μὲν τοῖς ἁγίοις ὁ σκοπός. οἱ δὲ πονηροὶ καὶ ἀλιτήριοι, οἱ τὸ μέγα, καὶ σεπτὸν, καὶ βαθὺ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς οὐκ εἰδότες μυστήριον, δυσφημοῦσιν ἀφυλάκτως, ἀκρατὲς καὶ ἀπύλωτον ἀνοίγοντες στόμα. οὐκοῦν ἀκουέτωσαν λέγοντος πρὸς

ANNO CHRISTI 431.

αὐτοῦ τοῦ προφήτου Ησαΐου· ὑμεῖς δὲ
προσαγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι, σπέρ-
μα μοιχῶν καὶ πόρνης· ἐν τίνι * ἐτρυφή-
σατε, καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑ-
μῶν; οὐχ ὑμεῖς ἐστε τέκνα ἀπωλείας,
σπέρμα ἄνομον; τέκνα γὰρ ἀπωλείας
κατὰ ἀλήθειαν, καὶ ἄνομον σπέρμα, ἃ τὴν
ἀγοράσαντα αὐτοῦ δεσπότην * ἀρ-
νησάμενοι· ἠγοράσθημεν γὰρ τιμῆς, καὶ
οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ
τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ
ἀσπίλου Χριστοῦ. αἷμα δὲ ἀνθρώπου
κοινοῦ, καὶ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς, πῶς
ἂν ἐγένετο τῆς οἰκουμένης ἀντάξιον;
πῶς δὲ καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα
πάντας * σώσῃ; πῶς αὐτοῦ γεγόναμεν,
ἃ τὴν ἀληθῆ καὶ φύσει θεὸν ἐπιγρα-
φόμενοι; πῶς αὐτῷ λατρεύομεν, ἃ
τὸ προσκυνεῖν τῇ κτίσει παρὰ τὴν κτί-
σαντα παραιτούμενοι; ἀλλὰ γὰρ, ὡς
ἔφην ἀρτίως, * ἀχαριστοῦσί τινες τῇ
τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμερότητι, ἀρνοῦν-
ται τοῦ δεσπότην, ἀποσείονται τῆς δου-
λείας τὴν ζυγόν· ἵνα καὶ περὶ αὐτῶν λέ-
γῃ Χριστὸς διὰ φωνῆς * προφήτου·
οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι * ἀπεδήμησαν ἀπ' ἐμοῦ·
δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ·
ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοῦ, αὐτοὶ
δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ.
καταψεύδονται γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
εὐκλείας καὶ ὑπεροχῆς ἃ τῆς τῶν φαρι-
σαίων σκαιότητος καὶ ἀνοσιότητος μι-
μηταί· ἃ χριστιανοῦ μὲν πρόσωπον
περιτιθέντες ἑαυτοῖς, ἰουδαΐζουσι δὲ τὴν
διάνοιαν ἔχοντες· ἃ γλῶσσαν ἐπη-
σκηκότες πικρὰν καὶ ἰοβόλον, ἵνα καὶ
πρὸς αὐτὴν λέγῃ Χριστὸς τὸ διὰ φω-
νῆς Ιερεμίου· ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σὲ, τὴν
ὑβρίστριαν, λέγει κύριος. Ιουδαῖοι μὲν
οὖν ἃ πάλαι κατεπεφύοντο τοῦ παν-

phetam Isaiam hac oratione ipsos compellantem: *Vos autem accedite huc, filii iniqui, semen adulterorum & fornicariæ; in quo oblectati estis, & super quem aperuistis os vestrum? Numquid non estis vos filii perditionis, semen iniquum?* Sunt enim vere perditionis filii, & semen iniquum, qui Dominum qui illos redemit, abnegarunt. *Empti enim sumus precio; & non corruptibilibus argento vel auro, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi.* At quomodo vulgaris, nobisque similis hominis sanguis orbis precium exæquare potuisset? Quomodo vero vnus pro omnibus mortuus est, vt omnes saluaret? Quomodo illius facti sumus, qui veri, naturalisq; Dei titulo insignimur? Quomodo eum colimus, qui creaturæ seruire, & cultum adhibere potius quam creatori, detrectamus? Verum, vt modo aiebam, quidam Saluatoris nostri mansuetudini ingrati, Dominum negant, seruitutisque iugum excutiunt; vt & de iis dicat Christus per prophetæ vocem: *Væ eis, quoniam recesserunt a me: infelices sunt, quoniam impie egerunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* Mentiuntur enim contra Saluatoris nostri gloriam & excellentiam, pharisæorum improbitatis & impietatis imitatores. Enimuero Christiani hominis personam induunt, sed mentem interim iudaizantem obtinent, linguamque amaram & virulentam exercent; vt ad eam quoque Christus per Ieremiæ vocem dicat: *Ecce ego contra te contumeliosam*, dicit Dominus. Iudæi sane veteres Christum omnium nostrum saluatorem adoriebantur,

Is. 57. v. 3.
1. Cor. 6. v. 20.
1. Pet. 1. v. 18
2. Cor. 5.
Osee 7. v. 13.
Ier. 50. v. 31.

perinde ac feræ in illum irruebant, lapidibusque benefactorem ac saluantem appetebant. ad quos tum loquebatur Saluator: *Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* Et hæc quidem veteres Iudæi Saluatori nostro crimina impingebant. At væsaniæ & impietatis illorum æmuli rursum incusant, ac dicunt: Cur tu, cum homo sis, facis teipsum Deum? O stolide, ac maxime detestande, non intelligis mysterium. Non enim, cum homo esset, fecit seipsum Deum; sed Deus suapte natura cum sit, sine vlla mutatione, ac sine confusione factus est homo: & qui ineffabili modo ex Deo patre generatus est, secundum carnem ex muliere nasci sustinuit, ac filius hominis appellatus est, vt nos saluaret. Factus est tibi similis propter te, & mansit propter seipsum hoc ipsum quod erat. Agnosce itaque vnigenitum factum in carne, fatere Deum esse illum, qui propter nos homo factus est: seipsum tibi exhibet, dicens: *Ipse qui loquebar, adsum.* Etenim prisci sæculi hominibus legem proposuit per Moysen; at vero iam cum carne aduenit. Testes accipe sanctos prophetas. Nonne Baruch, Emmanuelem tantum non digito demonstrans, *Hic est*, ait, *Deus noster, & non reputabitur alter ad eum: adinuenit omnem viam disciplinæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc visus est in terra, & cum hominibus conuersatus est.* Canit de eo beatus quo-

Ioan. 10. v. 32.

Ibid. v. 33.

Isa. 52. v. 6.

Baruch. 3. v. 36.

Κύριλλος ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας εἶπεν· Ἐπὶ παρείμι καὶ νῦν, ἐξαιτῶν ἀπολογίας, ἅμα τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Μέμνονι, ὑπὲρ ὧν εἰς ἡμᾶς πεπλημμέληκε παρὰ τοὺς θεσμοὺς τῆς ἐκκλησίας, καὶ παρὰ παντα λόγον, ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης. ἡ ἁγία ὑμῶν σύνοδος σωφρονεῖ, καὶ ἔστιν ἐκ ἀμφίβολον, ὡς εἴπερ ἐδεδίειμεν τοῦ παρ' αὐτῆς ἐλέγχους, ἐκ δὴ ἐχρησάμεθα τοιαύτῃ παῤῥησίᾳ, ὥστε παρακαλέσαι καὶ τετάρτην ταύτην κλῆσιν προσπαῆναι τὸν μνημονευθέντα ἐλθεῖν, καὶ χρήσασθαι οἷς ἂν βούλοιτο καθ' ἡμῶν λόγοις. ἐπεὶ δὲ ὑπερθέσεις πλάττεται ποικίλας, ἄλλοτε ἄλλας ἐπινοῶν ἀφορμάς· ὁ γὰρ ἀλοὺς νήχεται λόγοις, καὶ τὸ γεγραμμένον, ἀκόλουθόν ἐστι, τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον καὶ οἰκουμενικὴν τὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς δοκοῦντα θεσμοῖς ἀποκρίνασθαι.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· Ἔδει μὲν κανονικῶς κινηθεῖσαν τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον ἐπὶ ταῖς ὕβρεσι ταῖς κατὰ τὸν ἁγιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου, καὶ τὸν θεοφιλεστάτου καὶ ὁσιωτάτου συλλειτουργοῦ Μέμνονος, ταῖς γνωμέναις παρά τε τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ,

oportebat, admonitionem etiam nunc piissimi episcopi Daniel & Commodus & Timotheus fecerunt : causam quoque, propter quam missi fuerant, patefecerunt, & ad sacerdotum notitiam deduxerunt, ita vt iam nihil eorum omnium, quæ indicari debuerant, reuerendissimum Ioannem fugiat, nulloque commento ad excusationem, prætexens ignorationem, vti queat.

Cyrillus Alexandriæ archiepiscopus dixit: Adsum & nunc quoque vna cum reuerendissimo episcopo Memnone, de his quæ contra Canones ecclesiasticos, omnemque rationem, Ioannes reuerendissimus Antiochiæ episcopus in nos commisit, rationem reddi postulans. Sancta vestra Synodus perspicit, neque ambigere quisquam potest, si, ne ab ipso conuinceremur, metueremus, numquã tali nos fiducia vsuros fuisse, vt rogaremus, vt tertia etiam hac citatione prædictus Ioannes moneretur accedere, quibusque vellet rationibus contra nos vteretur. Quoniam vero varias comminiscitur dilationes, alias ex aliis occasiones excogitans, *(Captus enim, sicut scriptum est, verbis natat;)* consequens est, hanc sanctam & œcumenicam Synodum quæ ecclesiasticis sunt constituta sanctionibus pronuntiare. *Iob.11.v.12.*

Sancta Synodus dixit: Oportebat quidem sanctam hanc Synodum Canonice motam propter contumelias, quæ a Ioanne episcopo Antiocheno, ceterisq; qui cum eo sunt, contra Cyrillum sanctissimum piissimumque episcopum, & Memnonem coepisco-

pum piissimum ac beatissimum illatæ sunt, post tertiam hanc nostram citationem, cui nullo pacto parere, nec ad sanctæ Synodi consessum venire, nec causas, quibus inducti, contra leges & Canones ecclesiæ in talem nouitatem proruperint, exponere voluerunt, sententiam tali vecordia dignam proferre tam in ipsum, quam in reliquos consilii illius consortes. At quoniam episcopalis benignitatis munus esse putamus, leni patientique animo, quæ acciderunt, perferre; interim quidem in præsenti, iuxta ea quæ iam decreta sunt, idem Ioannes, & qui cum eo facinus hoc moliti sunt, videlicet Ioannes Damasci, Alexander Apameæ, Dexianus Seleuciæ, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracleæ, Helladius Tarsi, Maximianus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emisenus, Polychronius ciuitatis Heraclienſium, Eutherius Tyanorũ, Meletius Neocæsarienſis, Theodoretus Cyri, Apringius Chalcidis, Macarius maioris Laodiceæ, Zosys Esbuntis, Sallustius Coryci Ciliciæ, Hesychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus * Mutlublacæ, Eustathius Parnassi, Philippus Theodosianopolitanus, Daniel, Iulianus, Cyrillus, Olympius, Diogenes, Theophanes Philadelphiæ, Palladius, Traianus Augustæ, Aurelius Irenopolitanus, Musæus Arcadiopolitanus, Helladius Ptolemaidis; ab ecclesiastica communione alieni sint, nullam habentes facultatem, tamquam ex auctoritate sacerdotali, qua ali-

*Malli

μὴ τὸ ζητῖλιο ταὐτὶλιο κλῆσιν τὸ ἐφ' ἡμῖν μὴ ἀγωμένω, ἧς οὐδαμῶς ὑπακοῦσαι ἠθέλησαν, ὅτε μὲν ἀπαντῆσαι εἰς τὸ συνέδριον τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ ἐμφανεῖς καταστῆσαι τὰς αἰτίας, δι' ἃς παρὰ τοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τοιοῦτον ὥρμησε νεωτερισμὸν, ἀξίαν τῆς τοιαύτης διανοίας ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτῶν καὶ τὴν συνοδικὴν ἀπόφασιν. ἐπεὶ δὲ ἐπισκοπικῆς χρηστότητος ἔργον εἶναι λογισάμεθα, μακροθυμίᾳ βαστάσαι τὰ γεγονότα, τέως μὲν ἐπὶ τῷ παρόντι, καὶ τὰ ἤδη τετυπωμένα, ἀλλότε δὲ ἔτι αὐτός τε ὁ Ἰωάννης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἕτερα δράματα συνάψαντες, Ἰωάννης Δαμασκῆς, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας, Δεξιανὸς Σελευκείας, Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως, Ἱμέριος Νικομηδείας, Φρετίλας Ἡρακλείας, Ἑλλάδιος Τάρσου, * Μαξιμῖνος Ἀναζάρβου, * Μαξιμιανὸς Δωρόθεος Μαρκιανουπόλεως, Γέσιος Τραϊανουπόλεως, Παῦλος * Ἐμίσης, Πολυχρόνιος Ἡρακλεωτῶν πόλεως, Εὐθήριος Τυανέων, Μελέτιος Νεοκαισαρείας, Θεοδώρητος Κύρου, Ἀπρίγιος Χαλκίδος, Μακάριος Λαοδικείας τῆς μεγάλης, Ζωσιμος Εσβουῶντος, Σαλούστιος Κωρύκου Κιλικίας, Ἡσύχιος Καστάβαλης Κιλικίας, Οὐαλεντῖνος * Μιλλουβλάκης, Εὐστάθιος Παρνασσοῦ, Φίλιππος Θεοδοσιανῶν, Δανιὴλ, Ἰουλιανὸς, Κύριλλος, Ὀλύμπιος, Διογένης, Θεοφάνης Φιλαδελφείας, * Παλλάδιος, * Τραϊανὸς Αὐγούστης, * Αὐρηλιανὸς Εἰρηνουπόλεως, Μουσαῖος * Ἀρκαδιουπόλεως, Ἑλλάδιος Πτολεμαΐδος, τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας, μηδεμίαν ἔχοντες ἄδειαν, ὡς τῆς αὐθεντίας ἱεραρχικῆς, εἰς τὸ δυνάσθαι ζημίας βλάπτειν

Anno Christi 431.

*Malli

*Maximi

*Tyani, *Tyanei

*Arcadiopolitæ

ANNO CHRISTI 431.

βλάπτειν ἐκ ταύτης, ἢ ὠφελεῖν, ἄχρις ἂν ἑαυτῶν καταγνόντες, τὸ οἰκεῖον ὁμολογήσωσι σφάλμα· εἰδότες, ὅτι εἰ μὴ τοῦτο ἐν τάχει ποιήσαιεν, τὴν τελείαν ἐκ τῶν κανόνων ἐφ' ἑαυτοῦ ἐπισπάσονται ἀπόφασιν. προδήλου κἀκείνου τυχάνοντος· ὅτι οὐδὲ τὰ ἤδη πρότερον παρ' αὐτῶν ἀθέσμως παρὰ τοὺς κανόνας ἐφ' ὕβρει τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, καὶ προέδρων τῆς ἐκκλησίας, Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος γενόμενα, ἰσχὺν ἔχει τινὰ κατὰ τὰ ἤδη καὶ τῇ προτεραίᾳ διαλαληθέντα. ἀνενεχθήσεται δὲ πάντα τὰ πεπραγμένα ταῖς εὐσεβέσι καὶ φιλοχρίστοις ἀκοαῖς τῶν θεοφιλεστάτων βασιλέων, ὡς καὶ τὰς θείας ἀκοὰς γνῶναι τὰ παρακολουθήσαντα.

quibus vel detrimentum, vel adiumentum afferre queant, donec seipsos condemnantes, proprium delictum confiteantur; id interim pro certo habentes, nisi celeriter hoc præstiterint, fore, vt perfectam sententiam iuxta Canonum decreta incurrant. Quin & illud quoque certo constat, nempe, quæ iam ante illegitime contra Canones, & contumeliose aduersus Cyrillum & Memnonem piissimos sanctissimosque episcopos, & ecclesiæ præsides, machinati sunt, ea nullam firmitatem habere; quemadmodum nunc, & hesterna quoque die satis iam declaratum est. Quæ autem acta sunt, ea omnia ad piissimorum, Christoque amabilium imperatorum aures referentur; vt diuinæ cognoscant aures ea quæ sunt consecuta.

Ερμηνεία τῶν ὑπογραφῶν.

Interpretatio subscriptionum.

Ιουβενάλιος ἐπίσκοπος Ιεροσολύμων ὑπέγραψα.

Iuuenalis Hierosolymorum episcopus subscripsi.

Αρκάδιος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.

Arcadius episcopus, & apostolicæ sedis legatus subscripsi.

Προΐεκτος ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.

Proiectus episcopus, & apostolicæ sedis legatus subscripsi.

Φίλιππος πρεσβύτερος, καὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας πρεσβευτὴς ὑπέγραψα.

Philippus presbyter, & apostolicæ sedis legatus subscripsi.

Υπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

Subscripserunt autem & reliqui omnes.

Exemplum relationis quam sancta Synodus ad piissimos imperatores de orientalibus transmisit.

Piissimis ac religiosissimis imperatoribus, Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta synodus gratia Dei, vestræque maiestatis nutu in Ephesiorum metropoli congregata.

QVÆ quidem sanctæ Synodo a vestra maiestate præscripta fuerant, ea iam finem conuenientem sortita sunt; vestræq; pietati id indicauimus. Quin & apostolicam fidem, quam trecenti decem & octo patres Nicææ olim congregati exposuerunt, manifestam vestræ pietati exhibuimus, & Nestorium illi contraria sentientem a sacerdotali functione amouimus, & a licentia prædicandi suam impietatem. Quoniam vero pauci quidam Nestorio adhærentes, doctrina illius iam ante deprauati, alios quoque criminibus obnoxios sibi adsciuerunt, adiuncto etiam ipsis reuerendissimo Ioanne episcopo Antiocheno, vel propter contentionis studium, vel propter humanam amicitiam; omnesque triginta tantum; prius quam de iis criminibus se expurgassent, de quibus quisque accusabatur, sese Synodum appellarunt; (quasi vero vestra pietas duas, & non vnam Synodum, quæ & euangelicam

Ισον ἀναφορᾶς παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τοὺς εὐσεβεστάτους βασιλεῖς περὶ τῶν ἀνατολικῶν. ANNO CHRISTI 431.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ, καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει.

ΤΑ μὲν προστεταγμένα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους καὶ εἰς πέρας ἤχθη τὸ προσῆκον, καὶ τοῦτο γνώριμον τῇ ὑμετέρᾳ κατεστήσαμεν εὐσεβείᾳ· τήν τε ἀποστολικὴν πίστιν, ἣν καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ συναχθέντες ἐξέθεντο, φανερὰν κατεστήσαμεν τῇ ὑμῶν εὐσεβείᾳ· καὶ τὸν ἐναντία ταύτῃ φρονήσαντα Νεστόριον καθείλομεν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας τε καὶ παῤῥησίας τοῦ κηρύττειν τὴν ἑαυτοῦ δυσσέβειαν. ἐπεὶ δέ τινες ὀλίγοι προδιαφθαρέντες τὴν *γνώμην, καὶ ὑπὸ τῆς διδασκαλίας Νεστορίου, προσμείναντες αὐτῷ, καὶ τοὺς ὑπὸ αἰτίασιν ὄντας μεθ' ἑαυτῶν προσελάβοντο, προσθεμένου* αὐτῷ καὶ τοῦ εὐλαβεστάτου Ιωάννου ἐπισκόπου Αντιοχείας, ἢ διὰ φιλονεικίαν, ἢ διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους φιλίαν, οἱ πάντες γενόμενοι τριάκοντα μόνοι, πρὶν ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἕκαστος ἐνεκαλεῖτο πταισμάτων, ἑαυτοὺς προσηγόρευσαν σύνοδον· ὡς τῆς ὑμῶν εὐσεβείας δύο συνόδους κελευσάσης συγκροτηθῆναι, ἀλλ' οὐχὶ μίαν, ὀφείλουσαν τήν τε πίστιν κρατῆναι τὴν εὐαγ-

*γνώμην ὑπὸ τῆς

*αὐτῆς L.

ANNO CHRISTI 431.

γελικὴν, καὶ τοῦ τὰ διεφθαρμένα φρονοῦντας ἐκβάλλειν τῆς ἐκκλησιαστικῆς λειτουργίας. ἀλλ' ὡς ἔφημεν, οἱ μνημονευθέντες πρὶν ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἐνεκαλοῦντο, ὀλίγοι συγκροτήσαντες ἑαυτοῦ, καὶ συλλήπτορα τῆς ἀπονοίας προσλαβόντες τῶν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ιωάννην τῆς Αντιοχείας, καὶ αὐτῶν δεδοικότα περὶ τῆς βραδυτῆτος εὐθύνας ὑποσχεῖν, ὡς ἐμάθομεν ὑποθρυλλούντων τινῶν, ἐτόλμησαν ἔξω πάσης ἀκολουθίας ἐκκλησιαστικῆς, καὶ κανόνων ἐκτὸς, κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ ἁγίας συνόδου, καὶ τῆς κεφαλῆς τῶν * ἐπηγγελμένων ἁγιωτάτων * ἀρχιεπισκόπων, Κυρίλλου φαμὲν τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, ἔτι γε μὴν καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μέμνονος, ἐξενεγκεῖν βλασφημίαν, ὡς ἐνόμιζον, ὕβριν ἔχουσαν καθαιρέσεως, οὔτε κατηγορίαν παρά τινος δεδεγμένοι, οὔτε κατήγορον ἀναμείναντες, οὔτε μὴν προσκαλεσάμενοι εἰς κρίσιν τινά· ἀλλὰ πρὸ δίκης καὶ ἐξετάσεως τὴν ὕβριν ταύτην ἐξεμέσαντες ἐγγράφως, τῷ ὑμετέρῳ κράτει ἀνενεγκεῖν ἐτόλμησαν τὰ οὕτω παράλογα· ὡς τῆς ὑμῶν εὐσεβείας ἀγνοούσης, ὅτι μία σύνοδος ἡ τῆς οἰκουμένης ἐστί· καὶ οὐκ ἂν ῥηθείη σύνοδος ἡ τῶν ὑπ' αἰτίαν τινὰ πιπτόντων ὀλίγων συστροφὴ, καὶ ἑαυτοῦ διὰ φόβου ἐπιτιμήσεως ἀπορρηξάντων τῆς ἁγίας συνόδου. οὐδὲ γὰρ κατεγνωκότες πταίσματος τὴν ὕβριν ἐτόλμησαν, ἀλλὰ περὶ ὧν ἐνεκαλοῦντο, ἴσως ἀπολογίαν οὐκ ἔχοντες, καὶ ἑαυτοῦ ὄντας ὀλίγους ὁρῶντες,

* συνειλεγμένων
* ἐπισκόπων

fidem confirmaret, & eos qui peruersa sentirent, ab ecclesiasticis ministeriis amoueret, conuenire iussisset) sed, vt diximus, pauci illi supradicti antequam rationem de iis, de quibus accusabantur, redderent, inter se coeuntes, insaniæque suæ Ioannem reuerendissimum Antiochenæ ecclesiæ episcopum adiutorem adsciscentes (qui & ipse quoque propter cunctationem suam, sicut ex quorumdam rumore accepimus, metuebat, ne reus ageretur;) præter omnem ecclesiasticum ordinē, præterque Canones, contra ecclesiasticam & sanctam Synodum, & contra caput sanctissimorum episcoporum hic congregatorum, Cyrillum scilicet sanctissimum Alexandriæ archiepiscopum, & Memnonem episcopum Deo dilectissimum, blasphemiam depositionis contumeliam, vt existimant, in se continentem per audaciam protulerunt; cum nemo illos antea apud eos accusasset; neque accusatorem expectassent, nec ad iudicium vocassent: sed cum contumeliam hanc ante iudicium, & causæ examinationem scripto comprehensam euomuissent, rationi adeo dissentanea ad maiestatem vestram ausi sunt referre; quasi vero pietas vestra vnam tantum œcumenicam Synodum esse nesciret; neque paucorum criminosorum hominum factiosam coitionem, quique pœnarum metu a sancta Synodo se distraxerint, synodi nomine appellari nō posse intelligeret. Neq; enim id cōtumeliæ ausi sunt, postquam illos sceleris iam condemnassent: sed cum forsitan deesset, quo se, de quibus insimulabantur, purgarent, paucosq; numero

ſe eſſe animaduerterent, veriti, ne conuicti pœnam ſubirent, anteuertentes inſolenter egerunt, illudque facere cenſuerunt, quod ſeſe, ſi rei deprehenderentur, perpeſſuros non dubitabant. At hoc veluti ſtolidum, ac rationi diſſentaneum, viſum eſt nobis deſpicientia dignum. Sed quia ſuam illam abſurdiſſimam veſaniam ad maieſtatem vſque veſtram referre auſi ſunt, idque quod contra leges & Canones, omnemque eccleſiaſticum ordinem perpetrarunt, veſtræ pietati ſignificare veriti non ſunt: propterea inſanum illorum impetum amplius non diſſimulauimus; verum Canonum formam iterum ſequentes, reuerendiſſimum Antiochiæ epiſcopum Ioannem, qui vna cum aliis in prædictos (epiſcopos) tanta auſus fuit, accerſiuimus. Neque enim illi, cum & pauci, & criminibus obnoxii eſſent, in tantam vecordiam procedere auſi eſſent, niſi reuerendiſſimi eccleſiæ Antiochenæ epiſcopi Ioannis temeritate confiſi fuiſſent. Cum itaque conueniſſemus, ac libelli a Cyrillo ſanctiſſimo, Deoque dilectiſſimo archiepiſcopo, & Memnone piiſſimo coepiſcopo nobis oblati fuiſſent, memoratum Ioannem accerſiuimus, quo vel nunc ſaltem querelam proferret, qua motus, in tantam contra primos ſanctæ Synodi contumeliam prolapſus eſſet. Atqui ſemel & iterum, & tertio itidem, vt cauſam diceret, accerſitus (quod probabilem rationem non haberet, qua temeritatem ſuam tueri poſſet) Synodo ſe ſiſtere detrectauit; militibus vero & armis domum, in qua diuerſabatur, circumſepiens, neque ſanctiſſimos epiſcopos a Sy-

δεδοικότες ὡς μέλλοισι μετὰ τοῦ ἐλέγχους τὸ ἐπιτίμιον ὑποδέχεσθαι, προλαβόντες ἐθρασύναντο· καὶ τοῦτο ἐνόμισαν ποιεῖν, ὅπερ ἤλπισαν ὑπομένειν μετὰ τὸν ἔλεγχον. ἀλλὰ τοῦτο ὡς ἄλογον ἔδοξεν ἡμῖν καταφρονήσεως ἄξιον. ἐπεὶ δὲ καὶ μέχρι τοῦ ὑμετέρου κράτους ἀνενεγκεῖν ἐτόλμησαν τὴν ἀλογωτάτην ἑαυτῶν ἀπόνοιαν, καὶ τὸ παρὰ θεσμοὺς, καὶ κανόνας, καὶ πᾶσαν ἀκολουθίαν ἐκκλησιαστικὴν αὐτοῖς πεπραγμένον δηλῶσαι τετολμήκασι τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, οὐκ ἔτι παρείδομεν τὸν ἄλογον ἐκείνην ὁρμήν· ἀλλ' ἑπόμενοι πάλιν τῷ τύπῳ τῶν κανόνων, προσεκαλεσάμεθα τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ιωάννην, τὰ τηλικαῦτα μετὰ τῶν ἄλλων κατὰ τῶν προειρημένων τετολμηκότα. οὐδὲ γὰρ ἐθάρσησαν ἐκεῖνοι πρὸς τοσαύτην ἀπόνοιαν χωρῆσαι, οἱ ὑπὸ αἰτίαν ὄντες ὀλίγοι, εἰ μὴ τῇ θρασύτητι τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ιωάννου τοῦ τῆς Αντιοχέων ἐθάρσησαν. συναχθέντες οὖν ἡμεῖς, προδοθέντων ἡμῖν λιβέλλων παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου συνεπισκόπου Μέμνονος, μετεκαλεσάμεθα τὸν *μνημονευθέντα θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ιωάννην, ὥστε νῦν γοῦν τὴν πέμψιν εἰπεῖν, δι' ἣν εἰς τοῦτο ὕβρεως ἐξώκειλε κατὰ τῶν πρώτων τῆς ἁγίας συνόδου· ὃς ἅπαξ, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον μετακληθεὶς, ὥστε τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, παραγενέσθαι μὲν ἐν τῇ συνόδῳ οὐκ ἠνέσχετο, οὐκ ἔχων εἰπεῖν εὔλογον ἀπολογίαν ὧν τετόλμηκε, στρατιώταις δὲ καὶ ὅπλοις περιφράξας τὸν ἑαυτοῦ οἰκίαν, οὐδὲ τοὺς ἀποστελλομένους παρὰ τῆς ἁγίας συνό-

Anno Christi 431.

*μνημονευθέντα ἐπίσκοπον

ANNO CHRISTI 431.

δου ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις ἐδέξατο, οὐδὲ ἀποκρίσεως τῆς δεούσης ἠξίωσε τὴν συναχθεῖσαν ἁγιωτάτην σύνοδον. ὅθεν γνόντες αὐτὸν μὴ θαῤῥοῦντα δικαιολογίαις, τὰ μὲν ὑπ' αὐτῶν εἰκῆ καὶ μάτην φλυαρηθέντα, καὶ παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν γεγραμμένα, κατά τε τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, καὶ κατὰ τοῦ εὐσεβεστάτου συνεπισκόπου ἡμῶν Μέμνονος, ἄκυρά τε καὶ μάταια παντάπασιν εἶναι ἐδικαιώσαμεν. κρίσις γὰρ ἡ μεθ' ἑαυτῆς οὐκ ἔχουσά τι κανονικὸν οὐδὲ δίκαιον, λοιδορίας οὐδὲν ἔχει πλέον. οὕτως οὖν ἀκανονίστως αὐτόν τε καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ ἀτάκτως πράττοντας, καὶ ἔξω πάσης ἀκολουθίας ἐκκλησιαστικῆς, ἀκοινωνήτους τέως εἶναι ἐδικαιώσαμεν, εἴρξαντες αὐτῶν τὴν ἄλογον ἀταξίαν, ἕως ἂν ἐλθόντες, περὶ ὧν προεπετεύσαντο ἀπολογήσωνται τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Τὰ γοῦν τυπωθέντα ἀναγκαίως ἐπὶ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν ἀνηνέγκαμεν, δεόμενοι, ὥστε μὴ σύνοδον κρίνεσθαι τὴν συστροφὴν τῶν * ὑπ' αἰτίασιν γεγενημένων· διὰ τὸ καὶ * πάλιν ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπὶ τῆς Νικαίας συνειλεγμένων, τινὰς οὕτως ἀποστῆναι τῆς μεγάλης ἐκείνης συνόδου, δεδοικότας τὸ ἐξ αὐτῆς ἐπιτίμιον· καὶ μήτε κριθῆναι σύνοδον τούτοις ὑπὸ τοῦ μεγάλου καὶ ἐν ἁγίοις βασιλέως Κωνσταντίνου, ἀλλὰ καὶ κελευσθῆναι δίκας ὑποσχεῖν, ὑπὲρ ὧν ἀποσχίσαντες τὴν τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐπισκόπων συμφωνίαν ἠρνήσαντο, πονηρᾷ, καθάπερ οὗτοι, καὶ

* ὑπ' αἰτίας
* πάλαι

nodo missos suscepit, neque sanctissimam Synodum congregatam responso competenti dignatus est. Vnde cum animaduerteremus, ipsum causæ suæ defensioni diffidere; quæ temere vaneque fuerant nugati, & contra omnem Canonũ ordinem aduersus Cyrillum sanctissimum archiepiscopũ, & aduersus Memnonem piissimũ coepiscopũ nostrum scripto mandauerant, ea irrita, & prorsus vana esse iudicauimus. Etenim iudiciũ, quod Canone & iustitia nulla ex parte nititur, aliud nihil est, nisi merum conuicium. Quamobrem cum & ipse, & reliqui quoq;, quos secum habet, vsq; adeo illegitime inordinateque, & præter omnem ecclesiasticum stylum egerint, decreuimus eos tantisper excommunicationi subiacere, (absurdam eorum temeritatem coercentes) donec comparentes, de his quæ temerarie & insolenter admiserunt, se purgent coram sancta Synodo.

Quæ igitur constituta sunt, ad vestram pietatem necessario perscripsimus; quam obnixe quoque rogamus, ne hominum criminibus obnoxiorum conuenticulum, synodus esse iudicetur. nam & olim in sancto & magno illo trecentorum decem & octo apud Nicæam congregatorum Concilio nonnulli reperti sunt, qui cum pœnas ab illo irrogandas vererentur, se a sancta & magna illa Synodo separauerunt: nec tamen illi a magno & sancto imperatore Constantino Synodi loco habiti sunt: quin meritas quoque pœnas subire iussi sunt, quod mala, sicut isti, etiam ipsi conscientia præditi, sese abiungentes, sanctorum illorum episcoporum cõ-

ſenſum repudiarunt. Perabſurdum enim eſt, ducentorum & decem ſanctorum epiſcoporum Synodo, quibus & vniuerſa occidentalium ſanctorum epiſcoporum multitudo, & per ipſos reliquus totus terrarum orbis conſentit, triginta tantum numero ſeſe opponere: quorum alii quidem iampridem depoſiti; alii etiam prauæ Celeſtii doctrinæ ſectatores; quidam etiam, vt qui cum Neſtorio ſentiant, anathemati ſubditi ſunt: verum iubeat, vt ea quæ a ſancta & œcumenica Synodo ad pietatis præſidium contra Neſtorium, impiamque eius doctrinam ſancita ſunt, vim ſuam obtineant, accedente ad robur eorum nutu & conſenſu pietatis veſtræ.

Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus retuli.

Arcadius & Proiectus epiſcopi, & Philippus preſbyter, apoſtolicæ ſedis legati, retulimus. Subſcripſerunt autem reliqui omnes epiſcopi.

αὐτοὶ συνειδήσει κεχρημένοι· ἄτοπον γὰρ συνόδῳ διακοσίων δέκα ἐπισκόπων, οἷς καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τῆς δύσεως τῶν ἁγίων ἐπισκόπων συνεψηφίσατο, καὶ δι' αὐτῶν ἅπαν λοιπὸν τῆς οἰκουμένης, τριάκοντα μόνοις ἀντιμαχέσασθαι, ὧν οἱ μὲν ἤδη πάλαι καθῃρημένοι τυγχάνουσιν, οἱ δὲ καὶ τῆς Κελεστίου κακοδοξίας εἰσὶν, οἱ δὲ καὶ ἀνεθεματίσθησαν ὡς τὰ Νεστορίου φρονήσαντες· ἀλλὰ κελεῦσαι, τὰ ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς καὶ ἁγίας συνόδου τετυπωμένα εἰς συγκρότησιν τῆς εὐσεβείας κατὰ Νεστορίου, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς αὐτοῦ δόγματος, τὴν ἰδίαν ἰσχὺν ἔχειν, κρατυνθέντα τῇ ἐπινεύσει καὶ συγκαταθέσει τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας.

Ιουβενάλιος ἐπίσκοπος Ιεροσολύμων ἀνήνεγκα.

Αρκάδιος, καὶ Προίεκτος ἐπίσκοποι, καὶ Φίλιππος πρεσβύτερος, πρεσβευταὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἀνηνέγκαμεν. Υπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐπίσκοποι.

Anno Christi 431.

* Exemplũ epiſtolæ ſcriptæ a ſancta Synodo ad Cæleſtinũ vrbis Romæ archiepiſcopum, qua ea omnia explicãtur, quæ in ipſa ſancta & magna Epheſina Synodo geſta ſunt.

* *Sanctiſſimo ac beatiſſimo comminiſtro Cæleſtino, ſancta & magna Synodus in Domino Sal.*

* *Relatio ad ſanctiſſimum & piiſſimum comminiſtrum Cæleſtinum.*

* *Sancta Synodus, quæ per Dei gratiam in Epheſiorum metropoli conuenit, Cæleſtino epiſcopo, in Domino ſalutem.*

SANCTITATIS tuæ circa pietatem zelum, & circa fidei ſinceritatem cura, noſtri omnium ſaluatori Deo grata & placita, omni admiratione digna exiſtit. Eſt enim hoc vobis adeo magnis

* Αναφορὰ τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοσεβεστάτῳ συλλειτουργῷ Κελεστίνῳ.

* Η ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ θεοῦ χάριν συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει, Κελεστίνῳ ἐπισκόπῳ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΤΗΣ μὲν σῆς ὁσιότητος ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι θεῷ φίλη τε καὶ ἀρέσκουσα φροντὶς, ἀξία παντὸς γέγονε θαύματος· ἔθος γὰρ ὑμῖν τοῖς οὕτω

* Ἴσον ἀπολῆς χαρίσης παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τοῖς τῆς ἀρχιεπίσκοπον τῆς Ῥώμης Κελεστίνου, δυνάσης πάντα τὰ παραχθέντα ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφεσίων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ.

* Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ἐσωτάτῳ συλλειτουργῷ Κελεστίνῳ ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ANNO CHRISTI 431.

μεγάλοις εὐδοκιμεῖν εἰς ἅπαντα, ἔρεισμά τε τῶν ἐκκλησιῶν τὰς ἑαυτῶν ποιεῖσθαι σπουδάς. ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν ἅπαντα εἰς γνῶσιν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνενεχθῆναι τὰ παρακολουθήσαντα, γράφομεν ἀναγκαίως, ὅτι κατὰ βούλησιν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων συνήχθημεν ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ὄντες τὸν ἀριθμὸν ἐπίσκοποι. εἶτα τῶν εὐσεβῶν θεσπισμάτων τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, δι' ὧν καὶ κεκλήμεθα, καιρὸν ὁριζόντων τῷ συνεδρίῳ τῆς ἁγίας συνόδου τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς· ἁπάντων δὲ συνδεδραμηκότων, μάλιστα διὰ τὸ ἐγκεῖσθαι ταῖς τῶν βασιλέων συλλαβαῖς, ὡς εἰ μή τις ἀπαντήσειε κατὰ τὴν ὡρισμένην προθεσμίαν, οὐκ ἀγαθῷ συνειδότι ἀπολιμπάνεται, καὶ ἔστιν ἀναπολόγητος παρά τε θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὑστέρησεν ὁ εὐλαβέστατος Ιωάννης ὁ τῆς Αντιοχέων ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς ἀπὸ γνώμης ἁπλῆς, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ διαστήματος τοῦ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐμποδὼν γενομένου· ἀλλὰ κρύπτων* μὲν βουλὴν εἰς νοῦν τε, καὶ σκέψιν ἀπᾴδουσαν τῷ θεῷ, ἣν οὐκ εἰς μακρὰν ἐλθὼν ἔδειξεν ἐν τῇ Εφεσίων. ὑπερεθέμεθα τοίνυν τὸ συνέδριον μετὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἐφ' ὅλαις δέκα καὶ ἓξ ἡμέραις· καίτοι πολλῶν ἐπισκόπων τε καὶ κληρικῶν καὶ νόσῳ πεπιεσμένων, καὶ τεθλιμμένων εἰς τὰ δαπανήματα, ἐνίων δὲ καὶ ἐξοδευσάντων τοῦ βίου· καὶ ἦν, ὡς ὁρᾷ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης, ὕβρις μᾶλλον κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου τὸ δρώμενον. τοσαύτῃ γὰρ ὑπερ-

* εἰς νοῦν βουλὴν τε καὶ

in more positum, vt in omnibus celebres sitis, studiaque vestra ecclesiarum firmamenta constituatis. Quia vero necesse est, vt omnia quæ consecuta sunt, sanctitati tuæ significentur, non potuimus non scribere, secundum omnium nostrum saluatoris Christi voluntatem, piissimorumque, ac Christi amantium imperatorum sanctionem, ex multis variisque prouinciis episcopos supra ducentos in Ephesiorum metropoli nos conuenisse. Postea, cum pia Christi amantium imperatorum edicta, per quæ fuimus euocati, tempus sanctæ Synodi consessui præscriberent diem sanctæ Pentecostes, omnesque concurrissent, ideo maxime, quod imperatorum literis expressum erat, si quis ad præstitutum terminum non veniret, eum mala conscientia deesse, & apud Deum & homines esse inexcusabilem; desideratus est reuerendissimus Ioannes Antiochenorum episcopus; idq; non tamquam animo simplici & candido, neque quod locorum interuallum, quod transeundum erat, impedimento fuerit; sed quod consilium cogitationemque Deo displicentem mente occultaret; quam cogitationem non longo post tempore, posteaquam nimirum Ephesum venisset, palam fecit. Distulimus itaque consessum totos sexdecim dies post præfinitum sanctæ Pentecostes terminum: quamuis multi episcopi & clerici & morbis premerentur, & sumptibus affligerentur, nonnulli quoque e vita migrassent. Erat autem id quod agebatur, vt etiam sanctitas tua intelligit, nihil aliud, quam aduersus sanctam Synodum contumelia. Tanta enim di-

latione malitiose vsus est; cum ipsum anteuerterint qui longe maiori viarum intercapedine distabant. Verumtamen post exactum sextumdecimum diem, e suorum episcoporum numero aduenerunt metropolitani duo, Alexander Apameæ, & alter Alexander Hierapolitanus. Cum autem de cunctatione reuerendissimi episcopi Ioannis quereremur, dixerunt illi non semel, sed sæpius: Mandauit nobis, vt pietati vestræ indicemus, ne Synodum prorogetis, si ipsum amplius tardare contigerit; sed potius quod opus est facto, id fiat. Cum hæc illi renuntiassent, certoque constaret tam ex mora, quam ex iis quæ nuntiata fuerant ipsius nomine, eum detrectare consessum, vel quod amicitiæ, quæ ipsi cum Nestorio intercedebat, indulgeret; vel quod is ecclesiæ suæ fuit clericus; vel etiam, quod quorumdam pro illo deprecationibus morem gereret: sancta Synodus in magna Ephesi ecclesia, quæ appellatur Maria, sessionem celebrauit. Quoniam vero, cum vniuersi prompto alacrique animo venissent, solus Nestorius in eo consessu desiderabatur; sancta Synodus eum admonuit canonice per episcopos prima, secunda, similiter & tertia citatione: ipse vero ædibus, in quibus diuersabatur, frequenti milite vndique circumuallatis, ecclesiasticisque sanctionibus superbe contemptis, neque comparere, neque de impiis suis blasphemiis rationem voluit reddere. Lectæ proinde sunt literæ, quas sanctissimus, Deoque dilectissimus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus Cyrillus ad eum scripserat: quas sancta Syno-

θέσει δυστρόπως ἐχρήσατο, καίτοι φθασάντων αὐτὸν τῶν ἐκ μακροτέρων διαστημάτων. ὅμως μεθ' ἡμέραν ἐκκαιδεκάτην προέδραμόν τινες τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, μητροπολῖται δύο, Αλέξανδρος Απαμείας, καὶ ἕτερος Αλέξανδρος Ιεραπόλεως· εἶτα ἡμῶν αἰτιωμένων τὸ τῆς ἀφίξεως βράδος τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ιωάννου, ἔφασαν οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πλειστάκις, ὅτι ἐνετείλατο ἡμῖν ἀπαστεῖλαι τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν, ὥστε εἰ γένοιτο αὐτὸν καὶ ἔτι βραδῦναι, μὴ ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἃ δεῖ. τούτων ἀπαστελθέντων, καὶ φανεροῦ γεγονότος ἀπό τε τοῦ βράδους καὶ ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ μηνυθέντων, ὅτι παραιτεῖται τὸ συνέδριον, ἢ τῇ Νεστορίου φιλίᾳ χαριζόμενος, ἢ καὶ ὅτι κληρικὸς γέγονε τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας, ἢ καὶ ταῖς τινων ὑπὲρ αὐτοῦ παρακλήσεσιν εἴκων, συνήδρευσεν ἡ ἁγία σύνοδος ἐν τῇ μεγάλῃ τῇ κατὰ τὴν Εφεσον ἐκκλησίᾳ, τῇ ἐπίκλην Μαρίᾳ. ἐπειδὴ δὲ πάντων προθύμως συνδεδραμηκότων μόνος ἀπελιμπάνετο τοῦ συνεδρίου Νεστόριος, ὑπέμνησεν ἡ ἁγία σύνοδος κανονικῶς αὐτὸν δι' ἐπισκόπων πρώτῃ, καὶ δευτέρᾳ κλήσει, ὡσαύτως καὶ τρίτῃ· ὁ δὲ στρατιώταις ἐπιφράξας τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἀπενοήθη κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν, καὶ οὐκ ἠνέσχετο ἑαυτὸν ἐμφανῆ καταστῆσαι, οὔτε μὴν ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν ἀνοσίων αὐτοῦ δυσφημιῶν. λοιπὸν ἀνεγνώσθη τὰ γράμματα τὰ γραφέντα πρὸς αὐτὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας Κυρίλλου· ἃ καὶ ἐδοκίμασεν ἡ ἁγία σύνοδος

Anno Christi 431.

ANNO CHRISTI 431.

δος ὀρθῶς καὶ ἀλήπτως ἔχειν, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀσύμφωνα εἶναι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, * ἤγουν τῇ παραδοθείσῃ πίστει, καὶ ἐκτεθείσῃ ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς· καθὰ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης ὀρθῶς οὕτω δοκιμάσασα ἐμαρτύρησεν. Ἀναγνωσθείσης δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Νεστορίου τῆς πρὸς αὐτὸν γραφείσης καὶ μνημονευθέντα ἁγιώτατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Κύριλλον, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀλλότρια παντελῶς τῆς τε ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως εἶναι τὰ ἐν αὐτῇ δόγματα, πλείστην ὅσην καὶ ξένην νοσοῦντα τὴν δυσφημίαν· ἀναγνωσθεισῶν δὲ ὁμοίως καὶ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ τῶν ἀσεβεστάτων, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς γραφείσης πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος, δι' ἧς εὐλόγως κατεκρίνετο ὡς δύσφημα γεγραφὼς, καὶ ἀνοσίους φωνὰς ταῖς ἰδίαις ἐξηγήσεσιν ἐνθεὶς, ψῆφος ἐξενήνεκται δικαία καθαιρέσεως κατ' αὐτοῦ· μάλιστα ὅτι τοσοῦτον ἀπέσχετο τοῦ μετανοῆσαι, ἢ μεταγνῶναι ἐφ' οἷς δεδυσφήμηκεν, ἔτι τὴν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἔχων ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει διαλέγεσθαι πρός τινας τῶν ἁγίων μητροπολιτῶν ἐπισκόπων, ἀνδρῶν οὐκ ἀσήμων, ἀλλ' ἐλλογίμων καὶ θεοσεβεστάτων, τολμῆσαί τε εἰπεῖν· ὅτι ἐγὼ τὴν διμηναῖον καὶ τριμηναῖον θεὸν οὐκ ὁμολογῶ. καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις εἶπε χαλεπώτερα.

Ὡς οὖν ἀνοσίαν καὶ μιαρωτάτην αἵρεσιν, καὶ ἀνατρέπουσαν τὴν εὐσεβεστάτην ἡμῶν θρησκείαν, καὶ ὅλην ἐκ βάθρων τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν ἀφαιροῦσαν, καθείλομεν,

* ἴσ. ἡ γραφῶ

dus approbauit, vt recte inculpateque exaratas, atque in nullo dissentaneas diuinis scripturis, traditæ videlicet fidei & expositæ in magna illa Synodo a sanctis patribus, qui Nicææ Bithyniæ olim conuenerunt: sicut tua quoque sanctitas id recte probans testificata est. Postmodum lecta etiam Nestorii epistola ad eumdem sanctissimum, Deoq; dilectissimum fratrem & comministrum nostrũ Cyrillum scripta, censuit sancta Synodus, dogmata, quæ in ea cõtinebantur, ab euangelica & apostolica fide omnino aliena esse; plurimæq; ac peregrinæ blasphemiæ morbo laborare. Lectis itidem impiissimis eiusdem expositionibus, & epistola præterea, quã tua sanctitas ad illum dederat, per quam iure damnabatur, tamquam qui blasphema scripsisset, impiasque voces expositionibus suis inseruisset; iusta sententia depositionis in ipsum prolata est: maxime vero cum tantum abesset vt resipisceret, vel de blasphemiis, quas cum Constantinopolitanam ecclesiam adhuc obtineret, profuderat, pœnitentiam ageret, vt Ephesi quoque cum quibusdam sanctis metropolitanis episcopis, viris sane illustribus, maximaque pietate & eruditione præditis disserens, ausus sit dicere: Equidem bimestrem aut trimestrem Deum non confiteor: aliaque his multo deteriora dixit.

Hæresim igitur vt impiam ac scelestissimam, quæque sanctissimam nostram religionem euerteret, vniuersamque mysterii dispensationem vel ab ipsis fundamẽtis dirueret, ad eum quem iam

diximus modum demoliti sumus. Ceterum fieri certe non potuit, quin illi, qui Christum ex animo diligebant, & pro Domino zelabantur, multas experirentur difficultates. Etenim fore sperabamus, vt reuerendissimus Ioannes episcopus Antiochenus Synodi diligentiam & pietatem laudaret; tardamque Nestorii depositionem vitio fortasse nobis verteret. Verum hæc spes longe nos & omnino fefellit: secus enim euenit. Compertus est namque aduersarius & infensissimus tum sanctæ Synodo, tum rectæ ecclesiarum fidei, sicuti res ipsæ declarant. Nam simulatq; Ephesum ingressus est, antequam puluerem ex itinere contractum excussisset, antequam se veste exuisset, congregatis quibusdam, qui cum Nestorio simul recesserant, & blasphema verba in suum caput loquebantur, & gloriæ Christi tantumnon illudebant, ac veluti collecto collegio hominum circiter triginta numero, qui nomen habebant episcoporum (ex quibus alii erant extorres, otiosi, ecclesiisque carentes: alii quoque ante multos annos ob graues culpas a suis metropolitanis depositi: cum ipsis etiam Pelagiani, & Celestiani, ac nonnulli de iis, qui ex Thessalia eiecti fuerunt;) rem ausus est impiam, qualem nemo ante illum ausus est vmquam. Etenim priuatim scriptum quoddam confecit, depositionisq; nomen & contumeliam impegit sanctissimo ac religiosissimo Cyrillo Alexandrinorum episcopo, & pientissimo fratri nostro & comministro Memnoni Ephe-

ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν. ἀλλ' οὐκ ἦν, ὡς ἔοικε, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον ἔχοντας, καὶ ζηλώσαντας τῷ κυρίῳ, μὴ πολλῶν πειραθῆναι πραγμάτων· προσεδοκήσαμεν γὰρ τὸν εὐλαβέστατον τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην τήν τε ἀκρίβειαν τῆς συνόδου, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπαινέσαι, καὶ τάχα που καὶ μέμψασθαι τὸ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει βράδος. μεταπέπτωκε δὲ εἰς πᾶν τοὐναντίον τὰ τῆς προσδοκίας ἡμῖν· εὕρηται γὰρ ἐχθρὸς καὶ πολεμιώτατος τῇ τε ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ὀρθῇ πίστει τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς αὐτὰ μηνύει τὰ πράγματα. ἅμα τε γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, πρὶν ἀποπλύνασθαι τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κόνιν, πρὶν ἀποδύσασθαι τὸ ἱμάτιον, συναγαγών τινας τῶν τῷ Νεστορίῳ συναποστατησάντων, καὶ βλάσφημα λαλούντων κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, καὶ μονονουχὶ καταπαιζόντων τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ συλλέξας ὥσπερ κολλήγιον ἑαυτῷ τριάκοντά που τὸν ἀριθμὸν, ἀνθρώπων* ἐπισκόπων ἐχόντων ὄνομα, ὧν οἱ μὲν εἰσιν ἀπόλιδες, σχολάζοντες δὲ καὶ ἐκκλησίας *μὴ ἔχοντες, ἕτεροι δὲ καὶ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἐπὶ δεινᾶις αἰτίαις καθῃρημένοι ἀπὸ τῶν ἰδίων μητροπολιτῶν, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πελαγιανοὶ, καὶ Κελεστιανοὶ, καὶ τῶν ἀπὸ Θεσσαλίας ἐκβεβλημένων τινὲς, πρᾶγμα τετόλμηκεν ἀνόσιον, ὃ μηδεὶς πώποτε τῶν πρὸ αὐτοῦ· *συνάπτει γὰρ καταμόνας χαρτίον, καὶ δὴ καθαιρέσεως ὄνομα καὶ ὕβριν προσετρίψατο τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, καὶ τῷ θεοσεβεστάτῳ ἡμῶν ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ, ἐπισκόπῳ Μέμνονι τῷ τῆς

Anno Christi 432.

*ἐπισκόπων

*ἐκ

*συνάπτει

ANNO CHRISTI 431.

Εφεσίων, οὐδενὸς ἡμῖν εἰδότος, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὑβρισθέντων ἐγνωκότων τὸ δρώμενον, ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο τετολμήκασιν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τούτοις τοῦ θεοῦ, ὡς ἐκ ὄντων κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, ἢ ὡς οὐ μελλόντων κινδυνεύειν αὐτῶν διὰ τὸ ἐπὶ τούτοις θράσος· ὑβρίζουσι δὲ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὀνόματι καὶ πᾶσαν τὴν συνοδον· καὶ δὴ καὶ δημοσίᾳ χαρτίῳ ταῦτα ἐπιθέντες προὔθεσαν εἰς ἀναγνωσιν τοῖς ἐθέλουσι, τοῖς τοῦ θεάτρου τοίχοις προσαπήξαντες, ἵνα πᾶσι αὐτῶν ἀσέβειαν θεατρίσωσι. καὶ οὐ μέχρι τούτων γέγονεν αὐτοῖς τὰ τολμήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τεθαρσήκασιν, ὡς δράσαντες τι κανονικόν, καὶ εἰς ἀκοὰς τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων διενεγκεῖν τὰ τοιάδε.

Τούτων οὕτω γεγονότων, ὅ, τε ἀνιώτατος καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Αλεξανδρέων Κύριλλος, καὶ μὴν καὶ ὁ θεοφιλέστατος τῆς Εφεσίων πόλεως ἐπίσκοπος Μέμνων, βιβλία συνθέντες, καὶ αἰτιασάμενοι αὐτόν τε τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ιωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τοῦτο δράσαντας, προσήγαγον, ὁρκοῦντες ἡμῖν τὴν ἁγίαν συνοδον μεταπέμψασθαι κανονικῶς αὐτόν τε τὸν Ιωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ὥστε ἀποδοῦναι περὶ ὧν τετολμήκασι, καὶ εἴπερ ἐγκαλεῖν ἔχοιεν, εἰ δύναντο, εἰπεῖν καὶ διελέγξαι· ἐν γὰρ τῷ χαρτίῳ τῷ αὐτῶν καθαιρετικῷ, μᾶλλον δὲ ὑβριστικῷ χαρτίῳ, πεφασιν ἔθηκαν· ὅτι Απολιναρίσται, καὶ Αρειανοί, καὶ Εὐνομιανοί εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο καθήρηνται

fiorum episcopo; idque nobis omnibus insciis, imo ne ipsis quidem, qui iniuriam hanc perpessi sunt, quid ageretur, aut quam ob causam hoc ausi essent, intelligentibus: sed, perinde ac si Deus non indignetur ob ista, neque sint ecclesiastici Canones, neque futurum sit, vt propter hanc audaciam periculum subeant; excommunicationis nomine etiam vniuersæ Synodo contumeliam faciunt. Itaque hæc scripto etiam publico mandata proposuerunt legenda quibuslibet, theatri parietibus affigentes, vt suæ impietatis spectaculũ exhiberent. Sed nondum his finibus constitit ipsorum audacia; sed præterea, quasi Canonicum quiddam gessissent, ad piissimorum Christique amantium imperatorum aures talia deferre non dubitarunt.

His ita transactis, sanctissimus Deoque dilectissimus Cyrillus Alexandrinus episcopus, & piissimus Memnon Ephesiorum ciuitatis episcopus, libellos composuerunt, compositosque (Concilio) obtulerunt, quibus reuerendissimum Antiochenorũ episcopum Ioannem, eiusque adiutores, ac in ea re gerenda socios accusabant, adiurantes sanctam nostram Synodum, vt ipsum Ioannẽ, eiusque administros, canonice (in iudicium) vocaret, vt rationem de illis redderent, quæ temere ausi fuerant, necnon si quam accusationem haberent, si possent, illam in medium afferrent, accusatosque conuincerent: quandoquidem in depositionis, aut verius cõtumeliæ charta ab ipsis exarata, causam inseruerant: Quoniam Apollinaristæ sunt, & Ariani, & Eunomiani, ac propterea a nobis de-

positi sunt. Cum itaq; ii, qui hanc ab illis contumeliam acceperant, instarent, necessitate adducti, in magna rursum ecclesia episcoporum (quorum numerus erat plusquam ducentorum) consessu instituto, intra biduum semel, iterum, ac tertia quoque citatione ipsum Ioannem, & qui cum eo erant, ad Concilium vocauimus, vt illos, quos contumelia affecerant, reuincerent, & causas, ob quas depositionis chartam composuissent, in medium afferrent: verum illi venire non sunt ausi. Oportebat autem, si quidem prædictos sanctos viros vt hæresis reos vere potuisset conuincere, ipsum venire, necnon crimen, quod assumens tamquam validum & certum, temerariam contra illos sententiam tulerat, verum esse palam ostendere. At praua conscientia præpeditus minime comparuit. Quod autem moliebatur, hoc erat. Putabat, si absurda illa, ac in primis illegitima contumelia irrita fieret, fore, vt simul iusta quoque sanctæ Synodi sententia contra hæreticum Nestorium lata euerteretur. Indignitate itaque rei merito commoti, eiusmodi in illum & in alios sententiam legitime proferre deliberauimus, cuiusmodi ipse tulerat illegitime contra eos, qui de nullo crimine condemnati fuerant. Verum, quo illius temeritatem longanimitate vinceremus, etiamsi illam iustissime legitimeque subiuisset, pietatis tuæ iudicio hoc reseruauimus: interim illos excommunicationi subiicientes, omnique sacerdotali potestate exuentes, ita vt nullum suis sententiis lædere queant. Quomodo enim necessarium non erat, vt

παρ' ἡμῶν. ἐνισταμένων τοίνυν τῶν τὴν ὕβριν ὑπομεινάντων τὴν παρ' ἐκείνων, πάλιν ἡμεῖς ἀναγκαίως συνεδρεύσαντες ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὑπὲρ τοῦ διακοσίους ἐπισκόπους ὄντες, μιᾷ, καὶ δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ κλήσει, ἐν ἡμέραις δυσὶ κεκλήκαμεν αὐτόν τε τὸν Ἰωάννην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ εἰς τὸ συνέδριον, ὥστε διελέγξαι τοῦ ὑβρισμένους, καὶ ἀπολογήσασθαι, καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ἐφ' αἷς τὸ τῆς καθαιρέσεως συνέθηκαν χαρτίον· καὶ οὐκ ἐθάρσησαν ἐλθεῖν. ἔδει δὲ αὐτὸν, εἴπερ ἀληθῶς ἐλέγχειν ἠδύνατο τοὺς μνημονευθέντας ὁσίους ἄνδρας, ὡς αἱρετικοὺς ὄντας, καὶ ὑπαντῆσαι, καὶ δεῖξαι τοῦτο ἀληθὲς ὄν, ὃ καὶ λαβὼν ὡς ἰσχυρὸν καὶ ἀναμφίβολον ἔγκλημα, τὴν προπετῆ ψῆφον κατ' αὐτῶν ἐξηνέγκατο. ἀλλ' ὑπὸ σαθροῦ συνειδότος οὐχ ὑπήντησε. τὸ δὲ κατασκευαζόμενον ἐκεῖνο ἦν. ᾠήθη γὰρ, ὅτι τῆς ἀτόπου ταύτης καὶ ἐκνομωτάτου ὕβρεως λυομένης, συναναστραπήσεται καὶ ἡ δικαία ψῆφος τῆς συνόδου ἡ ἐξενεχθεῖσα κατὰ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου. ἀγανακτήσαντες τοίνυν εἰκότως, ἐβουλευσάμεθα μὲν * τὸ ἴσην κατ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ψῆφον ἐξενεγκεῖν * ἐννόμως, ἢν αὐτὸς παρανόμως κατὰ τῶν ἐπ' οὐδενὶ κατεγνωσμένων ἔθετο· ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν ἐκείνου προπέτειαν μακροθυμίᾳ νικῆσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δικαίως ἂν ἔπαθεν αὐτὸ, καὶ ἐννόμως, τετηρήκαμεν τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας καὶ τοῦτο· τέως αὐτοῦ ἀκοινωνήτους ποιήσαντες, καὶ περιελόντες αὐτῶν πᾶσαν ἐξουσίαν ἱερατικὴν, ὥστε * μὴ δύνασθαι βλάπτειν δι' οἰκείων ἀποφάσεων. τοῦ γὰρ οὕτως ἀγρίως καὶ ἀπηνῶς καὶ

Anno Christi 431.

* τὴν

* ἐμοῦ

* μὴ δύνασθαι δύνασθαι

ANNO CHRISTI 431.

ἀκανονίστως χωρεῖν εἰωθότας ἐπὶ τὰ ὅπου δύνα κ) παῤῥήλεπα τὴν πεπραγμένων, πῶς ἐπὶ ἰδίῳ δυλκαῖον κ) ἐπ ἐκόντας ἀφελέσθαι τῆς τ δυνάσθαι βλάπτειν ἐξουσίας;

illos qui tanta insolentia & feritate, Canonumque contemptu res adeo absurdas, & atrocissimas aggredi consueuerunt, vel inuitos nocendi potestate priuaremus?

Τοῖς μὲν οὖν ἀδελφοῖς ἡμῶν κ) συλλειτουργοῖς, Κυρίλλῳ τε τῷ ἐπισκόπῳ, & Μέμνονι, τοῖς παρ' αὐτῶν ὑπομείνασιν ὕβρεις, κ) κοινωνικοὶ πάντες ἐσμὲν, κ) μετ' ἐκείνων προπέτειαν συνελειτουργήσαμεν κ) συλλειτουργοῦμεν, κοινῇ πάντες τὰς συνάξεις ἐπιτελοῦντες· ἀκυρώσαντες ἐγγράφως τὰ ἐκείνων παίγνια, ἀνίσχυρά τε & ἀδρανῆ παντελῶς ἀποφήναντες. ὕβρεις γὰρ μόνη & ἕτερον οὐδὲν ἦν. ἄνδρες γὰρ τ ἀριθμὸν τριάκοντα, κ) ὧν μὲν αἱρέσεως πίλῳ κατεσημένοι, ἢ ὧν ἀπόλιδες & ἐκβεβλημένοι, ποῖον ἔχοισι συνόδου πρόσωπον; ἢ ποίαν ἰσχὺν κ) συνόδου συγκροτηθείσης ἐξ ἁπάσης τ ὑπ' ἥλιον συνῆλθον γὰρ ἡμῖν & ἡ παρὰ τ ὁσιότητος τ σῆς ἀπεσταλμένοι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, Ἀρκάδιος, κ) Προέκτος, & σὺν αὐτοῖς ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Φίλιππος, τὴν σὴν ἡμῖν ἀφροισίαν δι' ἑαυτῶν χαριζόμενοι, κ) τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τὸν τόπον ἀναπληροῦντες. ἀγανακτησάτω οὖν συνῳδὸς πρὸς τοῖς γεγυμνασμένοις ἡ σὴ ὁσιότης. εἰ γὰρ δοθείη τοῖς ἐθέλουσιν ἄδικα κ) τοῖς μείζοσιν ὑβρίζειν ἐξόντως, κ) καθ' ὧν ἐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, ἀφανόμοις οὕτω & ἀκανονίστοις ἐκφέρειν ψήφοις, μᾶλλον δ', ὕβρεις & τοῖς ὑπὲρ τ εὐσεβείας τοσούτοις ἄθλοις ὑπομεμενηκόσιν, ὧν ἕνεκεν & νῦν ἡ εὐσέβεια διὰ τ εὐχῶν τ σῆς ὁσιότητος ἀνείληφεν, οἰκήσει πρὸς ἐσχάτην ἀταξίαν

Fratribus itaque nostris & comministris, Cyrillo episcopo, & Memnoni, quos contumelia affecerunt, communicamus omnes, & post temerariam illorum sententiam vna cum ipsis sacris operati sumus, & operamur, communiter vniuersi synaxes celebrantes; ludicris illorum scripto abrogatis, inualidisque ac prorsus infirmis pronuntiatis. nihil enim aliud erant, quam mera contumelia. Etenim viri numero triginta, quorum alii hæreseos macula sunt notati; alii extorres & electi, qualem synodi faciem, aut qualem vim haberent contra Synodum ex vniuerso, qui sub cælo est, orbe collectam? Fuerunt enim in consessu nostro & illi quoque, qui a sanctitate tua missi sunt, piissimi episcopi Arcadius & Proiectus, & cum ipsis reuerendissimus presbyter Philippus, qui sua præsentia tuam nobis exhibuerunt, apostolicæque sedis locum supplerunt. Conuenientem proinde sanctitas tua propter ea quæ acta sunt, indignationem concipiat. Nam si quibuslibet potestas fiat maioribus sedibus contumeliam inferendi, & in illos, in quos nihil iuris habent, sententias pronuntiandi vsque adeo iniquas, & a Canonibus discrepantes, vel potius contumelias, etiam in eos qui tanta pro pietate certamina sustinuerunt, & per quos nunc quoque, adiumento precum sanctitatis tuæ, pietas splendorem recepit; in extremam confusionem

res ecclesiasticæ dilabentur. Si vero, qui talia sunt ausi, competenti modo in ordinem redacti fuerint, sedabitur omnis tumultus, debitaque Canonibus reuerentia ab omnibus conseruabitur. Porro autem perlectis in sancta Synodo commentariis actorum in depositione impiorum Pelagianorum, & Celestianorum, Celestii, Pelagii, Iuliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orentii, & eadem cum illis sentientium, quæ a pietate tua de ipsis decreta & constituta sunt, iudicauimus & nos ea solida firmaque permanere debere, & idem omnes tecum statuimus, eos pro depositis habentes. Vt autem omnia quæ gesta sunt, clare cognoscas, etiam commentarios misimus, & Synodi subscriptiones. Valere te, & nostri memorem esse, oramus Dominum, dilecte & desideratissime.

τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα. σωφρονισθέντων δὲ καθ' ὃν προσήκει τρόπον τῶν τοιαῦτα τετολμηκότων, ἀργήσει πᾶς θόρυβος, καὶ ἡ πρέπουσα τοῖς κανόσιν αἰδὼς παρὰ πάντων σωθήσεται. ἀναγνωσθέντων δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τῶν ἀνοσίων Πελαγιανῶν, καὶ Κελεστιανῶν, Κελεστίου, Πελαγίου, Ιουλιανοῦ, Περσιδίου, Φλώρου, Μαρκελλίνου, Ορεντίου, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις φρονούντων, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἡμεῖς ἰσχυρὰ καὶ βέβαια μένειν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὡρισμένα παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ σύμψηφοι πάντες ἐσμὲν, καθῃρημένους ἔχοντες αὐτούς. ὑπὲρ δὲ ἀκριβοῦς εὐμαθίας ἁπάντων τῶν πεπραγμένων, ἀπεστείλαμεν καὶ τὰ ὑπομνήματα, καὶ τὰς ὑπογραφὰς τῆς συνόδου. ἐρρῶσθαί σε, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε.

ANNO CHRISTI 431.

Cyrilli archiepiscopi Alexandrini in Ioannem episcopum Antiochenum schismaticum homilia Ephesi habita.

Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Αλεξανδρείας κατὰ Ιωάννου τοῦ Αντιοχείας ἀποσχίσαντος.

QVÆ dilectionis in Christum vis sit, a diuina scriptura edocti sumus: nihilominus autem & ipse Saluator edocuit, dicens: *Qui me diligit, me sequatur; & vbi sum ego, illic & minister meus erit.* Oportet enim nos cum illo semper esse, & amare sequi Saluatorem omnium nostrum Iesum Christum; nulloque modo ab eo separari. Hoc autem seruabimus, si quæ illius sunt, voluerimus. Hoc impleuit illustris iste & magnus sacerdotum chorus; de quibus valde merito dixerit quispiã,

Ioan. 12. v. 26.

ΤΗΣ εἰς *θεὸν ἀγάπης τὴν δύναμιν παρὰ τῆς θείας δεδιδάγμεθα γραφῆς· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε, λέγων· ὁ ἐμὲ ἀγαπῶν, ἐμοὶ ἀκολουθείτω· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔστω. δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἀεὶ συνεῖναι, καὶ φιλεῖν ἀκολουθεῖν τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοῦ χωρίζεσθαι· καὶ οὗτο *τηρήσωμεν διὰ *τοῦ βουλεύεσθαι τὰ αὐτοῦ. οὗτο πεπλήρωκεν ὁ λαμπρὸς οὗτος καὶ μέγας τῶν ἱερέων χορός. περὶ ὧν ἂν λέγοιτο σφόδρα δικαίως,

*Χριστὸν

*ἔστως, τηρήσωμεν

*τὸ βούλεσθαι

ANNO CHRISTI 431.

τὸ διὰ τῆς τοῦ Προφήτου φωνῆς· ἐκεῖ ἔλαφοι σωλώτησαν, καὶ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων· ἀριθμῷ παρῆλθον, καὶ μία αὐτῶν ἐκ ἀπώλετο· ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἐκ ἐζήτησεν, ὅτι κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτῶν συνήγαγεν αὐτάς. οὐ γὰρ κοινοῦ τινος ἕνεκα πράγματος, ἢ σπουδαίου τυχὸν, ἢ τῶν νοητῶν ἐλάφων γέγονεν αὐτάδε συνδρομή· ἀλλ' ὅπου, καθάπερ ἐν κήπῳ καλῷ καὶ βλανθεστάτῳ, φησὶ δὴ τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίᾳ, δράκων καὶ παγκάλεπος ὤφθη δράκων, οὐ μίαν ἔχων ἀλλὰ πολλὰς ἐν ἑνὶ σώματι κεφαλὰς, χρησιμωτάτη καὶ * ἀναγκαία γέγονεν ἡ τῶν νοητῶν ἐλάφων ἄθροισίς τε καὶ παρουσία, ἵνα τῆς τῶν ἰοβόλων σκαιότητος τὸ δεισολικὸν ἀπαλλάξῃ χωρίον. ἐκοῦν τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα συνήγαγεν αὐτάς, καὶ ὁ κύριος ἐνετείλατο αὐταῖς. τί δ' ἐνετείλατο; ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσω. ἐκοῦν, πρὸς σὲ γὰρ μοι νῦν ὁ λόγος ὑψηλὸν καὶ πάντων ἄροντα τὸν ὀφρῦν, ἐκ τῶν ἀνατολικῶν ἥκοντα κλιμάτων· εἰ πάντες ἐσμὲν * ὑπουργοὶ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ πεπιστεύμεθα τὸν διακονίαν τῶν ἀγίων κηρυγμάτων, διὰ τί μὴ πάντες * ἐσμὲν ὑπουργοὶ μετ' αὐτῶν τῷ βούλεσθαι φρονεῖν τὰ αὐτά; ἐπῆρεν, ὡς ὁρᾷς, ὁ πολυκέφαλος δράκων τὸν αὐχένα καὶ βέβηλον κεφαλὴν, τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις τῆς ἰδίας ἀνοσιότητος ἰὸν ἐπιπτύων. ἔρχομαι κατ' αὐτὸν τὸν τοῦ πνεύματος ὁπλισάμενος μάχαιραν· μάχομαι διὰ Χριστὸν τῷ θείῳ. διὰ τί μὴ συγκάμνεις καλῶς * ποιεῖν ἐθέλοντι; διὰ τί μὴ συμπαρέσπευκας καὶ αὐτός; βάλλεσθω πρὸ πάντων

quod prophetæ voce proditum extat: *Illic ceruæ obuiauerunt sibi, & viderunt alternos vultus: numero transierunt & vna ipsarum non periit: altera alteram non quæsiuit; quia Dominus mandauit eis, & spiritus illius congregauit eas.* Neque enim causa vulgaris cuiuspiam rei, vel fortasse terrenæ, hic spiritalium ceruarum concursus contigit: sed quoniam perinde ac in pulcro florentissimoque horto, in ecclesia inquam Saluatoris nostri, sæuus immanisque draco apparuit, non vnum, sed multa habens in vno corpore capita; saluberrima ac necessaria instituta est hæc spiritalium ceruarum congregatio & præsentia, vt agrum Dominicum a virulentarum bestiarum feritate liberet. Spiritus itaque Dei congregauit eas, & Dominus mandauit eis. Quid autem mandauit? *Vbi sum ego, illic & minister meus sit.* Quãobrem (ad te enim mea nunc se conuertit oratio, qui ex orientalibus regionibus veniens, sublime aduersus omnes supercilium erigis) si omnes ministri sumus Christi Saluatoris omnium nostrum; si prædicationum illius ministerium nobis concreditum est, cur non omnes cum illo ministri sumus, ea sentire volentes quæ ipsius sunt? Erexit, vt cernis, draco multiceps profanum sceleſtumque caput, impietatis suæ venenum expuens in ecclesiæ filios: occurro illi, gladium spiritus euaginans: propter Christum aduersus bestiam depugno. Cur cum eo qui honeste laborare vult, non collaboras? cur non & ipse simul assistis? Feriatur cõmuni omnium

Isai. 34. v. 15.

Apoc. 12.

Ioan. 12.

* ἀναγκαιοτάτη

* λειτουργοὶ τῷ παντὸς ἡμῶν σωτῆρος

* ἐσμὲν μετ' αὐτοῦ τῷ βούλεσθαι

* ποιεῖν

manu. Commune certamen hoc reputemus, vt etiam simul vincentes Saluatori gratias agamus, dicentes: *Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum; Tu confregisti capita draconis.* Sed nos quidem Saluatoris sacerdotes veri, mysteriorumque illius dispensatores, eos infestissimorum hostium loco ducimus, qui contra illius gloriam obloquuntur: tu vero non ita. Vnde? Nam te candide non accedere, res ipsæ coarguunt. Vides nos, veluti in bello, puluere aspersos, e pugna adhuc stillare sudorem, animositate spiritali & consolatione opus habere; imo vero iam victores: tu vero interim, qui in fratrum numerum relatus es, Christumque dominum tuum fateris, cum arma vna nobiscum induere deberes, aduersus veritatis dogmata arma moues? O rem inopinabilem! Pugnam non attigisti; certantibus non adfuisti; belli tempus tarditate aduentus tui declinasti; e longinquo viriliter decertantes spectasti: vidisti hostem prostratum; linguam blasphemam repressam, ac punitam; postea indoluisti; dic, quæso, quam ob causam? Ob id, quod Christus vicit? quod aduersarios debellauit? quod os loquentis magna obmutuit? quod cessauerit morbus, qui inter ecclesiæ filios grassabatur? Sed satius fuerat, viriliter agere nobiscum; illudque Dauidis voce prolatum dicere: *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam; & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* &c. Verum tu horum nullam penitus rationem duxisti:

Ps. 88. v. 11.
Ps. 73. v. 34.
Ps. 138. v. 21

aut momentum: his vero quæ inepte ac citra ordinem gesta sunt, cessantibus, doctrinam de pietate prius, sicuti decretum fuit, discuti, eamque iuxta communem totius Synodi sententiam in posterum obtinere. Neque enim pietas nostra æquo fert animo præiudicia de industria præsumpta: quinimo quæ gesta sunt, vsque adeo ægre fert, vt donec pietatis dogmata ab vniuersa Synodo fuerint examinata, & quispiam e sacro nostro palatio vna cum magnificentissimo Candidiano comite destinetur, qui nostro iussu quæ acta sunt cognoscat, quique quæ legitimo ordini dissentanea sunt, prohibeat, neminem episcoporum qui conuenerunt, ab Ephesiorum ciuitate abscedere, vel ad sacrum nostrum comitatum venire, vel in suam patriam reuerti, vllatenus sit passura. Quod enim nulli hoc liceat, nullusve speret id tuto sibi succesſurum, hæ literæ sufficient ad denuntiandum pietati vestræ, ne quid aliud præter nostram iussionem iam ante perpetratis in posterum adiiciat. Quin & hoc quoque sanctitatem vestram non lateat, nos illustrissimis prouinciarum præfectis scripsisse, ne vllum prorsus in patriam vel ciuitatem suam nostro iniussu redeuntem admittant. Oportet enim omnia iuxta Dei beneplacitum, contentione secluſa, veritatisque studio adhibito discuti, ac tum demum a vestra pietate confirmationem obtinere: quandoquidem sacra nostra maiestas non tamquam pro hominibus nunc, aut etiam pro sanctissimo piissimoque Nestorio, vel pro alio quopiam solicita est, sed ipsius veritatis, & dogmatis ipsius

ωὐθενπαν· τ ὃ ἀνακολούθως γεγονότων ἀρχαιώτων, δεῦτ πρὸ τῆς θεσεβείας λόγοις, ὥσπερ ἐδέδοκτο, πρότερον ἐξετασθῆναι, κ τ τὸ κοινῇ πάσῃ τῇ συνόδῳ δοκοῦν εἰς τ ἑξῆς χρόνον κρατεῖν· ἐκ ἀνεχομένης τῆς ἡμετέρας θεσεβείας τῶν ἐξ ὑπονοθεύσεως πραγμάτων· οὕτω γ ὑπὸ τοῖς γεγονόσιν ἀναγκαζούσης, ὥστε κελθεῖν μέλλεις αὖ κ πρὸ πάσης τ συνόδου τὰ τῆς θεσεβείας ἐξεταθῆ δόγματα, κ ὁποσαλῆ ις ἐκ τῆ θείου ἡμῶν παλατίου ἅμα τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ Καντιδιάνῳ τῷ κόμητι, τὰ πραγμένα κ τ κέλθυσιν ἡμετέραν εἰσόμενος, κ κωλύσων τὰ ἀνακόλουθα, μηδὲ ὁποσῆναί ινα τῶν συνειλεγμένων ὑποσκόπων τῆς Ἐφεσίων πόλεως, μήτε μλὼ ὑπὸ τὸ θεῖον ἡμῶν ἐλθεῖν πρόπεδον, ἢ ὑπὸ πλὼ ἑαυ πατρίδα ὡασρέψαι. ὥστε γ μηδενὶ τοῦτο ἐξ- *εῖναι, μηδὲ ἐλπίζειν ἀδεῶς προβήσεσθαι, ἱκανὰ * μὲν οὖν κ ταῦτα ὅτι τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ παρεγυῆσαι τὰ γράμματα, μήτε κ ἕτερον παρὰ πλὼ ἡμετέραν κέλθυσιν τοῖς γεγονόσι προσθεῖναι. ἴσω δὲ ἡ ἀγιότης ὑμῶν, ὡς κ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν ἐπέσταλται, μηδένα παντελῶς ἐάσαι εἰς τ ἑαυ πατρίδα κ πόλιν δίχα ἡμετέρας κελθύσεως ὑποσρέψαντα δεχθῆναι. χρὴ γ πάντα κ τ τῷ θεῷ μέλλοντα ἀρέσκειν, δίχα φιλονεικίας κ μ ἀληθείας ἐξεταζόμενα, οὕτω παρὰ τ * ὑμετέρας θεοσεβείας βεβαιωθῆναι· ὡς ἐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων νεῦ, οὐδὲ μέντοι τ ἁγιωτάτου κ θεοσεβεστάτου ὑποσκόπου Νεσορίου, ἢ ἑτέρου ινός, ὑπὲρ δὲ αὐ τ δόγματ κ τῆς

Anno Christi 431.

* ἐμοῦ γὰρ ἐσὶν
* ἡμετέραν

ANNO CHRISTI 431.

ἀληθείας αὐτῆς φροντίδα ποιουμένης τῆς ἡμετέρας θειότητος. ἐδόθη τῇ πρὸ * τριῶν καλανδῶν Ιουλίων, * ὑπάτου Φλαυίου Αντιόχου, καὶ τοῦ δηλωθησομένου.

* δεκατριῶν

* ὑπατείᾳ

curam gerit. Datum * tertio Kalendas Iulias, Flauii Antiochi, & alterius designandi consulatu.

* tertiodecimo

Αναφορὰ πρὸς τοῦ βασιλέα Ιωάννου ἀρχιεπισκόπου Αντιοχείας, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἣν ἀντέγραψαν διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ.

Ioannis archiepiscopi Antiocheni, ceterorumque qui illi adhærebant, relatio rescripta ad imperatorem per Palladium magistrianum.

ΤΟΥΤΟ, εὐσεβεῖς βασιλεῖς, τοῦτο ὀρθοδοξίας σύστασις, τὸ λῦσαι πάντα τὰ ἀθέσμως ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα, καὶ τοῖς κανόσιν ἤδη προλελυμένα, τὸ ἐν πρώτῃ τάξει προστάξαι τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων ἐν τῇ συνελθούσῃ συνόδῳ γενέσθαι. ἐμακαρίσαμεν τὴν οἰκουμένην, τὰ πρόσφατον ἡμῖν κομισθέντα ὑμῶν θεσπίσματα σὺν ἐπαίνοις μυρίοις ἀναγνόντες, ἐφ' οἵοις σκήπτροις, καὶ ἐφ' οἵᾳ βασιλείᾳ διακυβερνᾶται. ἀλλ' ὥσπερ ταῦτα παντὸς θαύματός ἐστιν ἐπέκεινα, ὅσα προστετάχατε, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, οὕτω καὶ ἡμῖν ἀναγκαία ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος ἀπολογία, περὶ ὧν συνηλάθημεν, ἐν τῇ Εφεσίων γενόμενοι πόλει, καταψηφίσασθαι καὶ κατακρῖναι τοὺς ἐκ προοιμίων τὰ ὑμέτερα πατήσαντας θεσπίσματα· τοὺς, ἐπεὶ ὑπὸ τοῦ οἰκείου συνειδότος ἠλαύνοντο, κυρῶσαι θελήσαντας καὶ ἀνανεῶσαι τὰ Απολιναρίου καὶ Αρείου δόγματα κατὰ τῆς εὐσεβείας, ἐν οἷς Κύριλλος ὁ Αλεξανδρείας πρώην εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν κεφάλαιά τινα μετὰ ἀναθεματισμῶν ἐξέπεμψε μετὰ πάσης ἐθελοθρησκείας· τοὺς πρὶν * ἅψωνται τῆς

* ἅψαντας

HOC, pii imperatores, hoc orthodoxæ fidei fulcimentum est, omnia ab illis illegitime acta euertere & antiquare, quæ etiam per canonicas sanctiones iam ante euersa & antiquata erant; vniuersaque Synodo simul congregata, primo loco dogmatum examinationem instituendam indicere. Sane cum decreta vestra proxime allata non absque magna laudum prædicatione legissemus, orbem terrarum beatum iudicauimus, cui talibus subesse sceptris, talique gubernari contigerit imperio. Verum vt ista quæcumque mandastis, omnem admirationem longe excedunt, imperatores piissimi; ita nobis quoque necessarium illud est, vt vestræ maiestati rationem reddamus, cur in Ephesiorum metropoli constituti, condemnationis sententiam in eos ferre compulsi fuerimus, qui ab ipso statim exordio vestra decreta proculcauerunt: qui propriæ conscientiæ stimulis agitati, Arii, Eunomii, Apollinariiq; dogmata contra pietatem confirmare & innouare voluerunt, per ea quæ Cyrillus olim Alexandriæ episcopus nuper capita scribens cum anathematismis omni superstitione referta ad vrbem regiam misit: qui priusquam

Rationem redditis multis mendaciis refertam.

Cyrilli capita totum oppositum euidēter ostendunt.

Quam falsa sint hæc omnia & commentitia, Concilii acta demonstrãt.

vllam diuinorum dogmatum scrutationem attigissent, ad odium & inimicitias sese verterunt; cum nulla piarum sanctionum vestrarum ratione habita, iniquam adeo sententiam aduersus tantam Constantinopolis imperatricis ciuitatum sedem temere proferre non dubitarunt. Itaque illorum insania, & insolentia per seipsam manifesta est omnibus, propter quod etiam sancta Synodus recto animi sensu, diuinoque zelo permota, & sanctis ecclesiis consulens, condemnationis sententiam in eos qui suo iam ante iudicio condemnati erant, protulit, nihil culpabile, (absit) vel temerarium, quod quispiam dixerit, hac in re committens; sed pietati, quæ in periculum adducta videbatur, ante omnia prospiciens. Atque hæc actorum nostrorum apud maiestatem vestram iustissima sit ratio. Neque enim aut gratia, aut odio ducti sumus, sed hoc vnum spectauimus, vt piam fidem fluctuantem ab iis quasi in salutem vindicaremus, qui scripta sua in summam illorum contumeliam & labefactationem munire procaciter studuerunt, quæ Petrus professus est, quæ de Deo locutus est Ioannes, quæ Matthæus & alii euangelistæ prædicarunt, quæ Paulus spiritu suggerente docuit; quæ omnes orthodoxi vbique terrarum prædicatione diuulgantes, piam fidem plantauerunt. Quare vestram pietatem, maiestatemque in orthodoxa doctrina educatam, obnixe rogamus, quantum rogare possumus, vt hanc orthodoxam fidem retineat firmiter, ac propugnet, & incolumem conseruet, tamquam in his summæ rerum spes vobis posi-

Neque Concilium condemnationis sententiam tulit, sed Cõciliabulum, atque hoc ipsum adhuc nullo seruato ordine.

Impudentissime mẽtiuntur, & calumniantur.

Summa impudentia imperatoribus adulantur, ac suum officium extollunt.

ANNO CHRISTI 431.

τῶν θείων δογμάτων ἐρεύνης, πρὸς ἔχθραν καὶ ἀπέχθειαν ἰδόντας, ἐν οἷς ἐτόλμησαν παρὰ τὰ ὑμέτερα εὐσεβῆ θεσπίσματα ψῆφον οὕτως ἄδικον ἐξενεγκεῖν κατὰ τοσούτου θρόνου τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κωνσταντινουπόλεως. ἡ μὲν οὖν τούτων παροινία αὐτόθεν πᾶσιν ἀνθρώποις δήλη ἐστίν· ἐφ' ᾗ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ὀρθῷ τῷ φρονήματι καὶ ζήλῳ κατὰ θεὸν κινηθεῖσα, καὶ φειδοῖ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, κατέκρινεν αὐτοκατακρίτους ὄντας· οὐ μεμπτόν τι, μὴ γένοιτο, οὐδὲ θερμὸν, ὡς ἄν τις εἴποι, πράττουσα, ἀλλὰ τῇ εὐσεβείᾳ κινδυνευούσῃ πρὸ πάντων ἀμύνουσα. αὕτη ὑπὲρ τῶν παρ' ἡμῶν πεπραγμένων δικαιοτάτη πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος* ἔστω ἀπολογία· ἡμῶν μὲν μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν βλεπόντων, ἀλλ' ἑνὸς* ὄντων, τοῦ τὴν εὐσεβῆ πίστιν κυματουμένην ὥσπερ διασῶσαι ὑπὸ τῶν τὰ ἑαυτῶν συγγράμματα αὐθαδείᾳ βουληθέντων κρατῦναι, ἐπ' ἀθετήσει καὶ ὕβρει ὧν Πέτρος ὡμολόγησεν, ὧν Ἰωάννης ἐθεολόγησεν, ὧν Ματθαῖος ἐκήρυξε, καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ, ὧν Παῦλος τῇ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐδίδαξεν, ὧν ἅπαντες οἱ ὀρθόδοξοι πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸ κήρυγμα ἐκφέροντες, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐρρίζωσαν. ταύτης τῆς ὀρθοδόξου πίστεως εὐχόμεθα, ὅση τις εὐχῆς ἡμῖν δύναμις, τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὸ ὑμέτερον τῇ ὀρθοδοξίᾳ ἐντεθραμμένον κράτος, ἀντέχεσθαί τε καὶ ὑπερασπίζειν, καὶ ἄτρωτον διαφυλάττειν· ὡς ἐν τούτοις ὑμῖν οὔσης τῆς πάντα ὑμῖν συνεχούσης τῆς τῶν πραγμάτων ἐλπίδος·

*ἔσται

*ὄντος

ANNO CHRISTI 431.

πίδος· ἡμῶν καὶ νῦν καὶ πρότερον παρεσκευασμένων μὴ ἐκκλῖναι * κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα, μήτε δεξιὰ, μήτε ἀριστερὰ, ὡς ἡ θεία ἔφησε γραφή. ἐπεὶ γὰρ πρὸς τὸ εὐσεβὲς τὴν πᾶσαν ῥοπὴν τὸ ὑμέτερον ἔχει κράτος, οἱ μὲν πειθόμενοι ἕξουσι τὴν παρ' ὑμῶν αὐτῶν ἔπαινον, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἀποδοχήν· οἱ δὲ πρὸς νεωτερισμοὺς βλέποντες, καὶ τὴν ἐκ θορύβων ἐπινοητὴν δύναμιν ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες, ὥσπερ οἱ τὰς τυραννίδας ταῖς εὐνομίαις ἐπεισάγοντες, ἀξίαν * ἐπενεγκόντες αἰσχύνην, ἅτε δὴ τὴν εὐνομίαν διαφθεῖραι σπουδάσαντες, καὶ τὰς ὑμετέρας παρεγγυήσεις χαμαὶ ῥίψαι τολμήσαντες. ὥστε τοίνυν μηδεμίαν ταραχὴν ἢ θόρυβον ἐν τῷ κοινῷ γενέσθαι συνεδρίῳ, θεσπισάτω ὑμῶν ἡ φιλόχριστος κορυφὴ, δύο ἑκάστῳ μητροπολίτῃ συνεῖναι· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τοῖς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας γράμμασιν εἴξαντες τοσούτους ἐπαγόμεθα, δυνάμενοι, εἴπερ ἄρα πλήθους ἦν χρεία, πλείστους ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν τοὺς τὰ θεῖα δόγματα ἀκριβῶς ἐπισταμένους, καὶ οὐδὲν τῷ ἀμαθεῖ τῶν θείων πλήθει Ασιανῶν καὶ Αἰγυπτίων ἐοικότας. εἰ γὰρ τοῦτο μὴ γένοιτο, ἀνάγκη σύγχυσιν αὖθις γενέσθαι· Αἰγυπτίων μὲν ὄντων πεντήκοντα, Ασιανῶν δὲ τῶν ὑπὸ Μέμνονα τὸν τῆς τυραννίδος ἡγεμόνα, τεσσαράκοντα· καὶ τῶν ἐν Παμφυλίᾳ αἱρετικῶν * Μεσαλινιωτῶν λεγομένων δώδεκα· χωρὶς τῶν συνόντων τῷ αὐτῷ μητροπολίτῃ, καὶ ἑτέρων καθῃρημένων καὶ ἀκοινωνήτων κατὰ διαφόρους * τρόπους ὑπὸ συνόδων ἢ ὑπὸ ἐπισκόπων γεγενημένων·

* τὰ ὑμέτερα

* ἀπενέγκονται

* Μεσαλιανιτῶν

* ἴσως, τόπους

ta sit. Nos autem & antea & nunc quoque animo parati sumus, iuxta pietatis vestræ decreta, neque ad dextram neque ad sinistram (quemadmodum diuina scriptura loquitur) declinare. Nam cum omne maiestatis vestræ studium ad pietatem intendat, illi quidem qui paruerint, a vobis ipsis laudem, a Deo autem commendationem reportabunt: ceteros vero, qui nouitatibus dant operam, sibique imaginariam quamdam tumultuatione potentiam, perinde ac illi qui bene temperatis rebuspublicis tyrannidem inducunt, comparare student, iustam ignominiam, tamquam iusti regiminis corruptores, vestrarumque denuntiationum temerarii contemptores, incurrent. Quapropter ne turbatio, aut aliqua tumultuatio Concilium infestet, vestra Christi amans celsitudo decernat, vt duo tantum cuilibet metropolitano adsint: nam & nos pietatis vestræ literis obsecuti, totidem adduximus; cum tamen, si quidem multitudine opus fuisset, plurimos egregie in diuinis dogmatibus institutos, nec vlla ratione cum imperita diuinarum rerum Asiaticorum & Ægyptiorum turba conferendos, nobiscum habere potuissemus. Nisi enim hoc statuatur, fieri non potest, quin aliqua rursus oriatur confusio: siquidem quinquaginta sunt Ægyptii, sub Memnone tyrannidis duce quadraginta Asiatici, duodecim item ex Pamphylia hæretici Messalianitarum nomine appellati; præter alios eidem metropolitano adhærentes, & alios a Synodis vel ab episcopis diuersis in locis excommunicatos & depositos:

Deut. 5. v. 32

Frustra studium vestrũ iactatis: nam & hoc iam ante decretũ erat, & a sancta Synodo diligenter obseruatum. Vide quanto contemptu de Concilii patribus loquãtur temerarii schismatici.

Tales erant orientales schismatici, & Nestoriani illi adhærentes.

qui ſane aliud nihil ſunt, quam hominum turba diuinorum dogmatum neſcia, & ad tumultus ſeditioneſque nata. Precamur proinde veſtram pietatem, ſuppliciterque rogamus, vt rurſum cogitationem ſuſcipiat, ſolitoque veſtro pio decreto pacem Concilii adaugeri curet. Etenim rati, vel nunc tandem fore, vt propter pias deuoti culminis veſtri literas reſipiſcerent, poſteaquam decretum omni pietatis ſenſu plenum illis eſt lectum, noſq; has literas dictaueramus, profecti ſumus ad ſancti Ioannis euangeliſtæ apoſtolicam eccleſiam, gratias acturi, Deumq; pro veſtra maieſtate, proque pio animi veſtri inſtituto conſilioque rogaturi: cum autem illi nos conſpicati eſſent, repente templum nobis occluſerunt. Itaq; cum forinſecus adorauiſſemus, ſilentioque reuerteremur, famulorum quorumdã multitudo erumpens, alios quidem noſtrorum detinuerunt, nonnullis iumenta ſua abſtulerunt, quoſdam etiam vulnerauerunt; nos autem fuſtibus & lapidibus longo interuallo inſectati ſunt, ita vt tamquam barbaris inſequentibus, magna cum feſtinatione fugam capeſſere cogeremur. Hæc autem multo iam ante præparauerat Memnon, nulli noſtrum vel in aliquo oratorio precari, vel quiete debitoque ordine res eccleſiaſticas tractare ſinens. Quapropter obteſtamur veſtram pietatẽ, vt præcipue Memnonem tyrannum, iam depoſitum ob has inſolentias, & omnia turbantem ac miſcentem, ne facta ſua diligenti examini ſubiiciantur, hac ciuitate pelli iubeat. Nam niſi hic expellatur, fieri nequit, vt pacem aliquando recupe-

Hæc acciderunt, quando loco Memnonis alium epiſcopum cõſtituere voluerunt: quod pius populus ferre noluit.

ὅιπερ εἰσὶν οὐδὲν ἕτερον, ἢ πλῆθος ἀνθρώπων, οὐδὲν μὲν ἀκριβὲς τῶν θείων δογμάτων ἐπισταμένων, ταραχῆς δὲ καὶ θορύβων μεστῶν. δεόμεθα τοίνυν καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν αὖθις φροντίσαι, ἐπιτεῖναι δὲ τῇ συνόδῳ τὴν εἰρήνην τῷ συνήθει ὑμῶν εὐσεβεῖ θεσπίσματι. νομίσαντες γὰρ νῦν γοῦν αὐτοὺς σωφρονήσειν διὰ τὰ εὐσεβῆ γράμματα τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν κορυφῆς, μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι αὐτοῖς τὸ πάσης εὐσεβοῦς προθέσεως γέμον θέσπισμα, καὶ ταῦτα ἡμᾶς ὑπαγορεῦσαι τὰ γράμματα, ἀπήλθομεν εἰς τὸ ἀποστόλιον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ εὐχαριστῆσαι, καὶ προσεύξασθαι ὑπὲρ τῆς ὑμετέρου κράτους, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς ὑμῶν σκοποῦ. οἱ δὲ θεασάμενοι ἡμᾶς, παραχρῆμα τὸν ναὸν ἀπέκλεισε. ὡς δὲ ἔξωθεν προσευξάμενοι, καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰπόντες ἐπανήειμεν, πλῆθος ἐξῆλθον οἰκετῶν τινων, καὶ τοὺς μὲν ἐξ ἡμῶν κατέσχον, τῶν δὲ τὰ ζῶα ἀπέσπασε, ἄλλους τε τραυματίας ἐποίησε, ἡμᾶς δὲ ῥοπάλοις καὶ λίθοις κατεδίωξαν μέχρι πολλοῦ διαστήματος, ὡς ἀναγκασθῆναι ἡμᾶς μετὰ πολλῆς * ἐπείξεως φυγεῖν ὡς βαρβάρων διωκόντων. ταῦτα δὲ ἐκ πολλοῦ ηὐτρέπισεν ὁ Μέμνων, μὴ συγχωρῶν μηδενὶ μήτε προσεύξασθαι ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, μήτε μετὰ εἰρήνης καὶ καταστάσεως διαθεῖναι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα. δεόμεθα τοίνυν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἐξαιρέτως Μέμνονα τὸν τύραννον προστάξαι ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως ταύτης, διά τε τὰς ἀταξίας αὐτοῦ ταύτας καθαιρεθέντα, καὶ κυκῶντα, ὥστε μὴ ἀκριβῶς ἐρευνηθῆναι τὰ κατ' αὐτόν. εἰ γὰρ οὗτος μὴ ἐξέλθοι, ἀδύνατον εἰρήνην γενέσθαι,

Anno Christi 431.

* ἐπιδείξεως

ANNO CHRISTI 431.

ἢ τῶν σκοπὸν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας εἰς πέρας ἀχθῆναι.

remus, aut pietatis vestræ scopus ad exitum perducatur.

Επιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν μάγιστρον ὁμοίως.

Eorumdem ad præfectum & magistrum pariter epistola.

ΕΙΣ * ἔσχατον κακὸν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐληλάκαμεν, καὶ δεινοῖς προσπαλαίομεν ἀνηκέστοις, καὶ καθ' ἑκάστην ὡς εἰπεῖν τὴν * ἡμέραν τὸν θάνατον ἡμῶν πρὸ ὀφθαλμῶν βλέπομεν. πᾶσαν γὰρ βαρβαρικὴν ὑπερβαίνει μανίαν τὰ ὑπὸ Κυρίλλου, καὶ Μέμνονος, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς καθ' ἡμῶν τολμώμενα· καὶ οὐδὲν εἶδος αὐτοῖς παραλέλειπται τυραννίδος. ἔφοδοι μὲν γὰρ συνεχεῖς, ὡς ἐν πολέμῳ, τολμῶνται· αἱ οἰκίαι ἡμῶν ἤδη δὶς ἀπεγράφησαν, ὥστε δήλας εἶναι καὶ ἐπισήμους τοῖς ἐπιέναι μέλλουσι. πᾶς οἶκος ἡμῖν εὐκτήριος ἀποκέκλεισται, νόσῳ διαφθειρόμενοι, καὶ σμικροῦ ἀέρος ἀπολαῦσαι ποθοῦντες, προκύπτειν οὐ θαῤῥοῦμεν, ὡς βαρβάρους ἐχθίστους τοὺς ὁμοφύλους φοβούμενοι. οἱ τῶν ἁγίων πατέρων κανόνες πεπάτηνται· οἱ καθῃρημένοι καὶ ἀκοινώνητοι ἱερουργίας κατατολμῶσι, τὰ δυσσεβῆ αὐτῶν ἐκχέοντες τῷ λαῷ θεοῦ διδάγματα. ἡμεῖς δὲ καθειργμένοι διατελοῦμεν, καὶ τὰς ἐφόδους περισκοποῦμεν. δεόμεθα τοίνυν καὶ ἱκετεύομεν τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν, μὴ περιδεῖν ἡμᾶς ἐν μέσῳ τῶν τοιούτων ἀπειλημμένους κακῶν, ἀλλ' ἐξαρπάσαι ἡμᾶς ὡς τάχιστα τοῦ ὑπόπτου θανάτου, καὶ παρασκευάσαι τὴν βασιλίδα πόλιν καταλαβεῖν, καὶ δοῦναι λόγον ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς πίστεως, καὶ ἐξελέγξαι τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τήν τε αἱρετικὴν κακοδοξίαν, καὶ τὴν

* ἔσχατα κακῶν

* ὥραν

AD summum, vt dici solet, malorum deuenimus, & cum extremis periculis luctamur, ac mortem quotidie nobis ob oculos versantem videmus. Nam quæ a Cyrillo & Memnone, ceterisq; factionis illorum consortibus, in nos audacter committuntur, ea omnem barbaricum furorem excedunt: nullumque tyrannidis genus ab eis prætermissum est. Continuis, prout in bello fieri solet, insultibus audacter impetimur: ædes nostras iam bis inscripserunt, nempe vt illis sint manifestæ & designatæ, qui impetum facturi sunt. Omne templum nobis præclusum est: morbo consumpti, ac vel modico cælo frui desiderantes, obliquato capite prospicere non audemus, contribules non secus ac infestissimos hostes extimescentes. Sanctorum patrum Canones conculcati sunt: excommunicati & exauctorati sacris operari nihil verentur, impia sua dogmata copiose Dei populo profundentes: & nos interim inclusi misere hic sumus, inuasionesque circumspectamus imminentes. Obsecramus proinde vestram magnificentiam, obnixeque eamdem rogamus, ne nos tantis hisce malis vndique cinctos negligat; sed euidenti mortis discrimine quanta fieri potest celeritate eximat, efficiatque vt ad regiam ciuitatem accitis, fidei nostræ rationem reddere, ac prædictorum virorum hæresim, incredibilemque

Sæpius eadem mendacia iterant.

iniquitatem liceat commonstrare. Nam nisi hoc fiat, peribimus funditus, atque illorum furiis pabulum futuri sumus. Denuo itaque oramus, & per liberos, perq; ea quæ vobis sunt carissima, ac per iustum Dei iudicium obtestamur, ne a vestra magnificentia neglecti relinquamur; sed vt quam celerrime hinc eruamur, & liberum aerem intueamur.

Eorumdem ad præpositum & scholasticum pariter epistola.

INTER delicta nihil grauius, nihil est perniciosius arrogantia: Ea enim ad absurda quæque deducit. Hac Ægyptii, & qui cum illis ceu sub signis militant, acti, ecclesiasticas leges aspernantur, piaque Dei amantissimorum imperatorum nostrorum edicta conculcant. Nam neque prima, neque secunda, neque tertia imperatorum epistola ad saniorē mentem eos reuocare potuit: sed neque legitima per nos in eos exauctoratio lata, illorum extinxit audaciam. Sed & in oratoriis spreta lege conueniunt, & profanas synaxes, etiamsi populi ad eas non veniant, scelerate celebrant; & omnibus sacris ædibus custodes, qui nullum nisi ipsos ingredi sinant, adhibuerunt. Et quidem iam ante per alias literas vestræ magnificentiæ indicatum est, quantum periculum adiuerimus, quando pientissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum literis per Palladium comitem præclarissimum iam acceptis, ad sanctam apostoli basilicam adorare instituebamus. Et-

Hæc verissime & appositissime in vos conueniunt.

Non ob literas imperatorū, sed quia loco Memnonis alium instituere volebatis; quod populus ferre noluit.

ὑπερβάλλουσε παρανομίαν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένοιτο, παντελῶς ἀπολούμεθα, καὶ παρανάλωμα τῆς ἐκείνων μανίας ἐσόμεθα. πάλιν τοίνυν δεόμεθα, καὶ ἐνορκοῦμεν πρὸς παίδων, πρὸς τῶν φιλτάτων, πρὸς τῆς δικαίας τοῦ θεοῦ κρίσεως, μὴ περιοφθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας μεγαλοπρεπείας, ἀλλ' ὡς τάχιστα ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἐλεύθερον ἀέρα θεάσασθαι.

ANNO CHRISTI 431.

Επιστολὴ τῶν αὐτῶν πρὸς τὸν πραιπόσιτον καὶ τὸν σχολαστικὸν ὁμοίως.

ΟΥΔΕΝ ἀπονοίας ἐν πλημμελήμασι χαλεπώτερον· αὕτη γὰρ ἐπὶ πάντα ἐστὶ τὰ ἄτοπα ἡγεμών. ὑπὸ ταύτης οἱ Αἰγύπτιοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς στρατηγούμενοι, τῶν τε ἐκκλησιαστικῶν καταφρονοῦσι θεσμῶν, καὶ τὰ εὐσεβῆ τῶν θεοφιλεστάτων ἡμῶν βασιλέων πατοῦσι θεσπίσματα. οὔτε γὰρ τὰ πρῶτα, οὔτε τὰ δεύτερα, οὔτε τὰ τρίτα αὐτοὺς σωφρονεῖν ἐδίδαξαν γράμματα· οὔτε ἡ ἐννόμως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν ἐπενεχθεῖσα καθαίρεσις ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν θρασύτητα· ἀλλ' ἀθροίζονται μὲν εἰς τοὺς εὐκτηρίους οἴκους παρανόμως, ἐπιτελοῦσι δὲ συνάξεις ἀθέσμους, καίτοι γε τῶν λαῶν ταύταις οὐ παραβαλόντων· παντὶ δὲ θείῳ οἴκῳ φρουροὺς ἐπιστήσαντες, οὐδένα πλὴν αὐτῶν εἰσιέναι συγχωροῦσι. καὶ ταῦτα ἤδη διὰ γραμμάτων ἑτέρων τὴν ὑμετέραν ἐδιδάξαμεν μεγαλοπρέπειαν, ὅπως ἐκινδυνεύσαμεν, προσεύξασθαι βουληθέντες εἰς τὸ ἅγιον ἀποστόλιον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ θαυμασιωτάτου Παλλαδίου τοῦ μαγιστριανοῦ γράμματα τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων. οὐ

ANNO CHRISTI 431.

γὰρ μόνον ἐκωλύθημεν προσεύξασθαι, ἀλλὰ καὶ καταλευσθέντες μέχρι πολλοῦ κατεδιώχθημεν. ἐπεὶ τοίνυν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπάρχετε τρόφιμοι, καὶ ἐν ἀρετῇ διαλάμποντες πάσῃ, ὡς τὴν ὑμετέραν εὔκλειαν ἐν τοῖς ἁπάντων περιφέρεσθαι στόμασι, καὶ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας * ἐκθύμως ὑπερμαχεῖτε, πᾶσαν ποιούμενοι προμήθειαν, ὥστε διηνεκῶς αὐτὴν ἐξ οὐρίων φέρεσθαι· παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὸ μέγεθος, καὶ τὰ ἡμέτερα γράμματα ὑπαναγνῶναι τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ πᾶσαν ὑπενεγκεῖν σπουδὴν, ὡς τὴν μὲν παροῦσαν παυθῆναι σύγχυσιν, ἀταράχως δὲ καὶ θορύβου παντὸς χωρὶς τὸ κοινὸν γενέσθαι συνέδριον, καὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἕκαστον μέρος τῶν ἀμφισβητούντων συστῆναι.

* ἐκθύμως

enim non modo ab oratione fuimus prohibiti, verum etiam lapidibus impetiti, hostilique insectatione longissime abacti. Cum itaque pietatis alumni sitis, omniq; virtutum genere præfulgeatis, adeo vt vestra gloria in omnium ore versetur, & sanctam ecclesiam alacriter propugnetis, omnem diligentiam, vt secundis perpetuo ventis feratur, adhibentes; amplitudinem vestram obtestamur, vt pientissimo, Christique amanti imperatori nostro literas nostras legatis, omnique studio ad hoc incumbatis, vt præsens quidem confusio compescatur, omnique perturbatione ac tumultu e medio sublato, communis Synodus celebretur, & quælibet disceptantium pars rebus controuersis adsistat.

Αναφορὰ τῆς ἀνατολικῆς συνόδου πρὸς τὸν καλλίνικον βασιλέα, δηλοῦσα καὶ αὖθις τὴν γεγενημένην καθαίρεσιν Κυρίλλου καὶ Μέμνονος.

Relatio orientalis Conciliabuli ad imperatorem victoriis clarum, rursum significans depositionem Cyrilli & Memnonis.

ΗΔΙΑΛΑΜΠΟΥΣΑ ὑμῶν εὐσέβεια ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν τῶν θεοῦ ἐκκλησιῶν, ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐν τῇ τῶν Εφεσίων ἀθροισθῆναι, ὥστε κέρδος καὶ εἰρήνην τῇ ἐκκλησίᾳ περιποιῆσαι, οὐχ ὥστε συγχύσεως καὶ ἀταξίας πάντα πληρῶσαι. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τῶν ὑμετέρου κράτους θεσπίσματα σαφῶς καὶ διαῤῥήδην τὴν εὐσεβῆ ὑμῶν καὶ εἰρηνικὸν ὑπὲρ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν μηνύει σκοπόν. ὁ δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, ὡς ἔοικε, Κύριλλος ὁ τῆς Αλεξανδρείας, συνεργὸν λαβὼν τὴν Μέμνονος τοῦ Εφεσίου θρασύτητα, προῶ-

PIETAS vestra, quæ benefaciendo orbi & ecclesiis Dei clarescit, iussit nos in Ephesiorum ciuitate congregari, vt inde lucrum & pax ecclesiæ conciliaretur, non vt omnia confusione & perturbatione complerẽtur. Sed & ipsa vestræ maiestatis edicta aperte ac diserte piam vestram & pacificam pro ecclesiis Dei indicant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad perniciem ecclesiarum (vt videtur) & natus & educatus, assumpta cooperatrice Memnonis Ephesii audacia, pri-

Indigna in Cyrillum calumnia.

mum quidem in placidum & pium vestrum edictum peccauit, per omnia se profanum ostendens. Nam cum vestra maiestas præceperit de fide diligens examen & inquisitionem, eamque haberi cum concordia & pace omnium; Cyrillus de Apollinarii dogmatibus accusatus, imo ipse seipsum redarguens per ea quæ cum anathematismis nuperrime in regiam vrbem cum propria subscriptione misit, in quibus deprehensus est sentire cum impio & hæretico Apollinario: his omnibus posthabitis, quasi tempora hæc regia gubernatione destituta essent, in omnem prolabitur iniquitatem: cumque oporteret rationem reddere prauæ suæ de gloria Domini nostri Iesu Christi opinionis, sibi auctoritatem vsurpans neque a Canonibus, neque a vestris edictis ei concessam, in omne genus immodestiæ ac sceleris ruit. Quamobrem mota sancta Synodus, quæ non approbauit eius adinuentiones fidei pestiferas, ipsum quidem deponit propter prædicta omnia, Memnonem vero, vt administrum eius & commilitonem in omnibus, qui innumeras turbas contra sanctissimos episcopos prauæ illi & hæreticæ opinioni assentiri recusantes excitauit, & ecclesias atque oratoria omnia conclusit, quasi adessent paganorum & hostium Dei tempora, & vulgus regionis Ephesiorum introduxit, adeo vt nobis quotidie de summa rerum periclitandum sit, dum non de defensione, sed de rectis fidei dogmatibus cogitamus. Hos enim abscin-

Conciliabulum suum falso vocant sanctam Synodum.

τον μὲν εἰς τὸ γαληνὸν καὶ εὐσεβὲς ὑμῶν παρηνόμησε θέσπισμα, διὰ πάντων τὸ ἀκαθοσίωτον αὐτοῦ δεικνύς. τοῦ γὰρ ὑμετέρου κράτους θεσπίσαντος περὶ πίστεως τὴν ἐξέτασιν γενέσθαι, καὶ βάσανον ἀκριβῆ τὴν μετ' ὁμονοίας καὶ εἰρήνης τῆς πάντων, ὁ Κύριλλος ἐπὶ τοῖς Απολιναρίου δόγμασιν ἐγκαλούμενος, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐλέγξας δι' ὧν προφὴν εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν μετ' ἰδίας ὑπογραφῆς ἀπέστειλε μετὰ ἀναθεματισμῶν, ἐν οἷς τὰ τοῦ δυσσεβοῦς καὶ αἱρετικοῦ Απολιναρίου φρονῶν ἐλήλεγκται· καὶ οὐδενὸς τούτων φροντίσας, ὡς ἐν ἀβασιλεύτοις καιροῖς, χωρεῖ πρὸς πᾶσαν παρανομίαν· καὶ δέον λόγον δοῦναι ὑπὲρ ὧν διεφθαρμένῃ χρῆται τῇ περὶ τοῦ κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν δόξῃ, ἁρπάσας ἑαυτῷ τὴν αὐθεντίαν, τὴν μήτε παρὰ τῶν κανόνων αὐτῷ δεδομένην, μήτε ἀπὸ τῶν ὑμετέρων θεσπισμάτων, ὁρμᾷ πρὸς πᾶν εἶδος ἀταξίας καὶ παρανομίας. ἐπὶ τούτοις κινηθεῖσα ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ οὐ παραδεξαμένη τὰς ἐπὶ λύμῃ τῆς πίστεως αὐτοῦ ἐπινοίας, οὗτον μὲν καθαιρεῖ διὰ τὰ προειρημένα πάντα, Μέμνονα δὲ, ὡς συνεργὸν αὐτοῦ καὶ συναγωνιστὴν ἐν ἅπασι γεγενημένον, καὶ μυρίους θορύβους κατὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, τῶν συνθέσθαι τῇ αἱρετικῇ ἐκείνου κακοδοξίᾳ μὴ ἀναχομένων, ἐγείραντα, καὶ τὰς ἐκκλησίας, καὶ πάντα τόπον εὐκτήριον κλείσαντα, ὡς ἐν ἑλληνικοῖς καὶ θεομάχοις καιροῖς, καὶ πλῆθος ἐπιχώριον τῆς Εφεσίων ἐπεισαγαγόντα, ὡς περὶ τοῦ παντὸς ἡμῖν εἶναι καθ' ἑκάστην τὸν κίνδυνον, οὐ πρὸς ἄμυναν βλέποισιν, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὀρθὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας. τὸ γὰρ τούτοις

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἐκκόψαι, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὴν ὀρθοδοξίαν στῆσαι. ἔξεστι δὲ ὑμῶν τῷ κράτει ἐξ αὐτῶν αὐτοῦ τῶν κεφαλαίων τὸ δυσσεβὲς αὐτοῦ φρόνημα ἐπιγνῶναι. τελευτήσαντα γὰρ τὴν δυσσεβῆ Απολινάριον ἐν τῇ αἱρέσει, οἱονεὶ ἐξ ᾅδου ἐγείρων, καὶ ἐπιστρατεύων ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει ἐλέγχεται, καὶ ἀναθεματίζων ἐν οἷς ἐκτίθεται, εὐαγγελιστὰς ὁμοῦ καὶ ἀποστόλους, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ἐκκλησίας προγόνους· οἳ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ λογισμῶν οἰκείων ὁρμώμενοι, τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐκήρυξαν, καὶ κατήγγειλαν τὸ εὐαγγέλιον ἀπεναντίας οἷς οὗτος καὶ φρονεῖ καὶ διδάσκει, καὶ ἐξ ἐπιτάγματος βούλεται τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κρατεῖν. ὅπερ οὐ φέροντες, τῇ στάσει τῇ δεούσῃ ἐχρησάμεθα, τῇ τε θείᾳ ῥοπῇ, καὶ τῷ τῆς εὐσεβείας ὑμῶν θαῤῥοῦντες σκοπῷ. ἴσμεν γὰρ, ὡς οὐδὲν προτιμήσετε τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ᾗ συντραφέντες ὑμεῖς τε καὶ οἱ τρισμακάριοι ὑμῶν πρόγονοι, ἀδιάδοχα τὰ τῆς βασιλείας παρειλήφατε σκῆπτρα, τοὺς τοῖς ἀποστολικοῖς δόγμασιν ἐναντιουμένους ἀεὶ καταλύοντες· ὧν ἐστιν ὁ προειρημένος Κύριλλος· ὃς ὥσπερ ἀκρόπολιν κατειληφὼς τὴν Εφεσον διὰ Μέμνονος τοῦ συνεργοῦ, δικαίως μετ' αὐτοῦ τὴν καθαίρεσιν ἀπηνέγκατο. πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις, πᾶσαν ἔφοδον καὶ πᾶσαν ἀταξίαν ἐτόλμησαν καθ' ἡμῶν· οἳ συνελέγημεν, καὶ πόλεων ἀμελήσαντες, καὶ πατρίδων, καὶ ἑαυτῶν, ὥστε τὸ ὑμέτερον κυρῶσαι θέσπισμα· καὶ ἐσμεν νῦν τυραννίδος παρανάλωμα, εἰ μὴ* καταλάβῃ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια, θεσπίζουσα ἑτέρωσε ἡμᾶς συνελθεῖν, πλησίον που, ἔνθα δυνησόμεθα ἀπό τε τῶν

dere, nihil aliud est, quam rectam fidem statuere. Poterit autem maiestas vestra vel ex ipsis illius capitibus impiam eius sententiam agnoscere. Impium enim Apollinarium in hæresi iam mortuum quasi ex inferno excitare, & contra ecclesias & rectam fidem in aciem educere comperitur, & anathematizare in suis expositionibus euangelistas simul & apostolos, & post illos, ecclesiæ progenitores, qui a Spiritu sancto, non a propriis cogitationibus impulsi, piam fidem prædicauerunt, & euangelium annuntiauerunt, contraria quam iste & sapit & loquitur, præcipiendoque vult vbiuis terrarum suam impietatem valere. Id quod nequaquam ferentes, conuenienti dissidio sumus vsi, diuina gratia, vestræque pietatis mente fisi. Scimus enim quod sanæ fidei nihil præferetis, in qua educati vos, & beatissimi progenitores vestri, non interiecto extraneo successore regni sceptra suscepistis, semper eos qui apostolicis dogmatibus aduersantur, deprimentes: e quibus est Cyrillus prædictus, qui adiutore Memnone quasi arcem occupans, veniens Ephesum, iuste cum eo depositioni subiectus fuit. Nam præter ea quæ diximus, omnem insultum, omnemque perturbationem per audaciam aggressi sunt contra nos, qui conuenimus relictis ciuitatibus & patriis, ac nobisipsis, vt edictum vestrum ratum esset: & nunc sumus tyrannidi exposita præda, nisi vestra pietas anteuertat, edicens, vt alio loco propiore conueniamus, vbi poterimus e

Impudens in catholicum virum mendacium.

*ἴσως, προκαταλάβῃ

Schismatici pietatē semper simulant, impietatem meditantes.

scripturis, & e libris conscriptis a patribus, redarguere manifeste Cyrillum, & eos qui ab illo dolose inducti sunt, quos indulgenter excommunicationi subiecimus, spem salutis, si resipiscant, subindicantes; qui quasi in barbarico exercitu materiam perturbationis vsque in præsentem horam ei suppeditarunt: alii quidem multo ante depositi, & ab illo suscepti: alii vero excommunicati a suis metropolitanis, & ab ipso in communionem recepti: alii variis criminibus impliciti, & ab ipso honores consecuti: & hæc fecit, tentans per multitudinem sensum suum hæreticum stabilire; non expendens, quod in religione non numerus quæritur, sed dogmatum rectitudo, & apostolicorum decretorum veritas, & viri, qui illa pie ex apostolicis demonstrationibus & testimoniis comprobare sciant, non autem ex audacia & tyrannica potestate. Proinde obsecramus & oramus, vt vestra maiestas quamprimum religioni quæ impugnatur, subsidium ferat, & celerrimam correctionem imponat illorum insaniæ & tyrannidi, quæ quasi turbo ad hæreticam perfidiam audaciores arripit. Iustum enim est, vt vestra pietas, quæ ecclesiarum Persidis, & earum quæ inter barbaros sunt, curam gessit, ecclesias quæ in Romanorum principatu iactantur, non negligat.

γραφῶν, καὶ τῶν συγγεγραμμένων τοῖς πατράσι βίβλων, ἐλέγξαι αὐτοῦ σαφῶς, τόν τε Κύριλλον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ὑπαχθέντας· οὓς πεφεισμένως ἀκοινωνησίᾳ ὑπεβάλομεν, ἐλπίδας αὐτοῖς σωτηρίας, εἰ μεταμεληθεῖεν, ὑποφαίνοντες· οἳ ὥσπερ ἐπὶ στρατείᾳ βαρβαρικῇ ὕλας ἀταξίας αὐτῷ μέχρι τοῦ παρόντος παρέσχον· οἱ μὲν καθῃρημένοι ὄντες ἐκ πολλοῦ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ προσληφθέντες· οἱ δὲ ἀκοινώνητοι τοῖς οἰκείοις μητροπολίταις, καὶ ὑπ' αὐτοῦ εἰς κοινωνίαν δεχθέντες· ἄλλοι διαφόροις ἐγκλήμασιν ἐμπεπαρμένοι, παρ' αὐτοῦ τιμηθέντες. καὶ ταῦτα ἐποίει, ἀπὸ τοῦ πλήθους κυρῶσαι τὸ αἱρετικὸν αὐτοῦ πειρώμενος φρόνημα, μὴ λογισάμενος, ὡς ἐν εὐσεβείᾳ οὐκ ἀριθμὸς ζητεῖται, ἀλλ' ὀρθότης δογμάτων, καὶ ἡ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀλήθεια, καὶ ἄνδρες ἐν τούτοις εὐσεβῶς ἐξ ἀποστολικῶν ἀποδείξεων καὶ μαρτυριῶν εἰδότες συνίστασθαι, καὶ οὐκ ἐκ θράσους καὶ αὐθεντίας τυραννικῆς. ὅθεν παρακαλοῦμεν καὶ ἱκετεύομεν διὰ τάχους ἐπαμῦναι τῇ εὐσεβείᾳ πολεμουμένῃ τὸ ὑμέτερον κράτος, καὶ διόρθωσιν ὀξυτάτην ἐπιθεῖναι τῇ τούτων μανίᾳ καὶ τυραννίδι, ἣ ὥσπερ τις λαίλαψ πρὸς αἱρετικὴν κακοδοξίαν παρασύρει τοὺς θρασυτέρους. δίκαιον γὰρ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν τὴν τῶν ἐν Περσίδι, καὶ τῶν ἐν βαρβάροις ἐκκλησιῶν φροντίσασαν, ἐν τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ σαλευομένας μὴ παριδεῖν ἐκκλησίας.

ANNO CHRISTI 431.

Αναφο-

ANNO CHRISTI 431.

*Ἐπιστολὴ τῶν αὐτῶν

*Ἀναφορὰ τῶν ἀνατολικῶν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ἥνπερ ἔδωκαν μετὰ τῆς ἀναφορᾶς τῆς προγεγραμμένης τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι Εἰρηναίῳ.

ΗΛΠΙΣΑΜΕΝ λύσιν ἔσεσθαι τοῦ Αἰγυπτιακοῦ κλύδωνος, τοῦ ταῖς ἁγίαις τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις προσβαλόντος, τὰ τῆς εὐσεβείας τῆς ὑμετέρας δεχόμενοι γράμματα· ἐψεύσθημεν δὲ τῆς ἐλπίδος. θρασύτεροι γὰρ οἱ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ἐγένοντο· καὶ οὔτε τῆς ἐνδίκως καὶ ἐννόμως ἐπενεχθείσης αὐτοῖς ἐφρόντισαν καθαιρέσεως, οὔτε τῇ ἐπιτιμήσει τοῦ ὑμετέρου κράτους ἐγένοντο σωφρονέστεροι· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας νόμους, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων κανόνας πατήσαντες, οἱ μὲν καθαιρεθέντες, οἱ δὲ ἀκοινώνητοι γενόμενοι, ἐν τοῖς εὐκτηρίοις ἑορτάζουσιν οἴκοις, συνάξεις ἐπιτελοῦντες. καὶ ἡμᾶς μὲν, ὡς καὶ ἤδη τὴν φιλόχριστον ὑμῶν ἐδιδάξαμεν κορυφὴν, προσεύξασθαι μόνον εἰς τὸ ἅγιον βουληθέντας ἀποστόλιον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὰ πάσης εὐσεβείας γέμοντα γράμματα τῆς ὑμετέρας ἡμερότητος, οὐ μόνον ἐκώλυσαν, ἀλλὰ καὶ κατέλευσαν, καὶ μέχρι πολλοῦ κατεδίωξαν, ὡς φυγῇ καὶ δρόμῳ τὴν σωτηρίαν ἡμᾶς πορίσασθαι. αὐτοῖς δὲ πᾶν ὁτιοῦν ποιεῖν ἐξεῖναι νομίζουσιν· εἰς δὲ συνέδριον *εἰσελθεῖν, καὶ βάσανον τῶν ζητουμένων ποιήσασθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν αἱρετικῶν τοῦ Κυρίλλου κεφαλαίων ἀπολογήσασθαι οὐκ ἠνέσχοντο, τοὺς προφανεῖς τῆς ἐν αὐτοῖς δυσσεβείας ἐλέγχους ἀπαγορεύοντες. μέγα δὲ φρονοῦσιν ἐπὶ μόνῳ τῷ

*συνελθεῖν,

Relatio orientalium ad piissimum imperatorem, quam cum antescripta relatione magnificentissimo comiti Irenæo dederunt.

SPERAVIMVS fore, vt Ægyptiaca tempestas, quæ sanctas Dei ecclesias exagitauit, acceptis pietatis vestræ literis tandem aliquando sedaretur: sed spe nostra frustrati sumus. Etenim viri illi væsania acti, insolentiores euaserunt: & neque depositionem iuste legitimeque ipsis illatam quidquam curant, neque per maiestatis vestræ increpationem modestiores effecti sunt: sed & pietatis vestræ sanctionibus contemptis, sanctorumque patrum canonibus conculcatis, (cum alii sint depositi, alii vero excommunicati) festos dies in oratoriis agunt, celebrantes synaxes: ac nos quidem, sicuti etiam Christi amantem celsitudinem vestram ea de re certiorem antea fecimus, cum acceptis clementiæ vestræ literis omni pietate plenis, in apostoli basilica preces solum Deo adhibere cuperemus, non modo prohibuerunt, sed lapidatione facta, longo quoque spatio insecuti sunt, ita vt fuga cursuque vitæ periculum euaserimus. Sibi vero quiduis licere arbitrantur; neque ad Concilium conuenire, neque controuersiarum discussionem pertractare, neque de hæreticis Cyrilli capitibus (quod argumenta, quæ impietatem illorum aperte ostendunt, diluere se posse plane diffidant) rationem reddere voluerunt: sola autem audacia temeritateque sese

Accusatur Synodus, quod schismaticorum excommunicationem paruifecerit.

Aliud vero meditabamini, quam precationem, vt manifestum postea euasit.

Stulte nimirum agerent, si relicto Concilio catholico ad schismaticorum Conciliabulũ transirent.

ANNO CHRISTI 431.

efferunt: & tamen non audacia, non temeritate, ſed tranquillitate, ſed ſcientia, ſed dogmatum peritia, quæ propoſita ſunt, ſimul examinari debent. Eapropter magnificentiſſimum comitem Irenæum præmittere cõpulſi ſumus, vt is & veſtram pietatem conueniat, & totius negotii ſeriem explanet: ſiquidem nihil actum eſt, quod illum lateat. Accepit idem a nobis plurimos præſentis morbi curandi modos, quibus tranquillitas eccleſiis Dei reſtitui queat. Rogamus veſtram manſuetudinem, vt patienter illos ab eo cognoſcat, & quod veſtræ pietati viſum fuerit, quanta fieri poterit celeritate præcipiat, ne citra omnem vtilitatem & neceſſitatem hic conſumamur.

Quomodo Irenæus munus hoc obierit, ex eius epiſtola, quæ mox ſequitur, cognoſci poteſt.

Epiſtola comitis Irenæi ad orientales, de iis quæ in propoſita cauſa geſta ſunt poſt ſuum Conſtantinopolim ingreſſum, redditaſque relationes.

VIX mihi nunc tandem ad ſanctitatem veſtram ſcribere, qualemque deſiderabam, tabellarium inuenire licuit, vt quis propoſiti negotii ſucceſſus per gratiam Dei extiterit, veſtræ pietati patefacerem. Venimus enim in regiam ciuitatem triduo poſt Ægyptiorum aduentum. At vero quot in ipſo mox aditu pericula ſim perpeſſus, id nec oratione explicari facile eſt, nedum epiſtola repræſentetur. Nam optimi illi viri ante me (ciuitatem) ingreſſi, omnibuſq; commode & ex voluntate vſi, (tantum enim dixiſſe ſatis ſit) omnium fere aures præoccuparunt; alios quidem

Exaggerat Irenæus quæ ſchiſmaticorum cauſa pertulerat.

σράσ· καίτοι γε ὐ σράσοις, ἀλλ' ἡσυχίας, καὶ γνώσεως, καὶ τῆ τῶν δογμάτων ἐμπειρίας ἡ σὲι τῶν σροκειμένων σωεξέτασις δέι. τούτου χάειν ὠάσκάδηλν * σροπέμψαδαι τὸν μεγαλοπρεπέσαδον κόμηδα Εἰρηναῖον καδαλαβεῖν ὑμῶν τὴν ὐσέβειαν, καὶ ὧν ἔ σράγμαδος διδάξαι. τὰ δὲ γὰρ γεγυμνωμένα ἀκριβῶς ἐπίσαδαι, καὶ μεμάδηκε σᾶν ἡμῶν πολλοὺς σερὶ σειρείας τρόπους, δι' ὧν δυνατὸν τὸ ἀπέσαχον τῆς ἀγίας τοῦ δεοῦ ἐκκλησίας * παραχεθῆναι· οἷς ἱκετεύομεν αἰδέξικάκως τὴν ὑμετέραν σᾶν αὐτῶν μαδεῖν ἡμερόδηδα, καὶ τὸ δοκοῦν τῆ ὑμετέρα ὐσεβείᾳ σᾶσι κελεῦσαι γνῶναι, ἵνα μὴ εἰς οὐδὲν δέον σὺ σᾶν * σωτελεσθῶμεν.

* ἐσχηκέναι.

* παραχεθῆναι.

* συντελεσθῶμεν.

Επιστολὴ γραφεῖσα παρὰ τοῦ κόμητος Εἰρηναίου σρὸς τοὺς διαπολικοὺς σερὶ τῶν ἐπὶ τῆ Κωνσταντινουπόλει σραχθέντων, μὴ τὴν εἴσοδον αὐτοῦ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἀναφορῶν.

ΜΟΓΙΣ μοι νῦν * ἐγένετο καὶ ἐπιστεῖλαι σρὸς τὴν ὁσιότητα ὑμῶν, καὶ τὸ γραμμάτων δύρεῖν οἷς ἐβουλόμην διάκονον· ἵνα τὰ ἐπὶ τοῖς σροκειμένοις ἐκβάντα διὰ τὴν χάριτος τοῦ * Χριστοῦ, γνωρίσω τῆ κῦ τὸν ὑμῶν διαδεδόσ. ἤλδομεν γὰρ εἰς τὴν βασιλίδα σόλιν, ζ̄ εἰς με τὸν Αἰγυπτίων σροσλαβόντων ἡμέρας· ὅσους δ' λοιπὸν δύδις καὶ σᾶν αὐτοῖς ὑπέσην * τὴν εἴσοδον κινδυνώδεις, ἁδὲ λόγῳ ῥᾴδιον ἐξηγεῖσδαι, μή τι γε δι' ἐπιστολῆς σᾶσαν. σροσελδόντες γὰρ ὁ βέλτισοι, καὶ σᾶσι σροσφόρως καὶ καταλλήλως χρησάμενοι. ἀρκεῖ γὰρ τοσοῦτον εἰσεῖν· σάντων ὡς εἰσεῖν τὰς ἀκοὰς σροκατέλαβον, τοῦ μὲν σᾶς

* σπουδαίως.

* ἐπιστῆναι.

* Χριστοῦ.

* καταλείπειν τὴν εἴσοδον.

ANNO CHRISTI 431.

ψευδολογίαις ὡς ἔτυχον δελεάζοντες, τοῦ δὲ καθ' ἡμῶν ταῖς συκοφαντίαις * προσεπίζοντες, ἅπαντας δὲ κοινῇ τῇ κατ' ἰδίαν συμπείθοντες· ὥστε καὶ τοῦ μεγάλοις ἄρχοντας, καὶ * τοῦ ἐν ταῖς ἀξιώμασι τελοῦντας, καὶ τοῦ ἐν στρατείαις διαφόροις πεφθῆναι, ὅτι πρὸ τῆς ἐξετάσεως ἀκολούθου γενομένης, καὶ κρίσεως προακολουθησάσης, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξενεγκόντων ψῆφον κατὰ τοῦ παρ' αὐτῶν ἐρήμῳ καταχειρισθέντος, ἡ θαυμασὴ γέγονεν ἐκείνη καθαίρεσις. Ⓟ μοὶ τοι μεγαλοπρεπέστατον καὶ φιλόχριστον κουβικουλαρίῳ Ⓝ Σχολαστικίῳ ἔπρεπεν ὁμολογουμένως, ὡς οὐδὲ ἀκοῦσαι ὅλως ἠνέσχετο τὸ Ἐφέσου τῆς θεοτόκου φωνῆς. ὅμως διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀκαταγώνιστον δύναμιν, καὶ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς, ἐξέχουσα διὰ τῆς οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, τοῦ ἐκ προοιμίων κινδύνους, ὡς ἔφην, διαφυγὼν, συντυχεῖν τε τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις ἄρχουσι, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς, ὡς ἐνεχώρει, τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν ἐξηγήσασθαι. οἳ τὰ παρ' ἡμῶν διδαχθέντες, καὶ εἰς αὐτὰς ἐνεγκεῖν ἰδιαζόντως ἐσπουδάκασι τῶν κρατούντων τὰς ἀκοὰς, ὅσα πρὸς εἰς τε τὴν προκειμένην ἐπόδοσιν, καὶ εἰς ἡμᾶς δὲ αὐτοῦ Ⓓ περὶ Ⓝ Αἰγυπτίων τυραννικῶς ἐπλημμέλησαν. καὶ τέλος, ἵνα μὴ μηκύνω Ⓝ λόγον, πολλῶν ἐν τῷ μέσῳ χυθέντων καὶ * λεχθέντων παρά τε τῆς τῶν ἡμετέρων, τῶν τε τῆς τῶν Κυρίλλου φρονούντων, ἔδοξεν, ἐμοί τε καὶ τῇ Αἰγυπτίων, ἑαυτοῖς τε καὶ τῇ ἐπόδοσι συνισαμένων αὐτῇ, Ⓝ εὐσεβέστατον ἀκροάσασθαι βασιλέα,

mendaciis temere decipientes, alios confictis in nos calumniis instigantes, omnes denique publice priuatimq; ea ratione in suam sententiam allicientes, vt etiam magni principes, quique dignitate pollebant, vel diuersa in rebus bellicis munia obibant, persuasi esset, examinatione, quam oportuit, adhibita, iudicioque consecuto, & omnibus piissimis simul episcopis vnam eamdemque sententiam proferentibus contra eum quem indicta causa condemnarunt, mirabilem illam depositionem esse factam. Sane Scholasticio cubiculario magnificentissimo, Christique studioso firmiter persuaserant, Nestorium Ephesi ne audire quidem vllo pacto sustinuisse deiparæ vocabulum. Verumtamen ob inexpugnabilem veritatis virtutem, vestrasque orationes, Dei miseratione, postquam pericula, quæ prima statim fronte, vt dixi, se offerebant, euasi, & magnificentissimos principes conuenire, vniuersamque rerum veritatem, quantum licebat, ipsis explicare valui. Qui simul atque nostram relationem accepissent, omnia quæ Ægyptius per tyrannidem tam in præsentem causam, quam in nosipsos quoque commisit, ad imperatorum aures referre coacti sunt. Denique, ne longius sermonem protraham, cum multa & ab his qui cum Cyrillo faciebant, & ab illis rursum qui nobiscum sentiebant, acta & disputata fuissent; placuit vt vtraque pars, tam ego, quam Ægyptii, sui suæque causæ tuendæ gratia, præsentibus etiam magnis principibus piissimum imperato-

Sed tamen quod verum erat persuaserant.

At iustissime damnatum fuisse cõstat.

Et hoc verissimum erat.

Narrationem hanc mendaciis esse refertam, ex aliis quæ subsequuntur, clare constat.

rem adiremus, atque ab eo audiremur: quamquam protestatus sum identidem, me nec ea de causa adesse, nec vlla eiusmodi mandata a pientissimis episcopis accepisse, sed tantum literarum latorem aduenisse. Sed profecto ob huiusmodi verba pene discerptus sum: quod autem placuit, absque vlla cunctatione prolatum est. Quare diuina prouidentia etiam tum opem nobis ferente, Augustique animum ad veritatem dirigente, & re ipsa, quod cor regis vere in manu Dei sit, declarante, aduersarii damnati sunt (oportet enim paucis ipsum rei euentum expedire) propterea quod neque (Nestorii) depositionis commentarios, neque quæ hic per mendacium effutiuerant, vlla ratione defendere possent. Quin & illud quoque modis omnibus perspicuum euasit, nec recto congruoque ordine seruato Concilium conuocatum fuisse ab Ægyptio, nec ei iudicare licuisse, cum vnus esset ex iis qui iudicandi erant, neque omnino materiæ tractationem aggredi præter magnificentissimi comitis Candidiani voluntatem potuisse. Etenim omnes eiusdem magnificentissimi comitis Candidiani denuntiationes, sacra præterea per eum ad Synodum scripta, & alia similia, ad plenam rei notitiam imperatore iubente recitata sunt: neque quidquam omnino, quod iniquos illegitimosque illorum apud vos ausus ante oculos ponere posset, ob vestras preces omissum est: ita vt veritatis hostes ab omnibus communi consensu damnationis sententiam ferrent, & vestræ pietatis

Prou. 21. Sed schismaticorum victoria non fuit diuturna.

Ægyptium per contemptum Cyrillum vocat, vt & alibi etiam.

παρόντων αὐτῷ τῆ τῶν μεγάλων δογμάτων· καί τοι γε ἐμοῦ διαμαρτυρουμένου πολλάκις, ὡς οὔτε τούτου χάριν ἀφῖγμαι, οὔτε τοιαύτας παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἔλαβον ἐντολάς· μόνον δὲ γραμμάτων ἤλθον διάκονος. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τούτων μικροῦ δεῖν καὶ διεσαπάθουν τῆ λόγων, τὸ δόξαν δὲ δίκαια πάσης ἐξεβιβάσθη μελλήσεως. τῆς τοίνυν θείας ἡμῖν καὶ τότε παρασάσης ῥοπῆς, καὶ τῷ τὰ κεκαπωμένα πρὸς τὸ ἀληθὲς ἰθυνάσης καρδίαν, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων δηλώσης, ὅτι περ ἀληθῶς καρδία βασιλέως σύγκειται θεοῦ, κατεγνώσθησαν μὲν οἱ δι' εὐσεβείας δεῖν γὰρ ἐπ' αὐτὸ σωτόμως τὸ πέρας ἐλθεῖν· ὡς κατ' οὐδένα τρόπον συγχωρῆσαι ἢ τοῖς τῆς καθαιρέσεως ὑπομνήμασιν, ἢ οἷς συνῆπτο τὴν ψευδολογίαν εἰρήκασι, δωυηθέντες· ἀλλὰ καὶ πρόφασις διὰ πάντων ἀποδεχθέντες, ὡς οὔτε τὸ σωτήριον ἀκολούθως ὁ Αἰγύπτιος ἐκάλεσεν, οὔτε κρίνειν, ὡς εἷς ὢν τῶν κεκωλυμένων, ἠδυνάτο, οὔτε ὅλως παρὰ γνώμην τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ τῆς ὑποθέσεως ἅψασθαι. καὶ γὰρ καὶ αἱ παραγγελίαι πᾶσαι τοῦ αὐτοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ, καὶ ἡ γραφεῖσα δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν συνοδον σύντομα, ἥ ἕτερα τοιαῦτα ὡς ἅπαξ ἐν διαγνώσει κελεύσαντος ἀνεγνώσθησαν τοῦ βασιλέως· ἡ ὅπερ ἐστὶ, ὅπερ διὰ τὰς ὑμετέρας εὐχὰς παρελείφθη, τῶν τὰ παρανόμως αὐτόθι τολμηθέντα δηκνυόντων· ὥστε λοιπὸν σύμφωνον μὲν τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς τὴν παρὰ πάντων κατάγνωσιν ἀπενέγκασθαι, δεχθῆναι δὲ καὶ κυρωθῆναι τῆς ὑμετέ-

Anno Christi 431.

*Sanctissimis

*Al. πάντως

ANNO CHRISTI 431.

ρας θεοσεβείας τὴν κρίσιν, καὶ τὴν τῶν περὶ Αἰγύπτιον καθαίρεσιν ἀποσταλῆναι παραχρῆμα παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ὡσανεὶ τυραννικῶς ἅπαντα καὶ ἀθέσμως τῶν περὶ Κύριλλον πεπραχότων, καὶ ἑτέρας προσοφειλόντων ἐφ' οἷς ἔπταισαν τιμωρίας. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν τὰ τοῦ πράγματος ἐτελεύτησε· καὶ τοῦτο γεγένηται τῆς ἀκροάσεως πέρας. ἐλθόντος δὲ Ιωάννου τοῦ ἰατροῦ καὶ συγκέλλου Κυρίλλου, καὶ ἐλθόντος ὡς ἴστε, ἑτέρους ὥσπερ γεγενημένους ὁρῶμεν τῶν ἀρχόντων τοὺς πλείους, καὶ οὐδὲ ἀκοῦσαι γοῦν παρ' ἡμῶν τῶν ἐπ' αὐτῶν ἢ καὶ παρ' αὐτῶν κριθέντων ἀνεχομένους. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, ἐπὶ τοῦ παρόντος, φασὶν, ὡς χρὴ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους πραχθέντα κρατεῖν, καὶ τὰς καθαιρέσεις οὐ τῶν δύο μόνων, ὡς ἔδοξεν, ἀλλὰ τῶν τριῶν κυροῦσθαι προσώπων· Οἱ δὲ, ὅτι τὰς μὲν καθαιρέσεις λυθῆναι πάντων ἐπίσης προσήκει, φανεροὺς δὲ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνταῦθα μεταστάλῆναι, ὥστε μετὰ πάσης ἀληθείας ἐξετασθῆναι τούς τε περὶ τῆς πίστεως λόγους, καὶ τὰ παρανόμως ἐν Εφέσῳ γεγενημένα. εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ πάντα ποιοῦσι, καὶ παντοδαπὴν σπουδὴν συνεισφέρουσιν, ἐφ' ᾧτε ἐπιτραπῆναι παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως μετὰ φανερῶν τύπων τὴν Εφεσίων καταλαβεῖν, καὶ ὡς * ἐὰν συνίδωσιν, ἢ καὶ δυνηθῶσι, φησὶν, ἅπαν διαθεῖναι τὸ πρᾶγμα. ὅπερ Οἱ ἀγαπῶντες ὑμᾶς εἰς ἔργον ἀπεύχονται προελθεῖν, ἀκριβῶς εἰδότες τῶν σπουδαζόντων τὴν πρόθεσιν, καὶ ὅθεν πρὸς ταύτην ὡδηγήθησαν τὴν βουλήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς τῷ κυρίῳ φίλον, προΐτω. ἐμοῦ

iudicium probaretur & confirmaretur; piusque imperator Ægyptii depositionem ad sanctam Dei ecclesiam quamprimum transmiserit, tamquam omnia tyrannice & illegitime Cyrillus, & qui cum eo sunt, perpetrauerint, aliisque præterea pœnis ob commissa sint obnoxii. Hunc exitum res habuerunt; atque hic audientiæ terminus extitit. Ceterum cũ Ioannes medicus & domesticus Cyrilli aduenisset, eoq; modo venisset, quo scitis; aduertimus maiorem partem principum quasi mutatam fuisse, vt qui iam ne audire quidem ea a nobis velint, quæ coram ipsis, vel etiam ab ipsis fuerant iudicata. Quidam enim affirmant, quæ vtrimque facta essent, in præsenti valere debere; atque adeo nõ duarum personarum tantum, vt aliquando visum fuerat, sed trium depositionem confirmandam esse: alii exauctorationes quidem omnium ex æquo annullandas, aliquos vero ex piissimis episcopis, vt & fidei doctrina accurate ad veritatis amussim examinetur, & quæ Ephesi contra ius & fas acta sunt, huc accersendos censent. Non desunt, qui maximopere student, omnemque lapidem mouent, vt certis decretis instructi a pientissimo imperatore Ephesum abire sinantur, tamquã (aiunt) omnia cognituri, & pro virili compositurí. Quod ne fiat, qui vos amant, obnixe deprecantur, certo scientes cuius sint animi qui hæc moliuntur; neque nesciunt a quo id consilii ceperint. Verum hæc, vtcumque Domino visum fuerit, succedant. Ceterum

Leuis admodum fuerat illa persuasio, quæ tam cito concidit.

ſanctitatem veſtram rogo, vt Deum intente pro me orare ne grauetur, qui talia pericula perpeſſus ſum, & in magnis adhuc diſcriminibus ob illam, quæ quotidie inſidiatur, multitudinem, verſor. Teſtis enim mihi eſt Deus, dum ad iudicium coram imperatore vocarer, nihil aliud me expectaſſe, quam vt in fluctus maris proiicerer: ſed Dominus, ſicut ſcriptum eſt, adſtitit mihi, & de ore leonis, aut a mille potius leonum catulis liberatus ſum.

Atqui id cogitare non poteras, niſi peſſime tibi conſcius fuiſſes.

2. Tim. 4. v. 17.

δὲ, παρακαλῶ, τοιούτοις ὑπομεμενηκότος κινδύνοις, καὶ οὐδὲ νῦν ἀκινδύνως διάγοντος διὰ τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων ὁσημέραι πλῆθος, * ἐκτενῶς ὑπερεύχεσθαι καταξιούτω ἡ ὑμετέρα ὁσιότης. μάρτυς γὰρ ὁ θεὸς, ὅτι ἐν τῷ καλεῖσθαι πρὸς τὴν ἐπὶ τοῦ βασιλέως διάγνωσιν οὐδὲν ἕτερον ἤλπισα, ἢ τῷ τῆς θαλάσσης παραπέμπεσθαι ῥεύματι. ὁ δὲ κύριος κατὰ τὸ γεγραμμένον παρέστη μοι, καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, μᾶλλον δὲ σκύμνων μυρίων.

ANNO CHRISTI 431.

* ἀκαλῶς

Exemplum ſacræ per Ioannem ſacrorum comitem a piiſſimis imperatoribus ad ſanctam & magnam Synodum miſſæ.

Ισον σάκρας ἀποσταλείσης διὰ Ιωάννου τοῦ κόμητος τῶν σακρῶν παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ.

*Cæleſtino, Rufo, Auguſtiano, Alexandro, Acacio, Tranquillino, Valentino, Iconio, Joanni, Acacio, Vrſo, Firmo, Himerio, Dexiano, Beriniano, Palladio, Aſterio, Juuenali, Flauiano, Helladio, Rambulo, Alexandro alteri, Maximo, Phritilæ, Perigeni, Cyro, alteri Ioanni, Eutherio, Hellanico, Boſphorio, alteri Cyro, Vinatio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Euſebio, Seleuco, Eleuſio, Eulogio, * Sappio, Timotheo, Pio, Troilo, Herenniano, Monimo, Olympio, Theophilo, Juliano, Baſilio, reliquiſq; religioſiſſimis epiſcopis.*

* Sapricio,

Κελεστίνῳ, Ρούφῳ, Αὐγουστιανῷ, Αλεξάνδρῳ, Ακακίῳ, Τραγκυλίνῳ, Οὐαλεντίνῳ, Ικονίῳ, Ιωάννῃ, Ακακίῳ, Οὔρσῳ, Φίρμῳ Ιμερίῳ, Δεξιανῷ, Βερινιανῷ, Παλλαδίῳ, Αστερίῳ, Ιουβεναλίῳ, Φλαυιανῷ, Ελλαδίῳ, Ραμβούλῳ, Αλεξάνδρῳ ἄλλῳ, Μαξίμῳ, Φριτίλᾳ, Περιγένει, Κύρῳ, Ιωάννῃ ἄλλῳ, Εὐθηρίῳ, Ελλανίκῳ, Βοσπορίῳ, Κύρῳ ἄλλῳ, Βινατίῳ, Πέτρῳ, * Δυνάτῳ, Δωροθέῳ, Αντιόχῳ, Δαλματίῳ, Εὐσεβίῳ, Σελεύκῳ, Ελευσίῳ, Εὐλογίῳ, * Σαππίῳ, Τιμοθέῳ, Πίῳ, Τροΐλῳ, * Εἰρηνιανῷ, Μονίμῳ, Ολυμπίῳ, Θεοφίλῳ, Ιουλιανῷ, Βασιλείῳ, καὶ λοιποῖς εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις.

* Δονάτῳ

* Σαπρικίῳ,

* Ερηνιανῷ,

QVANTO pietatis, auitæque fidei zelo aſſidue flagremus,

ΟΣΟΝ περὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ τῆς προγονικῆς πίστεως τὸν ζῆ-

ANNO CHRISTI 431.

λον διατελοῦμεν ἔχοντες, ὁκ πολλῶν ἠγούμεθα τ̃ προσλαβόντων σαφῶς δεδηλωσθ̃ι· εἰ γ̀ ἤκισται ἢ κ̀ ὁκ τ̃ ἐναλιχθεὶς ὑπὸ τ̃ κλίσιν τ̃ ὑμ̃ν σωόδ̃υ ἔστω φανερὸν γεγονέναι πᾶσι τοῖς κ̀ τ̃ οἰκουμένην πεπιστεύκαμεν. οὐδὲ γ̀ρ προὸς βραχὺ διακωλύσεως τινὸς ἀμφισβητήσεως ἀναχθέντες, ὑπὲρ ὃ ἅπαντον τ̃ τοιούτ̃ προακολουθῆσαι λύσιν ἀσφαλῶς συνελθεῖν τ̃ ὁσιότητα ὑμ̃ν ἀπεσείλαμεν· κ̀ εὐαμεῖς ἠγούμενοι τ̃ ὑπὲρ εὐσεβείας πόνον τ̃ θεοσεβείᾳ ὑμ̃ν ἔσεσθ̃ι φορτικὸν, ἐπεκουφίσαμεν ὅμως βασιλικ̃ προνοίᾳ τ̃ τούτου δυσχερείαν ὑπὸ τ̃ δήποτε καιροῦ τε κ̀ τόπου. τ̃ γ̀ Ἐφεσίων ἀφορίσαμεν πόλιν τοῖς τε ὁκ γ̃ς κ̀ θαλάσσης εὐπροσίτον, κ̀ πάντων ὧ τ̃ οἰκείων κ̀ ἐπιτηδείων καρπῶν τὰ χορηγήσοντα τοῖς ἐνδιατρίβουσιν ἀφθόνως προσέχουσ̃· ὥστε ⟨ω⟩ τ̃ ἡμετέρας γαληνότητος εὐσεβ̃ σκοπὸν, κ̀ τ̃ ἁγιωτάτης ὑμ̃ν συνόδ̃υ συνδραμεῖν τε ῥᾳδίως, καὶ εἰς ἔργον ἀγθ̃ῦαι. ὅθεν κ̀ νῦν τ̃ γνωρισθεῖσαν παρὰ τ̃ς εὐσεβείας ὑμ̃ν Νεστορίου, κ̀ Κυρίλλου, & Μέμνονος καθαίρεσιν ἐδεξάμεθα. τ̃ν δὲ ἄλλων τ̃ παρ' ὑμῖν πραχθέντων ἔγνωμεν πλ̀ν περὶ ⟨ω⟩ χειροθεσίαν τ̃ πίστιν τε κ̀ ὀρθότητα* φυλάττοντες, ὧ ὁκ πατέρων κ̀ προγόνων παρελήφαμεν, κ̀ ὧ ἡ ἁγιωτάτη συνόδος ὑπὸ τ̃ τ̃ς θείας λήξεως Κωνσταντίνου γνησίως συμφώνως ὁκύρωσε. Φροντίσ̃ τοίνυν ἕκαστος τ̃ ἁγιωτάτου ὑμ̃ν συλλόγ̃, λυθεισ̃ς πάσης ἀμφισβητήσεως, κοπέντων ὧ τ̃ σκανδάλων, μετ' εἰρήνης κ̀ ὁμονοίας εἰς τ̃ οἰκείαν ἐπανελθεῖν. ὑπὲρ ὧ τ̃ πλ̀ν ὁσιότητα ὑμ̃ν μὴ μόνον ὑπὸ τ̃ τ̃ ἡμετέρας εὐσεβείας γραμμάτων προτραπεῖσαν, εἰς ὁμόνοιαν τε κ̀

* ἴσως, φυλάττειν,

id ex pluribus argumentis, præteritisq; certis indiciis liquidum, vt putamus, euasit, quod etiam terrarum orbi patefactum credimus, ex vestræ Synodi nuper facta conuocatione. Cum enim controuersiam aliquam vel paulum oboriri pati non possemus, vt citius tolleretur, sanctitatem vestram ad sedulo conueniendum accersiuimus: & rati pro religione laborem vestræ pietati nequaquam molestum fore; tamen si quam ea res difficultatem afferre potuerat, illam imperialis prouidentia temporis locique opportunitate mitigauit. Deputauimus enim Ephesiorum ciuitatem, terra marique accessu percommodam, ibique diuersantibus necessaria suppeditantem affatim e natiuis importatisque fructibus: vt pius serenitatis nostræ, & sanctissimæ vestræ Synodi scopus expedite concurrat, & ad effectum perducatur. Quapropter & Nestorii, & Cyrilli ac Memnonis exauctorationem a sanctitate vestra nobis indicatam approbauimus. De aliis autem apud vos gestis certum nobis est, Christianam vos seruare fidem & rectitudinem, quam a patribus & maioribus accepimus, quam etiam sanctissima Synodus sub Constantino diuæ memoriæ celebrata consentiens confirmauit. Quamobrem vnusquisque sanctissimæ vestræ congregationis operam dabit, vt omni controuersia soluta, omnibusq; scandalis excisis, cum pace & concordia domum reuertatur. Vt autem sanctitas vestra non modo per nostræ pietatis literas incitata, ad concordiam

Imperator falsa orientalium relatione deceptus, Cyrilli & Memnonis depositionem tamquã legitime factã approbat.

ANNO CHRISTI 431.

ſpectet, vniuerſalemque pii dogmatis pacem; etiam Acacii Beroenſium epiſcopi lectam a nobis epiſtolam, qua idem ſuadet, ad vos miſimus. Hic cum propter extremam ſenectutem ſanctiſſimo veſtro Concilio adeſſe non poſſet, ea per literas conſuluit, quæ & pietatem ipſius decent, & orthodoxæ religioni conducunt. Quæ qualia ſint, eiuſdem epiſtolæ lectio declarabit. Norit nihilominus veſtra ſanctitas, eam ob rem magnificentiſſimum & illuſtriſſimum Ioannem ſacrorum comitem a nobis miſſum eſſe, vt hic ipſe ſciens ſacræ maieſtatis noſtræ erga fidem ſcopum, quæ vtilia perſpexerit, ea perficiat.

Ea nunc non extat.

εἰς πλὴ καθ' ὅλου τῆ θεοσεβοῖς δόγματος εἰρηνίλω ἰδεῖν, κὴ τὰ γεάμματα τῆ ἐπισκόπου τῆς Βερροιαίων Ακακίου τῆτο παραγνωῶτος ἀναγνόντες, ἀπεστείλαμεν· ὃς πῷ ἀγιωτάτῳ ὑμῶν συλλόγῳ παρεσεθῶαι διὰ τὸ μακρὸν γῆρας οὐ δυνηθεὶς, δι' ὧν ἔγραψε, τὰ τῇ ἀγῇ θεοσεβείᾳ πρέποντα, καὶ τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ συμφέροντα εἰσηγήσατο· ἅπερ οἷα τυγχάνει, ἡ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς δηλώσει ἀνάγνωσις. γινωσκέτω μέντοι ἡ ὑμῶν ὁσιότης, ὅτι περ (N) μεγαλοπρεπέστατον καὶ ἐνδοξότατον κόμητα τῆ σακρῶν Ιωαννίλω τοῦτον ἕνεκα ἀπεστείλαμεν, ὥστε αὐτὸν εἰδότα (N) περὶ πίστιν τῆς ἡμετέρας θρότητος σκοπὸν, ἅπερ δῆ συμφερῆ λοιπελεῖν, * διαπεράξαθαι. * διαπερᾶξαι.

Exemplar epiſtolæ Ioannis comitis Sacrenſis, ex Epheſina ciuitate ad imperatores præſcriptæ.

Quæ ſequuntur, Græce non habentur, ſed in poſtrema Cõciliorum editione Colonienſi vulgata fuerunt ex vetuſtiſſ. libro mſ. vt ibidem aſſeritur: & inde etiam ea accepit Peltanus.

Hæc narratio ſuſpecta eſt, cũ Ioannes comes Neſtorii & Ioannis Antiocheni partes foueret.

CVM ſciam conducibile pietati, ſi diuinis ſcripturis commendentur omnia, quæ iuxta puriſſimæ celſitudinis mentem pro virili feci, hinc quæ ſint acta diſcetis. Pridie quam hæ literæ darentur, labore magno, acceleratione-que mira in Epheſiorum ciuitatem perueni. Aduenisſem autem citius, niſi maximis negotiis impeditus fuiſſem, quæ veſtræ magnitudini adfuturus, Deo propitio coram recenſebo: ſtatimque ſanctiſſimos epiſcopos, qui hinc & inde conuenerant, reuerenter ſalutaui. Propter diſcordiam autem, quæ intercedebat inter eos, partes accerſere conueniebat. Turbatis autem omnibus, Cyrilloque & Memnone ſe munientibus, per meipſum iis qui conuenerant, denuntiaui, & iis qui aberant, manifeſtaui, vt ſequenti die abſque vlla mora omnes in diuerſorio meo confluerent. Porro ne conflictus quidam fieret, promiſcue ipſis conuenientibus, (metuendum enim & hoc erat propter ferociam, quæ neſcio vnde illis acciderat,) ingreſſus ordinem diſtribui. Præſente autem Neſtorio fere cum ipſa aurora, & Ioanne pientiſſimo epiſcopo, aduenit etiam Cyril-

ANNO CHRISTI 431. Cyrillus cum omnibus pientiſſimis epiſcopis: ſolo autem Memnone abſente, magna turbatio, tumultuſque exoriri cœpit, dicentibus iis qui cum Cyrillo venerant, Neſtorii, qui ab ipſis depoſitus eſſet, ne aſpectum quidem ferendum eſſe: nihilominus tamen conuenientibus diuinarum ſcripturarum lectionem fieri volebant. Affirmabant autem ii qui Cyrillo fauebant, lectionem diuinarum & terribilium ſcripturarum abſque Cyrillo non habendam, neque præſente Neſtorio, neque his qui ab oriente venerant, ſanctiſſimis epiſcopis: & ob hoc magna facta eſt ſeditio, imo prælium & pugna. Eadem quoque & ſanctiſſimi epiſcopi, qui Ioanni pientiſſimo epiſcopo adſtabant, contendebant, dicentes, Cyrillum non oportere diuinarum literarum lectioni intereſſe, vtpote & illo cum Memnone ab ipſis depoſito. Fiebat igitur ſuper hac re contentio. Iam autem maximo diei interuallo exacto operæ precium exiſtimaui, abſque Cyrillo & Neſtorio, ceteris patefacere regias ſententias; quandoquidem commemoratis illis neque ſcriptæ eſſent a mundi dominis. Verum renuebant & hoc pientiſſimi epiſcopi, qui cum Cyrillo venerant, nolebantque etiam his qui cum Ioanne aduenerant, præſentibus aures præbere, eo quod dicebant, eos illegitime Cyrillum & Memnonem depoſuiſſe. Vix igitur potui perſuaſione & vi (ſi quidem vera dicere oportet) ſequeſtratis Neſtorio & Cyrillo inducere omnem Synodum, vt regium reſcriptum audiretur. Igitur congregatis omnibus, auguſtarum literarum lectionem feci, in quibus depoſiti ſunt Cyrillus, & Neſtorius, & Memnon. Cum autem hi qui cum Ioanne pientiſſimo conuenerant, lectionem amice ſuſciperent & approbarent, audierunt a graui auditorio depoſitionem Cyrilli & Memnonis illegitime factam. Ceterum ne maior fieret ſeditio, Neſtorium quidem cuſtodiendum ſuſcepit Candidianus comes nobilium domeſticorum, qui omnibus conſiliis & operibus meis interfuit: Cyrillum autem & ipſum cuſtodiendum tradidi Iacobo circumſpecto comiti, & præpoſito quartæ ſcholæ: Memnon vero, vt prædixi, aberat. Vnde miſſis diſpenſatore & lectore, ac protodiacono ſanctiſſimæ Epheſiorum eccleſiæ, ei manifeſtaui quod depoſitus eſſet. At memoratus

Diuinarum ſcripturarū nomine literas imperatorū deſignant.

Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, se suo periculo cum omni securitate ecclesiasticas pecunias seruare. His in hunc modum actis, quoniam oportebat me & precibus vacare, descendi in sanctissimam ecclesiam. Cognoscens autem Memnonem agere in episcopio, mitto ex ministris meis primicerium nobilium palatinorum ad ipsum, vt ad me veniret, vt discerem num omnino ad me accedere renueret. Verum ipse absque mora aduenit; & reprehensus a me, quare mane non venisset, dixit ægritudine se deprehensum esse, & propterea non adfuisse. Ne ferret autem alias meas admonitiones vel consilia, præuenit sermones meos, & in meam irrupit domum. Traditus igitur & ipse Iacobo circumspecto comiti, custodiendus & a scutariis nobilibus, & reuerendissimis palatinis. Hæc primo die a me facta sunt. Quoniam autem & de pace ad pientissimos episcopos sermonem habere oportebat, ne hæreses & schismata in orthodoxa religione fierent; proinde quanta potui diligentia ei negotio me accommodaui, & posthac operam daturus, modo placeat & melioribus, & pietati consonum sit, & recta mens sit dominis mundi. Quod si pientissimos episcopos videro implacatos & non reconciliabiles, (nescio vnde in hanc rabiem & asperitatem venerint) & si quid amplius factum fuerit, quamprimum vestræ amplitudini significabo.

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

* Ἐπὶλὴ σεσχέθεσαι ὑπὸ τ ἀναπολιτῶν τῆς ὑποτελθείσης παρ' αὐτῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑποκόποις· ὥστε δικαιοδοσίαν μετὰ τ ἀπεσταλέντων ὑπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου ἐφεδέξων ὑποκόπων ἐν τῇ αὐτῇ Κωνσταντινουπόλει.

*Ισον εὐτολῆς.

Ἡ ἁγία συνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις, Ἰωάννῃ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως, καὶ Ἰωάννῃ τῆς Δαμασκιωῶν ὑποκόπῳ μητροπόλεως, καὶ Ἱμερίῳ ὑποκόπῳ τῆς Νικομηδέων μητροπόλεως, καὶ Παύλῳ ὑποκόπῳ Ἐμισηνῶν, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ἁγιωτάτου ὑποκόπου Ἀκακίου τῆς Βερρόιας, καὶ Μακαρίῳ ὑποκόπῳ τῆς Λαοδικέων πόλεως, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ τοῦ ὁσιωτάτου Κύρου ὑποκόπου τῆς Τυρίων πόλεως, καὶ Ἀπριγίῳ ὑποκόπῳ τῆς Χαλκιδέων, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ὑποκόπου τῆς Ἀπαμείας, καὶ Θεοδωρήτῳ ὑποκόπῳ τῆς Κυρεστῶν πόλεως, ποιουμένῳ τὸν λόγον καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ὑποκόπου τῆς Ἱεραπολιτῶν μητροπόλεως, καὶ Ἑλλαδίῳ ὑποκόπῳ Πτολεμαΐδος, παρόντες παρόσιν συνεφλάμβα τὰ ὑποτεταγμένα.

* *Exemplum mandati.*

Sancta ſynodus Epheſi congregata piiſſimis ſanctiſſimiſque Ioanni Antiochenorum magnæ ciuitatis archiepiſcopo, & Ioanni Damaſcenorum epiſcopo metropolitano, & Himerio epiſcopo Nicomediæ metropolitano, & Paulo Emiſenorum epiſcopo, qui idem Acacii ſanctiſſimi Beroenſium epiſcopi perſonam gerit, & Macario Laodicenſium ciuitatis epiſcopo, qui etiam pro Cyro ſanctiſſimo Tyriorum ciuitatis epiſcopo verba facturus eſt; & Apringio Chalcidenſium epiſcopo, qui & locum Alexandri Apameæ epiſcopi obtinet; & Theodoreto Cyreſtanorum epiſcopo, verba pro Alexandro etiam Hierapolitanorum epiſcopo metropolitano facturo, & Helladio Ptolemaidis epiſcopo, præſentes præſentibus, quæ ſubiecta ſunt, mandauimus.

*Mandatũ quod ab orientalibus datum fuit epiſcopis, qui ab ipſis Conſtantinopolim miſſi ſunt, vt diſceptarent in iudicio aduerſus epiſcopos orthodoxos, ab œcumenica Synodo ad eamdem vrbem miſſos.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἕνεκα ὑποθέσεως, δι' ὧν ἅπαντες ἐκλήθημεν εἰς τὴν Ἐφεσίων * ⓓ παρόντες, καὶ ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια, καὶ θέσπισμα τ εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ὑπὲ τ μεγαλώνυμον ἐκλήθημεν Κωνσταντινούπολιν, ὑπὲρ τ σωζωνίσαι τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ πίστ τ ἁγίων πατέρων, καὶ τοῖς δόγμασι τοῖς ὀρθοῖς· οὐ μετὰ τάχους ἦλθομεν ἅπαντες παρεῖναι ὑμῖν· ἐσχ δὲ καὶ τὴν γνώμην

* διὰ τὰ παρόντες,

QANDOQVIDEM eccleſiaſticæ controuerſiæ cauſa (propter quam in Epheſiorum vrbem præſentes omnes, & veſtra quoque pietas vocata eſt) piiſſimorum imperatorum noſtrorum ſanctione ad celeberrimam Conſtantinopolitanam vrbem euocati ſumus, vt veritati, ſanctorumque patrum fidei, & rectis dogmatibus patrocinemur; neque tamen omnes vobiſcum adeſſe iuſſi ſumus: operæ precium autem

est, omnium nostrum mentem patefieri; qualiter nimirum rata habemus omnia, & illis assentimur, quæ a vobis gerentur, si ad Dei timorem, & ecclesiasticam pacem ac disciplinam conferant: propterea hunc mandati libellum vobis conscripsimus, quo mandamus & committimus, plenamq; potestatem contradimus, quam præsentes haberemus; ita vt posteaquam Dei gratia comitante in magnam illam ciuitatem perueneritis, siue coram pientissimo imperatore, siue in consistorio, siue coram sacro senatu, siue in patrum Synodo, de his quæ in quæstionem veniunt, sermo instituatur, hunc ea dicendi libertate, eaque prudentia ac diligentia, quæ vobis inest, habeatis pro vniuersa ecclesia; & hunc vos laborem suscipiatis pro nobis, omnibus videlicet nobis seruantibus, approbantibus, ac rata ducentibus omnia, quæ vos in hac causa vel agitis, vel acturi estis. Quod si forte euenerit, vt vel conuentionis, vel ecclesiasticæ pacis, vel cuiuspiam alterius rei causa necessario pro nobis omnibus subscriptio requiratur; oramus vestram sanctitatem, ne hoc ipsum præstare grauetur, quod communi vsui est profuturum, & ad gloriam Christi Domini facit. Rursum si quam synodicam epistolam huc mittere visum vobis fuerit, quæ subscriptionem omnium exigat, promittimus omnes communiter, & singulos seorsum, omni cum alacritate nos subscripturos, & ad sacrum comitatum missuros esse: dum illud certum sit, nempe capita vna cum anathe-

πάντων ἡμῶν κατάδηλον ποιῆσαι, ὡς ἐμμένομεν, καὶ κύρια ἡγούμεθα πάντα τὰ ὑφ' ὑμῶν πραττόμενα, καὶ συντείνοντα εἰς τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τε καὶ εὐταξίαν· τούτου ἕνεκεν τόδε ὑμῖν τὸ ἐντολικὸν πεποιήμεθα, δι' οὗ ἐντελλόμεθα, καὶ ἐπιτρέπομεν, ὁλοτελῆ τε ἐξουσίαν διδόαμεν, ἣν περ καὶ παρόντες εἴχομεν· ὥστε σὺν θεῷ παραγενομένους ὑμᾶς ἐπὶ τῆς προειρημένης μεγαλοπόλεως, εἴτε ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δέοι, εἴτε ἐν κονσιστωρίῳ, εἴτε ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, εἴτε ἐν συνόδῳ πατέρων ὁ λόγος κινοῖτο περὶ τῶν ζητουμένων, τοῦτον μετὰ τῆς προσούσης ὑμῖν παῤῥησίας τε καὶ συνέσεως καὶ ἐμμελείας κινῆσαι ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἀναδέξασθαι τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἁπάντων ἡμῶν δηλαδὴ ἐμμενόντων, καὶ στοιχούντων, καὶ στεργόντων, καὶ κύρια ἡγουμένων πάντα τὰ ὑφ' ὑμῶν πραττόμενα ἕνεκα ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ἢ καὶ πραχθησόμενα. εἰ δέ που καὶ χρεία γένοιτο ἢ συμβιβασμοῦ, ἢ εἰρήνης ἐκκλησιαστικῆς, ἢ ἑτέρου τινὸς ἀπαιτοῦντος ὑπογραφὴν ὑπὲρ πάντων ἡμῶν ἕνεκα, καὶ τοῦτο αὐτὸ παρακαλοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην μὴ ὀκνῆσαι ποιῆσαι ὑπὲρ τοῦ λυσιτελοῦντος τῷ κοινῷ, καὶ ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. εἰ δὲ καὶ συνοδικὸν δόξει ἀποσταλῆναι * παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα ἀπαιτούντων τὴν ὑπογραφὴν, ὁμολογοῦμεν ἅπαντες κοινῇ, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος τοῦτο καθυπογράφειν μετὰ πάσης προθυμίας, καὶ ἐξαποστέλλειν εἰς τὸ εὐσεβὲς στρατόπεδον· δήλου ἐκείνου τυγχάνοντος, ὡς παντὶ τρόπῳ τῶν κεφαλαίων τῶν αἱρε-

ANNO CHRISTI 431.

* παρ' ὑμῶν

ANNO CHRISTI 431.

τικῶν, τῶν ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Αλεξανδρέως ὑπεισαχθέντων τῇ πίστει τῶν πατέρων τῶν κατὰ Νίκαιαν, μετὰ ἀναθεματισμῶν ἐκβαλλομένων, ὡς ἀλλοτρίων τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας.

Αλέξανδρος ἐπίσκοπος μητροπόλεως Ιεραπόλεως· εἴτι κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ διαπράξεσθε, μήτε ἐπεισαγομένου τινὸς τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ἐκβαλλομένων τῶν αἱρετικῶν κεφαλαίων Κυρίλλου τοῦ Αλεξανδρείας, τούτῳ συγκατατίθεμαι· ταύτῃ γὰρ τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως καὶ ἤδη μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς σὺν ἡμῖν καθυπέγραψα.

* Δωρόθεος

*Θεόδωρος ἐπίσκοπος Μαρκιανουπόλεως δευτέρας Μισίας γεγράφηκα ὡσαύτως, ἐντελάμενος ὡς προκεῖται. συνυπέγραψαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες.

matiſmis, quæ a Cyrillo Alexandrino ad fidem patrum qui Nicææ conuenerunt, adiecta ſunt, tamquam hæretica, & a catholica & apoſtolica eccleſia aliena, eſſe modis omnibus reiicienda.

Mira circa Cyrilli capita rabies. nec enim vllum ſchiſmaticorum extat ſcriptum, in quo illorum non fiat mentio.

Alexander Hierapolis epiſcopus metropolitanus: Si quid iuxta fidem a ſanctis patribus Nicænis expoſitam feceritis, nulla prorſus re fidei ſanctorum patrum adiecta, hæreticiſque Cyrilli Alexandrini capitibus reiectis; huic equidem aſſentior: nam & huic fidei expoſitioni vna cum ſancta noſtra Synodo iam ſubſcripſi.

Dorotheus epiſcopus Marcianopolis ſecundæ Myſiæ, ſimiliter mandans, ſicut ſupra poſitum eſt, ſubſcripſi. Subſcripſerunt autem & ceteri omnes.

Dato autem hoc mandato, vna quoque tradita fuit charta tenoris huiuſce.

Δοθείσης δὲ τῆς ἐντολῆς, συναπεδόθη καὶ τόμος, περιέχων οὕτως.

Prima ſchiſmaticorum petitio ex Calchedone ad imperatorem miſſa.

ORANDVM erat, ne a quopiam alio in expoſitionibus abſurdis ſermo pietatis adulteraretur, maxime autem, ne ab his qui ſacerdotium præfecturamque eccleſiarum ſortiti ſunt, quos neſcimus quomodo præſidendi cupiditas & ambitio, frigidæque promiſſiones quædam, ad contemnenda ſemel omnia Chriſtiana mandata induxerunt; idque hoc ſolo animo, vt ſeruiant viro, qui præſumit ac ſperat, ſe & auxilium ſibi ferentes, omnia recte geſturos: dicimus Alexandrinum Cyrillum, qui ſola nugacitate in ſanctas Dei eccleſias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit ſe argumentis comprobaturum; & correctionem peccatorum effugere, ſolo Memnonis & prædictæ conſpirationis epiſcoporum miniſterio, ſperauit.

Iniuſte perſtringit Concilii patres.

Mire commentitiam suam modestiam commendant schismatici.

Quapropter nos, qui silentium alioqui amamus, & in ceteris philosophice agendum censemus, nunc silentium, & eius sapientiæ studium, fidei iacturam intelligentes, ad solos vos post supernam virtutem orbis seruatores precando vertimur: quandoquidem scimus, pro pietate solicitudinem vobis peculiariter conuenire; vtpote iis, qui vsque in hoc tempus custodierint, vicissimque per illam custodiantur. Suspensos autem hos libellos offerimus, tamquam coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio; non quod pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes, & pro ea sermones facientes. Nihil enim est quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere* debeant, quam vt coram tam fideli rege testimonium ferant, etiamsi parati essemus vitam ac corpora nostra in * fidei discrimine millies exponere. Idcirco propter Deum, qui videt omnia; & per Dominum nostrum Iesum Christum, qui iudicaturus est omnes in iustitia; & per Spiritum sanctum, cuius gratia regnum gubernatis; & per electos angelos, qui vos custodiunt, quos assistentes videbitis terribili throno, & horrendam illam sanctificationem semper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur; pietatem vestram, quæ vafricie quorumdam obsidetur, id re ipsa adimentium, & hæretica capita fidei introducta stabilientium, quæ omnino a sanis dogmatibus aliena sunt, & cum hæreticis opinionibus conueniunt; obsecrauimus, vt vel si quis illic subscribat vel consentiat, & post promissam a vobis veniam contendere vltra nolit, præcipias illum in medium venire, & ecclesiasticis pœnis subiacere, quo pugnare pro pietate melius possis. Nihil enim o rex magis regium fuerit, pro quo & cum Persis & aliis barbaris prælia committere festinasti, reddente tibi Christo pulcras victorias pro hac tua in ipsum alacritate. Obsecramus autem, vt fiant apud pietatem tuam quæstiones in scriptis. Sic enim facilius dignoscentur, & in omne posterum tempus reprehendentur peccantes. Si quis autem sermones, pro quibus delinquens fuit, negligens, voluerit per præceptum rectæ fidei prævalere, tuæ iustitiæ ac iudicii fuerit attendere, num & ipsam doctorum appellationem abiecerint ii, qui de dogmatibus introducunt, * periclitari

ANNO CHRISTI 431.

* deceat.

* fideli

Actor. 17.

Obscura hæc omnia & mutila sunt.

* *Locus corruptus.*

ANNO CHRISTI 431. grauantur, & prædictis subiici nolentes, vt non redarguantur impie egisse, neque refutare ea digna putantes, vt mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis. Iam enim per ordinatos manifestum est, quosdam ex illis pro hac impietate meditatos esse, vt dignitatibus concessis nonnullos demereantur, & alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius obsistet; & videbit eos pietas tua non multo post proditionis suæ mercedem quasi spolia fidei Christi distributuros. At ex nobis quidam a pientissimo Iuuenali Hierosolymitanorum episcopo olim ordinati, siluimus; quamuis pro Canonibus certandum esset, ne videremur nostræ gloriæ causa dolere. Et nunc quoque illius studia & præstigias tales per Phœnicen secundam & Arabiam non ignoramus. Sane de illis nobis non vacat curam habere, qui ciuitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contraditum, atque adeo vita nostra destitui maluimus, quam ista pro fide promptitudine. Verum aduersus illorum conatus, Dei ac vestræ pietatis iudicium opponemus. Nunc autem oramus, vt vna ac primaria pietas curetur, & ne orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandem sub sancti nominis Constantino irradiauit, & per beatissimos auum & patrem vestræ pietatis confirmatus est, a tua autem maiestate etiam in alias barbaras gentes, & in Persarum gentem prorogatus est, nunc in ipsis regiæ aulæ penetralibus langueſcat, & apud vestram turbetur serenitatem. Non enim duplices in Persidem, o rex, mittes Christianismi doctrinas, neque nostra magnum aliquid erunt, nobis discordia laborantibus, nemineque existente apud illos qui diiudicet: neque quis geminis communicabit verbis & sacramentis, neque certe pie a tantis patribus & incondemnatis sanctis desciscet; sed neque regni commoda tribuenda erunt his, qui diuersa inter se sentiunt; neque paruus inde * vsus pietatis hostibus excitabitur; & innumera alia malignæ contentionis ipsorum quis enumerarit nocumenta? Si quis autem est qui paruifaciat cælestium rationem, talis sit potius quicumque olim, quam is cui omnem orbis potestatem Dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, vt iudicium a tua pietate accipiamus. Mentem enim tuam ad exactam eorum quæ inquiruntur, comprehensionem Deus inducet. Demum

* ausus

si quid nunc prohiberet, (neque enim tuæ pietatis negotia omnia nota esse possunt) petimus a tua serenitate, vt ad propria tuto & feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus ciuitates nobis commissas ex tali mora non parum offendi propter eos, qui etiam in rebus piis, vt videtur, contentionem quærunt, nulla inde proueniente vtilitate. ANNO CHRISTI 431.

Altera eorumdem petitio e Calchedone ad Theodosium Augustum missa.

Obscure & deprauate hæc exposita sunt.

SÆPENVMERO pietatem vestram & per nosipsos, & per eos qui a nobis missi sunt, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur, & quod ii discerpere videantur ecclesiæ corpus, qui omnia susque deque faciunt, & omnem ecclesiasticam constitutionem, omnemque regiam legem conculcant; vniuersaque simul confuderunt, vt expositam hæresim a Cyrillo Alexandrino confirment. Nam vt a vestra pietate in Ephesum vocati sumus ad inquirendum quæstiones, quæ pullularunt, & ad confirmandum fidem euangelicam & apostolicam a sanctis patribus expositam; nondum omnibus præsentibus conuocatis episcopis, ii qui particulare Concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arii & Eunomii & Apollinarii impietate conueniunt, scriptis commentariis roborarunt; & alios quidem deceperunt, alios vero terruerunt, alios autem de hæresi accusatos in communionem susceperunt; & aliis, qui non communicabant, mercedem vt communicarent dederunt: alios demum spe honoris, quibus indigni erant, accenderunt; & ita sibi multitudinem congregarunt, quasi nescientes, quod piam religionem non multitudo, sed veritas ostendit. Iterum lectæ sunt vestræ pietatis literæ per magnificentissimum comitem Candidianum, significantes quod pacifice & fraterne quæstiones, quæ nuper exortæ sunt, inquirantur. Verum conuenientibus omnibus pientissimis episcopis, nihil profuit lectio. Venit nobilis Palladius magistrianus alias vestræ maiestatis literas afferens, docentes rescindenda esse omnia, quæ particulariter constituta fuerant, & Concilium denuo congregandum, verumque dogma sanciendum. Contemptum est autem & hoc, more solito

Omnia hæc mera commenta sunt, & impudentissima mendacia.

Omnes hæ literæ fuerũt subreptitiæ, dolo malo ab imperatoribus extortæ.

ANNO CHRISTI 431. solito, pium vestrum mandatum ab his qui omnia audent. Aduenit rursus magnificentissimus magister Ioannes, qui tunc comes omnium largitionum, alias iterum afferens literas, significantes, quod a vestra maiestate trium depositiones decretæ sunt, tollendaque e medio suborta offendicula, solamque fidem in Nicæa expositam a sanctis & beatis patribus, ab omnibus confirmandam. Transgressi sunt, vt solent, & hanc legem ii qui omnia pro ludibrio habent. Enimuero nec post lectionem a cœptis destiterunt, & communionem habuere cum depositis, & meminerunt eorum tamquam episcoporum, non permittentes, vt capitula ista, in damnum & corruptionem piæ fidei exposita, exploderentur, tametsi a nobis ad colloquium sæpius accersiti fuerint. habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta. Horum nobis testis est magnificentissimus magister, qui nobis & illis tertio ac quarto conuocatis, & hæc nec prætendere audens, propter illorum inobedientiam, operæ precium duxit posthac huc nos vocare. Aduenimus nihil remorati, nec quieuimus, donec huc peruenieremus, & apud vestram pietatem, & apud illustre consistorium obsecrantes, vt ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium venirent, vel ea tamquam aliena a recta fide exploderent, manentes in sola expositione fidei beatorum patrum, qui in Nicæa conuenerant. Et hi quidem nihil horum facere voluerunt; sed manentes in hæretica cõtentione, permissi sunt ecclesias frequentare, & sacerdotio fungi: nos vero synaxi destituti mansimus tanto tempore, & in Epheso, & nunc; innumeraque pericula & illic & hic pertulimus: & cum lapidaremur, & tantum non perderemur a seruis monachorum habitu indutis, boni consuluimus, vtpote pro pietate talia libenter perferentes. Post hæc visum est vestræ maiestati, vt iterum nos ac illi conuocaremur, & vt ad inquirenda dogmata inobedientes compellerentur. Hæc vt fierent, nobis expectantibus, vestra pietas in ciuitatem profecta est, & eos quidem qui de hæresi accusabantur, & propter hoc alios ex his depositos a nobis, alios vero excommunicatos, & deinde canonicis pœnis subiiciendos, præcepit vt in ciuitatem venirent, sacerdotio fungerentur, & ordinarent. Nos ve-

Et hoc falsum est: siquidem orientales sæpius citati, Synodo se sistere ausi non fuerunt.

Non erat certamen de capitulis, sed de iusta Nestorii, iniusta vero Cyrilli & Memnonis depositione.

Schismatici iactant suam pietatem.

Sed qui accusabantur, pii & orthodoxi erant; accusatores vero hæretici & schismatici.

ANNO CHRISTI 431.

Scilicet schismatici curant pietatem & religionem.

ro, qui pro pietate tantum certamen susceпimus, & pro rectis dogmatibus nullum non periculum sustinuimus, neque ingredi in ciuitatem iussit, vt fidei periclitantis negotium ageremus, & pro rectis dogmatibus vrgeremus: neque ad propria remigrare permisit; sed sumus in Calchedone tristes, & gementes in ecclesia quæ exercetur schismate. Idcirco qui nullum responsum obtinemus, necessarium duximus, vt præsentibus literis doceremus vestram pietatem coram Deo, & Christo ipso, ac sancto Spiritu; quod si quis ordinatus fuerit, antequam discutiantur recta dogmata, ab his qui hæretica sentiunt, necesse sit vt tota ecclesia scindatur, tam clero quam plebibus dissidentibus. Nullus enim piorum feret, hæretica colentibus communionem dari, propriamque salutem annihilari. Vbi autem hæc futura sunt, tunc vestra pietas præter suam mentem agere cogetur. Nam & schisma præter sententiam inualescet, & eos qui pro pietate certant, contristabit, non ferentes vt suæ animæ pereant, & constent contentiosis impia Cyrilli dogmata, quæ iustificare volunt. Multi autem qui pietati studeпt, & omnes nos, qui ex orientali diœcesi, & vestræ prouinciæ ex diœcesi Ponti, & Asiæ, & Thraciæ, & Illyrici, & Italiarum, Cyrilli dogmata admitti non sinent, qui & vestræ pietati librum beatissimi Ambrosii miserunt, aduersa pullulanti huic superstitioni docentem. Quapropter ne hoc eueniat, & vestra pietas magis conturbetur, supplicamus, precamur, obsecramus, vt edicat, ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam & nos congregauit vestra quæ Christum amat, celsitudo.

Schismate carere non potuit, quæ schismaticos intra se continebat.

Hic schismatici gloriantur de multitudine, alibi sæpe de paucitate.

Tertia schismaticorum postulatio ex eadem ciuitate ad imperatores missa.

NON hunc euentum sortituram vestræ pietatis expectabamus vocationem. Vocati enim honeste sumus tamquam sacerdotes a rege, & vocati sumus ad confirmandam sanctorum patrum fidem; propterea etiam tamquam pio regi obedituri aduenimus. Vbi autem venimus, neque ecclesiam minus secuti sumus, neque vestrum contempsimus edictum, sed vestros nutus secuti sumus continue ab eo die, quo in Ephesum peruenimus,

ANNO CHRISTI 431. vsque in hodiernum. Verumtamen, vt videtur, nihil nobis profuit in hoc sæculo modestia nostra, imo etiam plurimum, vt videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui sic vos habuimus, vsque in præsentem diem Calchedone tenti conseruati sumus; nunc autem ad propria dimittimur. Hi vero qui omnia confuderunt, & orbem turbis impleuerunt, & ecclesias discerpere contendunt, & pietatem manifeste oppugnant, sacerdotio funguntur, ecclesias congregant, &, vt putant, auctoritatem ordinandi habent (nimirum illicite ab illis petitam,) seditiones in ecclesia excitant, quæ expendenda in vsus pauperum, in suos insumunt milites. Ceterum non illorum tantum, sed & noster rex es. Non enim parua portio regni tui est oriens, in qua semper recta fides refulsit, & cum hac etiam aliæ prouinciæ & diœceses, e quibus congregati fuimus. Proinde ne despiciat vestra maiestas fidem, quæ adulteratur, in quam & vos baptizati estis, & vestri progenitores; in quam & ecclesiæ fundamenta sunt iacta, propter quam sanctissimi martyres innumera mortis genera cum voluptate susceperunt; cum qua & barbaros vicistis, & tyrannos destruxistis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Africam premitis. Est enim Deus omnium commilito vester, si pro piis eius dogmatibus laboraueritis, & prohibueritis corpus ecclesiæ disrumpi. Disrumpetur enim, si opinio quam Cyrillus fidei induxit, & alii hæretici confirmarunt, inualescat. Hæc sæpe quidem coram Deo & in Epheso & hic testati sumus, & vestram pietatem docuimus, rationem illius, vt coram omnium Deo, reddentes. Exigit enim & hoc a nobis, sicut diuinæ scripturæ propheticæ & apostolicæ docent. Etenim beatus Paulus clamat: *Testificor coram Deo, qui mortuos viuificat, & Domino nostro Jesu Christo, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem.* Et Ezechieli præcepit Deus, vt annuntiet populo; & minas adiicit, dicens: *Nisi annuntiaueris, sanguinem eius de manu tua requiram.* Timentes itaque hoc iudicium, necessarium existimamus iterum docere vestram maiestatem, quod ii qui permissi sunt ecclesias habere, in ecclesiis docent quæ Apollinarius & Arius & Eunomius: illegitime & contra Canones sacerdotio funguntur, & animas eorum

Non vestra modestia, sed intoleranda temeritas & iniquitas vobis obfuit.

Cyrillus fidē illustrat, non impugnat.

1. Tim. 6. v. 13.

Ezech. 3. v. 18.

Et hæc mera sunt commenta.

1. Tim. 2. v. 4. qui ad se accedunt, si quis & ipsos volet audire*. Nam per diuinam gratiam, cui omnium hominum cura est, & qui omnes vult seruari, maxima pars populi sana est, & pro piis solicita est dogmatibus. Propter illos maxime dolemus. Et quia cruciamur, timentes, ne paulatim serpens morbus plures comprehendat, communeque malum fiat; hæc nos vestram serenitatem docemus, & docere non desistimus, & precamur vestram maiestatem, vt nostris precibus annuat, & nihil sinat adiici ad fidem sanctorum patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt. Quod si & post hanc nostram obsecrationem, hanc, quæ coram Deo data est, doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam puluerem pedum excutiemus, & clamabimus cum B. Paulo: Mundi sumus a sanguine vestro. Non enim cessamus Act. 18. v. 6. & 20. v. 26. nocte & die, ab eo die quo in hanc celebrem Synodum aduenimus, & regi, & principibus, & militibus, & sacerdotibus, & laicis testari, ne amittamus traditam nobis a patribus fidem.

ANNO CHRISTI 431.

* f. occidunt. vel, perdunt.

Eorumdem ad suos in Epheso epistola.

Ex diametro hæc cum præcedentibus pugnant, vt hinc videas schismaticos meris commentis niti.

POSTQVAM Calchedonem venimus (nam Constantinopolim neque nos, neque aduersarii nostri intrare permissi sumus propter seditiones bonorum monachorum) fama accepimus, quod ante octo dies, priusquam compareremus (en gloriam pientissimi regis) dominus Nestorius ab Epheso dimissus sit, vt eat quo liberet. Vnde valde doluimus; quandoquidem vere ea quæ illicite & absque iudicio facta sunt, iam robur habere videntur. Sciat autem vestra sanctitas nos promptos pro fide certamen inituros, & certare velle ad mortem vsque. Expectamus autem hodie, hoc est, vndecima mensis Gorpiæi, transiturum pientissimum nostrum regem ad Rufinianum, & illic causam auditurum. Precetur igitur vestra sanctitas, vt Dominus Christus nos adiuuet, quo valeamus sanctorum patrum fidem roborare, & in damnum sanctæ ecclesiæ exorta capitula radicitus discerpere. Eadem vt & vestra sanctitas sentiat ac faciat, obsecramus; maneatque in sua pro fide orthodoxa alacritate. Porro cum scripta esset epistola, nondum occurrerat nobis dominus Himerius. nam fortassis impeditus est in itinere.

Male habet schismaticos Nestorii depositio.

Mensis hic Syrogræcorũ respondet nostro Septembri.

Frustra contra hæc capitula nitimini.

ANNO CHRISTI 431. Ceterum nihil vos turbet. Speramus enim triſtia extinguenda, & veritatem effulſuram, modo veſtra pietas ſtrenue nos adiuuet.

Epiſtola Theodoreti epiſcopi Cyri e Calchedone ad Alexandrum Hierapolitanum ſcripta.

NVLLVM humanitatis, nullum aſperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omiſimus, quo apud pientiſſimum regem & illuſtre conſiſtorium non ſimus vſi, teſtificantes coram Deo, qui omnia videt, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt orbem in iuſtitia, & Spiritu ſancto, & electis eius angelis, ne contemnatur fides, quæ ab his qui hæretica dogmata ſuſcepere, & his ſubſcribere auſi fuere, adulteratur; & vt præcipiatur ſolum exponendam ſicut in Nicæa, & abiiciendam ſuperinductam hæreſim ad damnum & perniciem pietatis: & vſque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nunc huc, nunc illuc auditoribus ſeſe ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, vt ab vrgendo propoſitum deſiſteremus; ſed perſecuti ſumus cauſam, Dei gratia. Cum iuramento enim pientiſſimo noſtro regi ſuaſimus, quod impoſſibile ſit, nobis Cyrillum & Memnonem conciliari; & quod fieri nequeat, vt illis communicemus, qui non antea eiecerint hæretica capitula. Itaque nos quidem hanc habemus mentem: ſtudium autem eſt his, qui ſua ipſorum quærunt, non autem quæ Ieſu Chriſti, vt reconcilientur eis & præter mentem noſtram. At non eſt nobis eius rei cura. Deus enim noſtrum propoſitum exigit, & virtutem explorat, neque ſupplicia irrogat propter ea quæ præter mentem fiunt. De amico autem ſciat tua ſanctitas, quod ſi quando eius faceremus mentionem vel apud pientiſſimum regem, vel apud illuſtre conſiſtorium, defectionis notabamur: tantæ ſunt eorum, qui intro ſunt, erga illum inimicitiæ. Et hoc eſt moleſtiſſimum. Pientiſſimus rex præ omnibus aliis auerſatur nomen, manifeſte dicens: De hoc mihi nullus loquatur. ſpecimen enim ſemel ipſe dedit. Attamen dum hic ſumus, non ceſſabimus omni virtute & eius patris curam gerere, ſcientes factam illi ab impiis iniuſtitiam. Nobis quoque ſtudium eſt, vt hinc liberemur, & veſtra liberetur pietas.

En ſtudium & diligentiã filiorum huius ſæculi in re prana.

Actor. 17. 2. Tim. 4.

Id impoſſibile eſt vobis in veſtra pertinacia perſtentibus.

Phil. 2. v. 21.

Neſtorium intelligit.

Hunc, quem totus mundus execratur, patrem non appellaretis, niſi idẽ quod ille ſentiretis.

Patres Synodi impios vocant ſchiſmatici.

ANNO CHRISTI 431.

Nihil enim hinc boni sperandum, eo quod iudices ipsi omnes auro confidant, & contendant vnam esse naturam deitatis & humanitatis. Populus autem omnis gratia Dei bene habet, & iugiter ad nos egreditur. Incepimus autem ipsis etiam differere, & celebrauimus communiones maximas, & quarto illis enarratum est precibus tuæ pietatis de fide; & tanta audierunt voluptate, vt vsque ad horam septimam non discederent, sed perdurauerint vsque ad æstum solis. In aula enim maxima, & quatuor habente porticus, multitudo congregata fuit, & nos superne concionabamur e suggestu prope tectum. Verum clerus omnis cum bonis monachis valde nobis erat infensus, ita vt fieret collapidatio, quando a Rufinianis post aduentum pientissimi imperatoris rediremus, & vulnerarentur multi ex laicis & falsis monachis, qui nobiscum erant. Nouerat autem rex pientissimus, quod multitudo congregaretur contra nos; & solis nobis occurrens, dicebat: Noui quod male congregamini. Dicebam autem ei: Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iustum est, hæreticos quidem excommunicatos in ecclesiis agere; nos vero qui pro fide certamus, & propter hoc ab illis communionis exortes factos, non intrare in ecclesiam? & ille respondit: Et ego quid faciam? Respondi igitur illi: Quod fecit magister tuus comes largitionum in Epheso. Ille enim vt inuenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos, dicens: Si non fueritis pacifici, non concedam vni parti congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic episcopo, ne permitteret neque illis neque nobis congregari, donec conueniamus, vt iusta tua sententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidem episcopo imperare non possum. Itaque respondi ego: Igitur neque nobis imperes, & accipiemus ecclesiam, & congregabimur; & cognoscet tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt, quam cum illis. Ad hæc diximus ei, quod nostra congregatio neque lectionem sacrarum scripturarum habebat, neque oblationem; solas autem preces pro fide & vestra maiestate, & de religione colloquia. Approbauit igitur, & vltra non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur conuentus multitudinis ad nos venientis, & cum voluptate doctrinas audientis.

Non vnam naturam, sed vnam personam esse contendebant.

Einsmodi applausus fieri solent, cum noua doctrina proseminari incipit.

Non est verisimile, hæc inter Theodoretum & imperatorem intercessisse.

Iterum inepte gloriantur de multitudine.

ANNO CHRISTI 431. Oret igitur vestra pietas, vt causa nostra exitum habeat Deo placentem. Nos enim quotidie periclitamur, & insidias monachorum & clericorum suspicantes, & potentiam & incuriam videntes.

Pars homiliæ Theodoreti episcopi Cyri, Calchedone ad schismaticorum legatos, Nestoriique fautores habitæ.

CHRISTVS nobis dux sit sermonis, per quem & ipsi sermones, & nos diuinorum eius eloquiorum ministri: Christus, *qui positus est in ruinam multorum, & in resurrectionem, & in signum cui contradicitur*, olim quidem a carnali Israel, nunc autem a spiritali: Christus infidelibus quidem lapis offendiculi, & petra scandali; credentes autem non confundens, preciosus lapis est, & fundamentum, secundum Isaiæ vocem. Christus lapis est, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli: Christus ecclesiæ fundamentum; Christus lapis, qui sectus est absque manibus, & factus est in montem magnum, & obtexit orbem, iuxta Danielis prophetiam: pro quo, & cum quo, & propter quē impugnamur, propter quem a regia ciuitate prohibiti sumus; sed cælorum regno non excludimur. ciuitatem enim habemus supernam Ierusalem, cuius architectus & opifex Deus, vt Paulus dixit. Christus, per quem terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, vt nostram audiatis vocem, quam vestri pastoris vocis effigiem putatis. Desideratis enim audire iucundas vestri pastoris fistulas; pastoris, quem pastores socii calamis occiderunt, vt putant; ad quos Deus per prophetam clamat: *Pastores multi corruperunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, posuerunt partem meam desiderabilem in solitudinem imperuiam.* Dicat de ipsis & per alium prophetam: *Secundum multitudinem ipsorum ita peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam ponam.* Dicat & per alium iterum prophetam: *Væ filii apostatæ; feciſtis consilium, & non ex me; & pacta, & non per spiritum meum; vt adiiciatis peccatum super peccatum: conuersi estis, qui profundum consilium consultaſtis & iniustum.* Dicat ad eos & Isaias: *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri peccatis: lingua vestra locuta est iniustitiam, & os vestrum iniquitatem meditatum est.* Nullus loquitur iusta; quia concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Oua aspidum

Luc. 2. v. 34

1. Pet. 2. v. 8.

Isa. 28. v. 16.

Psal. 117. v. 22

Dan. 2.

Non propter Christum, sed propter improbitatem vestram exclusi estis.

Hebr. 11. v. 10.

Adulatur impio Nestorio.

Ier. 12. v. 10

Osee 4. v. 7.

Isai. 30.

Omnia hæc seditionem spirant contra Synodū.

Isai. 59. v. 3.

excluſerunt, & telas araneæ texunt. Videte accuſationem malitiæ, & putredinis malitiæ indicium, oua aſpidum, & telas araneæ: partus quidem malitiam, conceptus autem infirmitatem habet. Oua aſpidum, malitiæ ſpecies: tela araneæ, infirmitatis argumentum eſt. Et comedens ouum eorum confractum, putamen inuenit. Vidiſti malitiam infirmantem? vidiſti offendentem non offendentem? vidiſti eum qui impugnatur, coronatum? Et qui comedit ouum eorum confractum, vrium inuenit. Vrium autem eſt aliquid ſterile, hoc eſt imperfectum. Iſaia promulga nobis & malitiæ ſpeciem. Et in ipſo baſiliſcus. Hoc autem mirabile, quod baſiliſcus in illo, & vrium, hoc eſt ſterile. Baſiliſcus autem malitiam ſignificat; quandoquidem beſtiola hæc omnium reptilium ferociſſima eſt, *ei confert malitiæ ſobolem. Verum & illa ipſa vrion eſt propter infirmitatem malitiæ: infirma enim eſt malitia. Sequitur demonſtratio: *Tela eorum non erit in veſtimentum.* Non enim veſtiuntur ab operibus manuum ſuarum. Quare? quia opera eorum, opera iniuſtitiæ. Dic ſpeciem iniuſtitiæ. *Pedes eorum in malum currunt*; nimirum vt aliquid fiat: & veloces ad effundendum ſanguinem. Quid ad hæc? Cunctatio & infelicitas in viis eorum. Nam viæ eorum tortuoſæ, quas tranſeunt, & viam pacis neſcierunt. Vere lamentis digna ſunt hæc, quod ſacerdotes contra ſacerdotes talia dicant. Verum hoc dicimus, non quod tantum accuſemus illos, quantum noſtri curam gerimus.

Obſcura hæc, etſi facile deprehendatur quo tendant.

Ibid. v. 6.

Et poſt alia:

Vere obſtupeſcit cælum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit Dominus: *quia duo hæc mala fecit populus iſte. Me,* inquit, *dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas detritas, quæ non poterunt aquam continere.* Dicat ad eos Deus per Ieremiam prophetam: *Tranſite ad inſulas Chetim, & videte; & in Cedar mittite, & conſiderate bene, ſi facta ſint talia, qualia hæc; ſi mutauerunt gentes Deos ſuos. tranſite ad inſulas Chetim.* Non vultis, inquit, ferre verba mea? non fertis prophetas? non accipitis legem? non creditis diuinis ſcripturis? Aſſumite gentilium pueros in doctores; ite ad gentes, & diſcite quomodo colantur ab illis dii putatiui, cum non ſint dii: tranſite ad inſulas Chetim, & videte; & mittite in Cedar, & bene conſiderate, ſi facta ſunt talia, qualia

Ier. 2. v. 12.

Ibid. v. 10.

Ad quid hæc omnia contra Concilii patres?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNO CHRISTI 431. qualia hæc; num mutauerint gentes deos suos : & quos? Et illi non dii. Et quare hæc dicis? Populus meus mutauit gloriam suam: vnde nullam vtilitatem accipiet. Hæc & de illis congruit dici. Pagani ligna & lapides venerantes, vt immortalia, illa salutant. Tu autem illis prædicans ea venerari non debere, sed solum verum Deum, qui constituit montes in statera, & siluas in libra, & metitur manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo; qui constituit cælum quasi cameram, qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa quasi locustas: & hunc, qui omnia verbo fecit, & vnica momenti inclinatione exhibet ea quæ non sunt, vt sint; & dedit his qui non erant, vt essent, sola voluntate: quasi oblitus horum omnium, passionibus obnoxium facis, & legem ponis vt adoretur Deus passibilis. Et pagani quidem, vt prædictum est, * auaritiæ verbo capti, etiam cælum impassibile vocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt, & terram quam calcant, inter deos numerant. Nos autem inuisibilem, vnigenitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credemus? Absit. Saluator noster & benefactor, ne sic apostatæ simus adorationis tuæ, ne sic ignoremus tuam naturam, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemur passibilem nostrum liberatorem, qui nos e passionibus ad impassibilitatem transtulit, & nobis passionibus obnoxiis impassibilitatem largitus est. Hanc & pro nobis legationem afferimus Deo, cui gloria in sæcula. Amen.

Isa.40. c.12.

Rom.4. Patibilis est Deus, qui hæc omnia potest & facit: verum id non secundū se, sed secundum naturam assumptam.

Absit, vt secundum naturam assumptam, patibilem nō credamus.

Ioannis Antiocheni episcopi homilia in Calchedone dicta post homiliam Theodoreti, vt suos animaret.

SANCTA lex est, vt patribus accepta ferantur ea quæ filiorum sunt. *Meus igitur est Galaad, & meus est Manasses:* imo non mei sunt, sed Dei, qui vestram cum nostra congregauit ecclesiam, & hunc pro pietate zelum cum aliis donis largitus est. Equidem inter vos ideo surrexi, vt dicendo salutarem simul, & valedicerem. etenim vobiscum sumus, ad fratres nostros contendentes. Transit enim quocumque vult absq; impedimento caritatis natura. Saluto vos, & oro, vt pacem habeatis cum Deo, prius quidem fideles, nunc autem confessores. Quisquis magnas facultates

Psal.59.v.9.

possidere censetur, strenue militat & impigre, vt conseruet quæ possidet. Nullus igitur a paterna fide destituat, quam & nos, vt depositum, apud filios deponimus. Respicite ad progenitores, quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit a fidei sinceritate auellere. Porro vobiscum paruæ quidem minæ sunt, magna autem merces: paruæ passiones, sed coronæ magnæ. Nemo deprædetur depositum vestrum, nempe dogmatum certitudinem: nemo persuadeat, Deum esse passibilem, neque corporis & deitatis naturam vnam. Illa enim per se est diuina substantia; hanc vero, corporis videlicet, suscepit. Idcirco connexionem prædicamus, & non confusionem; vnionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, filius hoc per illud; omnia hæc per illud: adoratur cum illo, glorificatur cum illo, & qui cum illo adunatus est inseparabiliter, primitiæ appellatur nostræ naturæ. Hæc seruate, & Deus pacis erit vobiscum, adiuuans vos modo quem ipse nouit: cui sit gloria in sæcula. Amen.

Anno Christi 431.

Hæc admonitio ponit Concilii patres persecutos esse pios & fideles; quod omnino falsum est.

Altera schismaticorum epistola, intempestiue de victoria gloriantium, ad eosdem.

PRECIBVS sanctitatis vestræ datus est nobis accessus ad pientissimum regem nostrum, diuinaque gratia his qui diuersa sentiunt, in certamine superiores facti sumus; quia omnia quidem nostra accepta fuere apud Christi amantissimum regem. Lecta autem sunt oblata ab illis, & quæ visa sunt indigna vt reciperentur, neque vllam consequentiam habebant, reiecimus. Cyrilli enim sursum ac deorsum memores erant, orabantque illum accersiri, vt ipse pro seipso rationem redderet. Vsque in præsentem diem non obedierunt, sed audierunt quod oporteat sermones de pietate, hoc est, de ratione fidei haberi, & firmatam esse fidem beatorum patrum. Redarguimus & Acacium, qui in commentariis posuerat, passibilem esse deitatem. Quod vsque adeo grauatim tulit pius rex noster, vt excuteret pallium, & retrorsum cederet præ blasphemiæ magnitudine. Scimus autem & totum consistorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus. Visum igitur est pientissimo nostro regi, vt vnusquisque suum sensum exponat, & suæ pietati offerat.

ANNO CHRISTI 431.

Respondimus autem nos, quod impossibile est fieri aliam expositionem, quam eam quæ in Nicæa a beatissimis patribus facta est: & placuit eius maiestati. Proposuimus igitur illam, in qua vestra sanctitas subscripsit. Ceterum omnis populus Constantinopolitanus iugiter ad nos venit, orans vt strenue pro fide pugnemus: multumque laboramus ad retinendum eos, ne videamur occasionem dedisse aduersariis. Misimus autem exemplar expositionis, vt duo exemplaria fiant, duobusque illis subscribatis.

Επιστολὴ ἀνατολικῶν τινων, τῶν εἰς Κωνσταντινούπολιν πεμφθέντων, πρὸς Ρούφῳ ἐπίσκοπον.

Epistola quorumdam orientalium, qui Constantinopolim missi fuerant, ad Rufum episcopum.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ Ρούφῳ, Ιωάννης, Ιμέριος, Θεοδώρητος, καὶ οἱ καθεξῆς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Deo dilectissimo sanctissimoque comministro Rufo, Ioannes, Himerius, Theodoretus, & reliqui episcopi in Domino Sal.

ΛΙΑΝ βεβλάφθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην ὑπὸ τῆς ἀπουσίας τῆς σῆς ἁγιωσύνης ἡγούμεθα. ἔπαυσε γὰρ ἂν παραγενομένη καὶ τὰς γεγενημένας συγχύσεις, καὶ τὰς * τετολμημένας ἀταξίας, καὶ σὺν ἡμῖν ἂν κατηγωνίσατο τὰς ἐπεισαχθείσας αἱρέσεις τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἣν παῖδες παρὰ πατέρων ἀεὶ * δεχόμενοι, μέχρις ἡμῶν ταύτην παρέπεμψαν. ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς φαμεν, ἀλλὰ ἄλλον * τῶν σκοπὸν τῆς σῆς ὁσιότητος μεμαθηκότες ἐκ τῶν πρὸς τῶν θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον Ιουλιανὸν, τῶν τῆς Εριδικῆς ἐπίσκοπον, παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας * σταλέντων γραμμάτων. ἐδήλου γὰρ τὰ γράμματα, ὡς χρὴ τὴν προειρημένον θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον συναγωνίσασθαι τῇ ἐκτεθείσῃ πίστει ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ * συναθροισθέντων, καὶ

* τολμηθείσας

* διαδεχόμενοι,

* ἴσ. ἀμφὰ τὸν σκοπὸν

* χραφέντων

* συνελθόντων,

ARBITRAMVR pietatem & ecclesiasticam concordiam ob sanctitatis tuæ absentiam non paruum detrimentum accepisse. Etenim si præsto fuisset, confusiones turbasque temere exsuscitatas compescuisset, & hæreses orthodoxæ fidei, & euangelicæ ac apostolicæ doctrinæ inuectas, quam filii a patribus semper acceptam ad nos vsque transmiserunt, nobiscum debellasset. Hæc citra causam non dicimus: siquidem ex literis, quas pietas tua ad Iulianum piissimum sanctissimumque Eridicæ episcopum perscripsit, quid sanctitas tua spectet cognouimus. Monebant enim literæ piissimum illum episcopum, ne fidei, quam beati patres Nicæni exposuerunt, defensionem vlla ratione detrectaret, neve

permittat, vt infractis illis verbis reprehensio, vel labes aliqua irrepat, vt quæ sola & ad veritatem ostendendam, & ad falsitatem reuincendam sint satis. Et hæc quidem sanctitas tua recte & pie & iuste admonuit; atque is qui accepit literas, literarum consilium secutus est. Ceterum multi qui ad Synodum venerunt, iuxta prophetam, *declinauerunt, inutiles-que facti sunt.* Fide namque relicta, quam a sanctis patribus acceperant, duodecim Cyrilli Alexandrini capitibus subscripserũt, quæ Apollinarii praua opinione plena sunt, & cum Arii & Eunomii impietate conueniunt; omnesque qui manifestam illam impietatem non suscipiunt, anathemati subiiciunt. Huic fidei pesti strenue restitimus tam nos qui ex oriente, quam alii quoque qui ex diuersis diœcesibus cõuenerunt, vt fides a beatis patribus Nicææ exposita confirmaretur. Nihil enim (vt sanctitas tua nouit) in illa desideratur, quod ad confirmandam euangelicorum dogmatum doctrinam, & ad quamuis hæresim confutandam faciat. Propter hanc omnibus lætis tristibusque, quæ humanæ vitæ accidere possunt, simul posthabitis, iugiter in acie versamur, vt hanc sortem a patribus traditam, incontaminatam conseruemus. Hac etiam de causa Cyrillum & Memnonem deposuimus; illum quidem tamquam hæresiarcham; hunc vero tamquam illius fautorem & adiutorem in omnibus ad confirmanda ac stabilienda capita, quæ exposita sunt in ecclesiarum perniciem: ceteros vero qui dogma-

Psal. 13. v. 3. Non reliquerunt fidem patrum, sed capita illa tamquam symbolo consentanea admiserunt.

Non pugnatis pro symbolo, etsi id frequenter iactetis, sed pro Nestorio.

μὴ συνεχωρῆσαι μᾶλλον ἐκείνοις τοῖς * ἀῤῥαγέσι ῥήμασιν ἐπισκηπτεῖν, ἀρκοῦσι καὶ πλὴν ἀληθῆ δεῖξαι, καὶ ψεῦδος ἐλέγξαι. ταῦτα ἡ μὲν ὁσιότης σὴ ὀρθῶς καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς εἰσηγήσατο, καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα, τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ. πολλοὶ δὲ τῶν εἰς πλῆθος συνόδου παραγενομένων ἐξέκλιναν τῷ θεοφιλεστάτῳ, καὶ ἠχρειώθησαν, ἓν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυποβάλλοντες· ἃ τοῖς Ἀπολιναρίου νόμῳ κακοδοξίας, συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ, καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὸν γυμνὸν ταύτην ἀσέβειαν. ταύτῃ τῇ * λύμῃ τῆς πίστεως λίαν ἀντέσημεν οἵ τε ὑπὸ τὴν ἑῴαν συνελθόντες, καὶ ἕτεροι ἐκ διαφόρων διοικήσεων, ὥστε πλὴν τῆς Νικαίας ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων κρατωθῆναι πίστιν. οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οἶδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἰς τε διδασκαλίαν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως. ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμενοι διαπλεόμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες πόνων τε καὶ λυπηρῶν, ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι παρὰ τῶν κληρον. τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα, τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γεγενημένον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιωθῆναι καὶ σπερχθῆναι τὰ ὑπὸ * διαφθορᾶς τῶν ἐκκλησιῶν ἐκτεθέν-

τα κεφάλαια, καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν· καὶ σοὶ ὑπογράψαι καὶ

Anno Christi 431. * Ἐφέσῳ

* ἀῤῥαγέσι] Ἀῤῥαγέσι ῥήμασιν ἐπισκηπτεῖν, ἀρκοῦσι καὶ πλὴν ἀληθῆ δεῖξαι, καὶ ψεῦδος ἐλέγξαι. ταῦτα ἡ μὲν ὁσιότης σὴ ὀρθῶς καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς εἰσηγήσατο, καὶ ὁ δεξάμενος τὰ γράμματα, τῇ τῶν γραμμάτων ἠκολούθησε συμβουλῇ. πολλοὶ δὲ τῶν εἰς πλῆθος συνόδου παραγενομένων ἐξέκλιναν τῷ θεοφιλεστάτῳ, καὶ ἠχρειώθησαν, ἓν μὲν παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων παρέλαβον πίστιν καταλιπόντες, τοῖς ὑπὸ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας δώδεκα κεφαλαίοις καθυποβάλλοντες· ἃ τοῖς Ἀπολιναρίου νόμῳ κακοδοξίας, συμβαίνει δὲ καὶ τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ, καὶ ἀναθεματίζει πάντα τὸν μὴ δεχόμενον τὸν γυμνὸν ταύτην ἀσέβειαν. ταύτῃ τῇ * λύμῃ τῆς πίστεως λίαν ἀντέσημεν οἵ τε ὑπὸ τὴν ἑῴαν συνελθόντες, καὶ ἕτεροι ἐκ διαφόρων διοικήσεων, ὥστε πλὴν τῆς Νικαίας ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν μακαρίων πατέρων κρατωθῆναι πίστιν. οὐδὲν γὰρ αὐτῇ ἐλλείπει, ὡς οἶδεν ἡ σὴ ἁγιότης, εἰς τε διδασκαλίαν τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων, καὶ εἰς ἔλεγχον πάσης αἱρέσεως. ὑπὲρ ταύτης ἀγωνιζόμενοι διαπλεόμεν, πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὸν βίον καταφρονοῦντες πόνων τε καὶ λυπηρῶν, ὥστε ἀνέπαφον διαφυλαχθῆναι παρὰ τῶν κληρον. τούτου χάριν καὶ Κύριλλον, καὶ Μέμνονα, τὸν μὲν ὡς αἱρεσιάρχην, τὸν δὲ ὡς συνεργὸν γεγενημένον, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ συμμαχήσαντα, ὥστε βεβαιωθῆναι καὶ σπερχθῆναι τὰ ὑπὸ * διαφθορᾶς τῶν ἐκκλησιῶν ἐκτεθέν- * διαφθορᾷ

ANNO CHRISTI 431.

συνθέσθαι τοῖς ἐναντίοις τῆς εὐσεβείας δόγμασι τετολμηκότας, ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, ἕως ἂν ἐκεῖνα μὲν ἀναθεματίσωσιν, εἰς δὲ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπανέλθωσιν. ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ ὤνησεν ἡ ἡμετέρα μακροθυμία· μέχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τῶν διεφθαρμένων ἐκείνων ὑπερμάχονται δογμάτων. περιέπειραν δὲ ἑαυτοῦ καὶ τῷ τοῦ κανόνος ὅρῳ, ὃς σαφῶς διαγορεύει· εἴ τις καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἑαυτῷ ἐπιτρέψειε τὴν λειτουργίαν, καὶ μὴ ἀναμείνειε συνόδου κρίσιν, μηκέτι χώραν αὐτὸν ἔχειν ἀπολογίας, μηδὲ ἐφ' ἑτέρας συνόδου· ἀλλὰ καὶ τοῦ κοινωνοῦντας αὐτῷ, παντελῶς ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας. τούτῳ τῷ ὅρῳ περιπεπτώκασιν οἵ τε καθαιρεθέντες, οἵ τε ἀκοινώνητοι γεγενημένοι. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὸ γνῶναι τὴν γενομένην καθαίρεσιν καὶ ἀκοινωνησίαν, καὶ συνελειτούργησαν, καὶ διατελοῦσι λειτουργοῦντες, ὡς ἀπιστοῦντες δηλονότι τῷ εἰπόντι· ὃ δὴ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ταῦτα ἐβουλευσάμεθα μὲν εὐθὺς τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ γνωρίσαι· προσδοκήσαντες δὲ ἔσεσθαί τινα τῶν λυπηρῶν μεταβολὴν, μέχρι τοῦ παρόντος ἀνεμείναμεν. ἀλλ' ἐψεύσθημεν τῆς ἐλπίδος, ἔμειναν γὰρ τῆς δυσσεβοῦς ταύτης αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντες, καὶ μηδὲ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τὰς συμβουλὰς αἰδούμενοι. πεντάκις γὰρ ἤδη καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν συντετυχηκὼς, προσέταξεν αὐτοῖς ἢ ὡς ἐναντία τῇ πίστει ἐκβάλλειν τὰ Κυρίλλου κεφάλαια,

tibus illis pietati dissentaneis subscribere & adstipulari sunt ausi, tantisper excommunicationi subiecimus, dum ea anathematizauerint, & ad sanctorum patrum Nicænorum fidem redierint. Verum nostra lenitas illis nihil profuit. Nam vsque hodie pro peruersis illis dogmatibus decertant, & vltro in Canonis sanctionem, vulnus accepturi, impegerunt. Habet is hanc perspicuam sententiam: Si quis episcopus a Synodo, aut presbyter, vel diaconus ab episcopo suo depositus, non expectato Synodi iudicio sacris ministeriis se ingesserit, nullus se expurgandi locus, ne in alia quidem Synodo, huic relictus esto. Sed & si qui sunt, qui cum eo communicauerint, hi penitus ab ecclesia expellantur. In hanc sanctionem inciderunt tam hi qui excommunicationis, quam illi qui depositionis sententiam in se exceperunt. Nam cum primum se a nobis depositos atque excommunicatos resciuerunt, statim vna sacris operati sunt, & adhuc sacra facere perseuerant, tamquam ei fidem non habentes, qui dixit: *Quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælis*. Hæc in ipso mox exordio sanctitati tuæ indicare cogitauimus: verum mutationis alicuius, & a malis hisce emersionis spe ducti, hactenus expectauimus: at ea nos spes fefellit. Nam neque impiam hanc hæresim propugnare destiterunt, neque piissimi imperatoris consilia reuerentur. Etenim quintum iam nos & ipsos affatus, illis quidem mandauit, vt vel capita Cyrilli tamquam cum fide pugnantia re-

Inciderent in Canonis sanctionem, si vestra sententia esset legitima. Canon. 4. Conc. Antioch.

Sciebant vestras sententias esse nullas, idcirco eas pro nihilo duxerunt.

Matth. 18. v. 18.

Tam vobis familiaris est imperator, vt ne mœnibus quidem recipi sinat.

iiciant; vel certe, ſuſcepto in eorum defenſionem certamine, ſanctorum patrum confeſſioni conſentanea eſſe palam faciant. In promptu enim argumenta habemus, per quæ oſtenſuri eramus, quod orthodoxæ fidei doctoribus manifeſte aduerſantur, plurimumque hæreticorum doctrinæ conſentiunt. Enimvero horum peruerſorum germinum auctor per hæc ipſa docet, diuinitatem vnigeniti filii Dei paſſam eſſe, non autem humanitatē, quam pro ſalute noſtra ſuſcepit; cum diuinitas inhabitans paſſiones corporis quaſi proprii ſibi attribuerit, & tamen in propria natura nihil ipſa pateretur. Addit præterea, ex diuinitate & humanitate vnam factam eſſe naturam: ſiquidem illud, *Verbum caro factum eſt*; ita exponit, quaſi diuinitas conuerſionem aliquam paſſa, & in carnem tranſmutata ſit. Ad hæc eos execratur, qui euangelicas apoſtolicaſque voces de Chriſto Domino diſtinguunt, vt humiles quidem ad humanitatem, diuinas vero ad Chriſti diuinitatem referant. Quod Ariani & Eunomiani ſentientes, humileſque diſpenſationis voces ad diuinitatem referentes, Deum Verbum creaturam & facturam, alteriuſque ſubſtantiæ, & patri inæqualem eſſe affirmare non dubitarūt. Quæ vero blaſphemia ex hiſce principiis conſequatur, quiuis facile intelligit. Nam & naturarum inducitur confuſio, & Deo Verbo attribuitur illud: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* & illud: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.* rur-

Hoc Cyrillus nunquam cogitauit, nedum publice tradidit.

Ioan. 1.

Sed quis orthodoxus ea principia poſuit vnquā?

Pſal. 21.

Matth. 26. v. 39.

ἢ ⓦ ὑπὲρ τούτων ἀναδέξασθαι ἀγῶνα, καὶ δεῖξαι ὡς συμβαίνει τῇ τῶν μακαρίων πατέρων ὁμολογίᾳ. ἑτοίμως γὰρ *ἔχομεν ἡμεῖς τοὺς ἐλέγχους, δι' ὧν ἀπεδείξαμεν ἄν, ὡς ἀντικρὺς μὲν μάχεται τοῖς τῆς ὀρθοδοξίας διδασκάλοις, συμφέρεται δὲ λίαν τῇ τῶν αἱρετικῶν διδασκαλίᾳ. διδάσκει γὰρ διὰ τούτων αὐτῶν ὁ τὰ πονηρὰ ταῦτα κτίσας γεννήματα, ὡς ἡ θεότης τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ θεοῦ ἔπαθε, καὶ οὐχ ἡ ἀνθρωπότης, ἣν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀνείληφε σωτηρίας· τῆς ἐνοικούσης δηλονότι θεότητος οἰκειουμένης μὲν τὰ πάθη ὡς ἰδίου σώματος, οὐδὲν δὲ παρούσης εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν. πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι μία φύσις γέγονε θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. οὕτω γὰρ, ὁ λόγος σαρξ ἐγένετο, ἡρμήνευσεν, ὡς τῆς θεότητος τροπήν τινα ὑπομεινάσης, καὶ εἰς σαρκα μεταβληθείσης. πρὸς τούτοις ἀναθεματίζει τοὺς διαιροῦντας τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, τὰς δὲ θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ ἐκλαμβάνοντας. ὅπερ φρονοῦντες Αρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοὶ, καὶ τὰς μὲν ταπεινὰς περὶ τῆς οἰκονομίας φωνὰς εἰς τὴν θεότητα ἀναφέροντες, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα ⓦ θεὸν λόγον, καὶ ἑτεροούσιον, καὶ ἀνόμοιον τῷ πατρὶ λέγειν ἐπραγματεύσαντο. ἐντεῦθεν δὲ, εἴ τι κἂν συμβαίνῃ τὸ βλάσφημον, ῥᾴδιον κατιδεῖν. σύγχυσις γὰρ εἰσάγεται τῶν φύσεων, καὶ προσάπτεται τῷ θεῷ λόγῳ τὸ, θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. καὶ

ANNO CHRISTI 431.

* εἴχομεν

τό· πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω

ANNO CHRISTI 431.

τὸ πεινῶ, καὶ διψῶ, καὶ ὑπὸ ἀγγέλου σπερίζεσθαι, καὶ τὸ λέγειν· νῦν ἡ ψυχή μου τετάραχται· καί, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· καὶ ὅσα τοιαῦτα περὶ τὴν ἀνθρωπότητα τὴν κυρίου συμβέβηκε. ταῦτα δὲ ὡς σαφῶς τῇ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου δυσσεβείᾳ συμβαίνει, βύχεροῦς δὼ ἴις καπήδι. ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἑτερούσιον καταστῆσαι μὴ δυνάμενοι, τὰ πάθη ματα καὶ τὰς ὑπερβολὰς φωνὰς τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ περιάπτουσιν, ὡς περιείρηται. ἴσως δὲ οὐ ἡ θεοσέβεια, ὡς ⊕ τῷ Ἀρειανῶν διδάσκαλοι νῦν οὐδὲν ἕτερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῷ διδάσκουσιν, ἢ ὡς ⊕ τὸ ὁμοούσιον διδάσκοντες, νῦν τὰ Ἀρείου φρονοῦσι, καὶ ὅτι διὰ χρόνου μακροῦ τὸ ἀληθὲς ἀνεφάνη. ἡμεῖς δὲ τοῖς τῷ μακαρίων πατέρων τῷ ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσι, καὶ τῷ μετ' ἐκείνους ἐν τῇ διδασκαλίᾳ διαπρέψασι, Εὐσταθίου τοῦ Ἀντιοχείας, Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, καὶ Γρηγορίου, καὶ Ἰωάννου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Θεοφίλου, καὶ Δαμάσου τῆς Ῥώμης, καὶ Ἀμβροσίου τοῦ Μεδιολανῶν, καὶ τῷ ταὐτὰ τούτοις διδαξάντων, ἐμμένομεν δόγμασι, καὶ τοῖς εὐσεβέσιν αὐτῶν ἀκολουθοῦμεν ἴχνεσι. τοῖς γὰρ εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς, καὶ θεοφθόγκοις ἑπόμενοι ῥήμασιν, ἀκλινῆ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμῖν κατέλιπον κανόνα· ὃν ἀκλινῆ καὶ ἀσάλευτον φυλάξαι σπουδάζομεν ἅπαντες ⊕ πλὴν ἀπολλιναριστῶν οἰκοῦντες· ὡσαύτως δὲ καὶ ⊕ Βιθυνοί, καὶ Παφλαγόνες, καὶ ἡ δευτέρα Καππαδοκία, καὶ Πισιδία, καὶ Θεσσαλία, καὶ Μυσία, καὶ Ῥοδόπη, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ὑπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν. δῆλοι δέ εἰσι καὶ Ἰταλιῶ-

* δόγματι,

sum fames, sitis, angelica confortatio, & illud: *Nunc anima mea turbata est.* & iterum: *Tristis est anima mea vsque ad mortem:* & quæcumque talia in Domini nostri humanitatem cecidêrût. quæ perspicue cum Arii & Eunomii impietate congruere facile quis viderit. Illi enim cum heterusion, naturarumque diuersitatem adstruere non valerent, perpessiones, & humiles illas voces diuinitati Christi, vt ante dictum est, adscribunt. Norit autem tua pietas, Arianorum doctores nihil aliud in ecclesiis suis hoc tempore docere, quam quod consubstantialitatis assertores iam demum cum Ario sentiant, quodque veritas, quæ diu latuerat, nunc tandem in lucem prodeat. Nos autem in dogmatibus beatorum patrum, qui apud Nicæam conuenerunt, & eorum qui post illos doctrina claruerunt, Eustathii Antiocheni, Basilii Cæsariensis, & Gregorii, & Ioannis, & Athanasii, & Theophili, & Damasi Romani, & Ambrosii Mediolanensis, & reliquorum qui cum his eadem docuerunt, perseueramus, piisque illorum vestigiis insistimus; quippe qui euangelica & apostolica & prophetica verba sequentes, exactam orthodoxæ fidei regulam nobis tradiderint: quam regulam nos inconcussam inflexamque retinere studemus omnes qui in oriente habitamus; similiter qui Bithyniam, & Paphlagoniam, & Cappadociam secundam, & Pisidiam, & Thessaliam, & Mysiam, Rhodopenque incolunt, & alii quamplurimi diuersarum prouinciarum. Italos quoque certum est

Ioan. 12.

Matth. 20.

Ariani non agnoscunt diuersas naturas in vno Christo.

Si hos patres sequeremini, insontibus quasi hæreticis non insultaretis.

Omnes catholici vobiscum sentiũt, vbi catholicã doctrinam tenetis: secus vero, nequaquam.

nouitatem illam nequaquam laturos esse. Nam Martinus sanctissimus Deoque dilectissimus Mediolanensium episcopus ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de dominica incarnatione ad piissimum imperatorem misit, qui hæreticis illis capitibus contraria docet. Sed nec istud sanctitatem tuam prætereat, nempe, Cyrillum & Memnonem non cõtentos fuisse orthodoxam fidem corrupisse, verum omnes quoque canonicas sanctiones proculcauisse. Nam qui a diuersis diœcesibus atque prouinciis excommunicatione perculsi fuerunt, illos ipsi statim in communionem receperunt. Alios præterea de diuersis etiam hæresibus accusatos, eademque sentientes cum Cælestio & Pelagio (Euchitæ enim sunt, siue Enthusiastæ) & ob id a suo diœcesano vel metropolitano excommunicatos, ecclesiastica disciplina contempta, communioni restituerunt, multitudine vndecumque sibi coacta, ac tyrannice potius, quam pie dogmata sua statuere laborantes. Nam cum pietate destituerentur, aliam necessario sibi potentiam excogitarunt, nempe hominum propugnacula, rati profusione pecuniæ se patrum fidem expugnaturos. Verum pietate tua bene valente, religionisque defensionem more suo susciptente, nihil illorum machinationes efficere poterunt. Quamobrem sanctissime domine, rogatus, illorum communionem, qui tanta hac temeritate vsi sunt, quique hanc hæresim inuexerunt, caueto; omnibusque tam prope, quam longe positis decla-

Hoc falsum omnino est.

Solum a Nestorio, & aliis ei adhærentibus iniuste depositos restituerunt.

Iterum Cyrillus inter hæreticos computatur.

ANNO CHRISTI 431.

ται τῆς καινοτομίας ταύτης ἐκ ἀνέξόμβροι. ὁ γὰρ θεοφιλέστατος καὶ ἁγιώτατος Μαρτῖνος ὁ τῆς Μεδιολάνων ἐπίσκοπος καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀπέστλε, καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ βιβλίον ἐξέπεμψε τὸ μακαρίου Ἀμβροσίου περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὅπερ τὰ ἐναντία τοῖς αἱρετικοῖς τούτοις διδάσκει κεφαλαίοις. γινωσκέτω δὲ ἡ ἁγιότης, ὡς ἐκ ἤρκεσε Κυρίλλῳ καὶ Μέμνονι τὸ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει λυμήνασθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κανόνας ἐπάτησαν. τοὺς γὰρ ἀπὸ διαφόρων ἐπαρχιῶν & διοικήσεων ῥυομένους ἀκοινωνήτους, οὓς εἰς κοινωνίαν *ἀνεδέξατο. πρὸς τούτοις ἄ καὶ ἑτέροις & ἀπὸ αἱρέσεσιν ἐγκαλουμένους, καὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντας Κελεστίῳ καὶ Πελαγίῳ· Εὐχῖται γάρ εἰσιν, ἤγουν Ἐνθουσιασταί· διὸ καὶ ἀκοινώνητοι ἦσαν τῷ τε διοικητῇ καὶ τῷ μητροπολίτῃ· τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑποταξίας καταφρονήσαντες εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο αὐτοὺς, τὸ πλῆθος ἑαυτοῖς πανταχόθεν ἀθροίζοντες, καὶ τυραννικῶς μᾶλλον ἢ εὐσεβῶς δογματίζειν ἀσπουδάζοντες. ἀπὸ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἐγεγύμνωντο, ἀναγκαίως ἑαυτοῖς ἑτέραν ἐπενόησαν δύναμιν, ἀθρόων *τείχη, χρημάτων ῥεύμασιν οἰόμενοι τὴν τῶν πατέρων καταγωνίζεσθαι πίστιν. ἀλλὰ τούτων οὐδὲν αὐτοὺς ὀνήσει, τῆς ὑμετέρας *ἐῤῥωμένης ὁσιότητος, καὶ σωμένης τῆς εὐσεβείας ὑπερασπιζούσης. παρακλήσει τοίνυν, δέσποτα ἁγιώτατε, τὴν μὲν κοινωνίαν τῶν ταῦτα τετολμηκότων, καὶ τὴν αἵρεσιν ταύτην εἰσαγαγόντων, φυλάξασθαι, γνωρίσαι δὲ πᾶσι, καὶ τοῖς ἐγγὺς, καὶ τοῖς μακρὰν, ὡς ταῦτα δόξῃ τὰ κεφά-

*ἀνεδέξατο. *Ioan. ab Alexan.*

*πύργοι

*ἐρρωμένης Seuerianus

ANNO CHRISTI 431.

κεφάλαια, ἐφ' οἷς ὁ τρισμακάριος Δάμασος καθεῖλεν Απολινάριον, καὶ Βιτάλιον, καὶ Τιμόθεον, τοὺς αἱρετικούς· καὶ ὅτι οὐ χρὴ τῇ ἐκπεμφθείσῃ ἐπιστολῇ παρ' αὐτοῦ ἁπλῶς προσέχειν, ἐν ᾗ τὸ μὲν αἱρετικὸν συνεσκίασε φρόνημα, τῷ δὲ τῆς εὐσεβείας αὐτὴν κατέχρωσε δόγματι. ἐν μὲν γὰρ τοῖς κεφαλαίοις σφόδρα αὐτοῦ τὴν ἀσέβειαν ἐγύμνωσεν, ἔνθα καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἐτόλμησεν· ἐν δὲ τῇ ἐπιστολῇ *βλάψαι πανούργως τοὺς ἁπλουστέρους ἐπεχείρησε. μὴ τοίνυν * καταφρονήσῃ τῆς ὑποθέσεως ἡ σὴ ὁσιότης, ἵνα μὴ ὕστερον ὁρῶσα τὴν αἵρεσιν κρατυνθεῖσαν, ἀνονήτως ἀλγύνηται καὶ ἀσχάλλῃ, ἐπαμῦναι μηκέτι δυναμένη τῇ εὐσεβείᾳ. ἀπεστείλαμεν δὲ καὶ τὸ ἴσον τοῦ τόμου, οὗ ἐπιδεδώκαμεν τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν, ἔχον τὴν πίστιν τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ· ἐν ᾧ ἐξεβάλομεν τὰ προσφάτον ἐπεισαχθέντα ὑπὸ Κυρίλλου αἱρετικὰ κεφάλαια, ἀλλότρια κρίναντες αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. ἐπεὶ δὲ μόνοι ὀκτὼ παρεγενόμεθα εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, οὕτω τοῦ εὐσεβεστάτου προστάξαντος βασιλέως, * ὑπετάξαμεν καὶ τὸ ἴσον τοῦ ἐντολικοῦ, τοῦ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου δοθέντος ἡμῖν, διὰ τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκειμένων αὐτῷ ἐπαρχιῶν, ἅς ἐστιν ἀπὸ τῶν ὑπογραφῶν τῶν μητροπολιτῶν γνῶναι τὴν σὴν ὁσιότητα. πᾶσαν τὴν σὺν τοῖ ἀδελφότητα προσαγορεύομεν.

* κλέψαι

* καταφρονησάτω

* ὑπεγράψαμεν

rato, capita hæc ipsa esse, propter quæ beatissimus Damasus Apollinarium, Vitalium & Timotheum hæreticos gradu mouit: epistolam præterea ab eo missam, non esse simpliciter admittendam, in qua sententiam hæreticam pietatis dogmate coloratam occultauit: siquidem in capitibus illis aperta fronte impietatem suam profitetur, eosque qui aliter sentiunt, audacter anathematizat; in epistola autem callide simplicioribus damnum inferre studuit. Caueat itaque sanctitas tua, ne causam negligat, ne postea hæresim hanc corroboratam aspiciens, in vanum doleat, & quod pietatem vindicare deinde nequeat, se affligat. Misimus etiam exemplum scripti, quod piissimo Christianissimoque imperatori nostro exhibuimus; quo sanctorum Nicænorum patrum fides continetur, & hæretica Cyrilli capita recens inducta reprobantur, ea nobis iudicantibus ab orthodoxa fide aliena. Quoniam vero iuxta piissimi imperatoris mandatum octo tantum in ciuitatem Constantinopolitanam venimus, adscripsimus etiam exemplum mandati a sancta Synodo nobis dati, quo prouinciæ in illo recensitæ dignoscantur. Eas enim a metropolitanorum subscriptionibus sanctitas tua cognoscet. Salutamus vniuersam, quæ tecum agit, fraternitatem.

Iactant plures suæ factionis metropolitanos, vt facilius persuadeant.

exemplaria ad fratres, qui communi omnium nomine Constantinopoli legatione fungebantur.

Omnibus modis pientissimis & sanctissimis ac religiosissimis coepiscopis, Ioanni, Ioanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto, Helladio, episcopis, Synodus quæ in ecclesia Ephesi congregata, in Domino Sal.

Obscura sunt hæc, & forte mutila.

QVONIAM didicimus vestros pro religione labores, cum diuina regis nostri Christum amantis & pientissimi, *cognouimus experientia, Dominum Iesum Christum ecclesias suas non derelinquere, qui sane & vobis orthodoxis decentem gratiam exhibuit, aduersariosque multo rubore confudit, pientissimumque nostrum regem rectæ fidei sanctissimæ ecclesiæ accedere fecit. Confidimus autem, quod & vobis libertate sacerdotibus Christi digna certantibus, & pientissimi nostri regis vita per Deum salua, pacificum finem res habituræ sint: *infamentur hæretica, vt per totum orbem in ecclesiis iterum sanctorum patrum orthodoxa fides reluceſcat. Verum aduersarii non cessant vsque in præsentem diem solitam exercere tyrannidem, eo quod nullam indignationem experti sunt. Vbique enim illicitas depositiones in ecclesias mittentes, turbant & clerum & plebẽ. Subscripsimus item in duobus exemplaribus, quæ a vestra sanctitate nobis sunt missa: pro quibus oramus, vt contra pullulantem impietatem pro veritate certantes, vsque ad sanguinem obsistatis, scientes quod cum vestra sanctitate concordant ea quæ nos confitemur. Parati etiam sumus prius mori, quam suscipere vnum ex hæreticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quæ autem ad personarum dehonestationem attinent, perpetuo silentio abrogamus. Qui enim recipiunt eum in hæreticis illis commentariis (hæretica commentaria, vt scitis, patrum fidei coniunxerunt,) hac ratione declarant seipsos hæreticos, & ab orthodoxa fide alienos. Quomodo igitur, oro, fieri potest, vt duo hæc diuersa, depositio & capitula, conueniant? Nam si fide digni sunt qui eum recipiunt, digni fide erunt & in capitulis hæreticis, quæ exposuerunt. Si autem capitula redarguunt eos hæreti-

Et hæc argumento sunt, eos non succubuisse.

Argute, sed ex falso principio colligitis. ponitis enim totam Synodum hæreticam fuisse, atque ideo Nestorium deponere non potuisse.

ANNO CHRISTI 431. cos, omnino hæreticorum est & depositio. Hæc autem & ad pientissimum nostrum regem scripsimus, misso exemplari; vt quod operæ precium videbitur, faciatis. Non minor enim nobis solicitudo est, quam pro veritate ipsa, ne si depositio quæ ab hæreticis facta, robur accipiat, valeant & hæretica capitula, & alia quæ ab illis contra multos sacerdotes facta sunt. Bona nobis fiducia est, quod vestra sanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat, quæ omnia quæ ab hæreticis facta sunt, irritent, siue depositionem, siue excommunicationem, idque tam synodali rescripto, quam regio edicto. Non ignorat enim vestra pietas, quod habemus quosdam episcopos nobiscum desolatos in suis prouinciis. Demum misimus vestræ sanctitati recens factam expositionem ab Alexandrino hæreticorum capitulorum, euidentius etiam per illam ostendente suam impietatem. Sicut & rogauimus vestram sanctitatem, dignemini curare, vt nos statim dimittamur, maxime quia nunc hiems instat.

Hæc fiducia vos fallet.

Imo vero maior pars iam ante vel exauctorata, vel excõmunicata erat. Indicant anathematismorum Cyrilli declarationem.

RELATIO ORIENTALIVM, QVI EPHESI degebant, ad Theodosium & Valentinianum Augustos.

Pientissimis & Christi amatoribus regibus, Theodosio & Valentiniano Augustis, sancta Synodus quæ Ephesi est congregata.

EDOCTI ex sanctissimorum & pientissimorum ministrorum nostrorum literis, qui pro tota Synodo ad vestrum pium comitatum peruenerunt, tum quod benignus illis ad vestram pietatem patuerit accessus, tum quod maiestas vestra multum pro orthodoxa fide zelet, gauisi sumus, quasi præsentes prædictis serenam vestræ pietatis faciem simul intueremur. Cognouimus enim, quomodo ea quæ ab aduersariis, vestro iusto iudicio minus fuere accepta; sanctorum autem patrum qui in Nicæa, fides, pro qua & præsentes pientissimi episcopi, & nos soliciti sumus, receptionem meruit. Credimus itaque, Deum sic instituisse vestram pietatem, ne quo modo commoueretur apostolica fides, per quam a progenitoribus regnum habet vestra maiestas, omnesque alienas nationes subditas habet. Et propterea gratiarum actiones, & continuas preces solito more cum magno gaudio Christo Domino offe-

Non pro tota Synodo, sed tantum pro conciliabulo Antiocheno.

rimus. Quoniam autem sub vestro imperio magna quædam fiducia est sacerdotibus, confidimus etiam ea quæ nos mœrore conficiunt & solicitudine, cognouisse vestram maiestatem, illorumque remedium petere. Vnde oramus, & ante vestigia vestra prouoluimur, vt nos cum longanimitate humiliantes vestræ pietati suscipiatis, & iuste petentes de offensa persona ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexandrini, & in Deum ipsum impie egerunt. Nam qui introduxerunt hæretica capitula, & turbauerunt sanctorum patrum fidem, hanc ipsorum partem in ipsis commentariis etiam illicitam depositionem fecerunt. Et credimus non visum fuisse incorrupto vestro & recto iudicio iustam illorum stare condemnationem, quos condemnari manifeste oportet, vtpote conuictos hæreticos. Quæ autem particulariter secutura sunt ab illis & contra ecclesiasticas constitutiones, & contra pientissima vestra scripta, iam a multis didicit vestra maiestas, si in nullo ab ipsis offendatur, vestrisque edictis non obluctentur, & ecclesiasticam fidem prædicent. Nam etsi millies fugiens tumultus caueat, & ipse priuatim agere malit; opus tamen, ne fides iacturam ferat, eo quod illegitima ista depositio ab his qui hæretica capitula introducunt, facta sit.

ANNO CHRISTI 431.

Grauis intercessio pro hæretico Nestorio, quem tamen, quod imperatoribus exosus esset, nominare nō audent.

Sed coram quo iudice hæresis conuicti sunt Concilii patres?

Quasi Nestorius ecclesiasticam fidem prædicauerit, & imperatoris edictis paruerit.

EPISTOLA LEGATORVM SCHISMATICORVM AD SVOS IN EPHESO.

Dominis maxime honorabilibus & pientissimis episcopis, qui in Epheso sunt, Ioannes, Ioannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

QVINTO accessus nobis contigit: & quamuis multum de hæreticis capitulis disceptauerimus, iurauerimusque sæpius pientissimo regi, quod impossibile sit nobis communicare his qui diuersa sentiunt, si nondum explosserint capitula; & quod Cyrillus, etiam si reiecerit capitula, a nobis suscipiendus non sit, eo quod ipse tam impiæ hæreseos hæresiarches factus sit; nihil tamen profecimus, eo quod & aduersarii instarēt, & auditores hos tam impudenter obluctantes non compescerent, nec cogerent eos, vt ad inquisitionem & colloquium venirent. hac enim via

Grauis in beatum Cyrillum calumnia.

ANNO CHRISTI 431. effugiunt, ne capitula examinentur, & de his disputari prorsus non sinunt. Nos autem propter vestras preces vsque ad mortem instare parati sumus; & neque Cyrillum suscipere, neque capitula ab eo exposita, neque illis communicare, priusquam explodantur quæ male fidei adiecta sunt. Obsecramus igitur & vestram sanctitatem, vt sapiatis eadem quæ nos, eumdemque laborem ostendatis. Certamen enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate Saluatoris nostri in futuro sæculo. De pientissimo & sanctissimo episcopo Nestorio sciat vestra pietas, quod studuerimus quidem sermonem de illo inferere; sed nunc non potuimus, eo quod omnes vel ad ipsum nomen hostiliter afficiuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res sic habeant, per opportunitatem temporis ac auditorum beneuolentiam etiam hoc facere, si quidem nostro proposito Deus cooperatus fuerit. Porro vt vestra sanctitas etiam hoc non ignoret, scitote, quod videntes Cyrillianos tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis omnes, vt ita dicam, decepisse, non raro pientissimum regem & magnificentissimos principes obsecrauimus, vt & nos ad orientem dimitteremur, & vestra pietas ad propria remigraret. Cognoscimus enim, quod in vanum moras nectimus, & instituta non perficimus, eo quod Cyrillus vbique fugit colloquium nostrum, conscius sibi, blasphemias, quas in duodecim capitulis suis edidit, manifeste redarguendas. Placuit autem pientissimo regi post multas adhortationes, vt singuli ad propria redeamus; ad hoc, vt & Ægyptius & Memnon Ephesius in suis locis maneant. Sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus suis, sic, vt ille quidem cum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat; iste vir innocens vix ad suam mansionem dimittatur. Omnem, quæ vobiscum est, fraternitatem, & nos, & qui nobiscum sunt, plurimum salutamus.

Laus impia impii haretici.

Schismatici causæ suæ diffidentes, quam antea se obtinuisse gloriabantur, reditum vrgent.

Cyrillum per contemptum vocat Ægyptium, Nestorium autem virum innocentem.

Ioannes episcopus Antiochiæ orientis valere vos in Christo precor, domini pientissimi & sanctissimi. Subscripserunt autem similiter & alii.

ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΤΩΝ ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ, ΔΙ' ΩΝ ΤΑ ΓΡΟΛΑΒΟΝΤΑ ΤΗΣ ὑποχῆς διελέγχονται τεχάσματα.

ANNO CHRISTI 431.

EPISTOLÆ CATHOLICORVM, quibus ſchiſmaticorum præcedentes doli refelluntur.

* *Relatio Synodi, qua reſpondetur ſacra ſupra præmiſſa, & quæ a Candidiano relata fuerant, falſa eſſe docentur.*

* *Exemplum relationis ſancti Concilii, miſſæ per Palladium magiſtrianum, Kalendis Iuliis, menſis Epiphi ſeptima, indictione* XV.

* Ισον ἀναφορᾶς τῆς ἁγίας συνόδου, ἀποσταλείσης διὰ Παλλαδίου μαγιστριανοῦ, καλανδῶν Ιουλίων, Επφὶ ζ'. ἰνδικτιῶνος ιε'.

* Ἀναφορὰ τῆς συνόδου ἀπεσταλμένη φῶς τ' αὐγουστ. ἡ διάκτινα, ὡς ψεύδη τὰ ἀπεσταλμένα φῶς τ' Καλενδῶν.

Ea autem ſacra poſita eſt ſup. pag. 685.

Piiſſimis, Deoque deuotiſſimis Theodoſio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ſemper Auguſtis, ſancta Synodus, quæ per Dei gratiam veſtræque maieſtatis nutum in Epheſiorum metropoli conuenit.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, ζηταιούχοις, ἀειαυγούστοις, ἡ ἁγία συνόδος, ἐ χάριτι θεοῦ, καὶ νεύματι τῆς ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει.

VESTRA quidem maieſtas pietatem confirmare volens, exactiorem dogmatum examinationem ſanctæ Synodo iniunxit: quam & fecimus, antiquam ſecuti traditionẽ ſanctorum patrum, ſanctorumque apoſtolorum & euangeliſtarum, & trecentorum decem & octo (patrum) apud Nicæam quondam congregatorum: quam etiam vna voce, vnoque conſenſu interpretati, perſpicue teſtatam pietati veſtræ exhibuimus in ipſis commentariis actorum, in quibus & Neſtorium diuerſa ſentire manifeſto deprehenſum exauctorauimus. Neq; enim ſententiam ſuam in Epheſiorum metropoli conſtitutus adeo diſſimulabat, vt aliis indiciis & argu-

ΤΟ μὲν ὑμέτερον κράτος τ' εὐσέβειαν βεβαιῶσαι βουλόμενον, ἐπέταξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ζήτησιν περὶ τ' δογμάτων ποιήσασθαι ἀκριβεστέραν· ὃ καὶ πεποιήμεθα, καὶ τῇ ἀρχαίᾳ παραδόσει τ' πατέρων, οὐμὲν ἀλλὰ καὶ τ' ἁγίων ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν παθόμενοι, καὶ τ' τριακοσίων δεκαοκτὼ συναχθέντων ἐπὶ τ' Νικαίας· ὃ καὶ ἑνὶ μέλει ἀκούσαντες συμφώνως καὶ γνώμῃ μιᾷ, ἐμφανῆ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ κατεσκευάσαμεν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπομνήμασι τοῖς πεπραγμένοις· ἐν οἷς καὶ Νεστόριον ἕτερα φρονοῦντα ἐναργῶς εὑρηκότες, καθείλομεν. ὃς δὲ καὶ ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει τὸ ἑαυτοῦ ἔκρυψε φρόνημα, ἵνα ἐλέγχων ἑτέρων δεηθῇ,

ANNO CHRISTI 431.

ἀλλ' ἀνεβόα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τὰ ἀλλότρια τῆς πίστεως κηρύττων πρὸς πλείονας δόγματα. καὶ ἕκαστα κατὰ μέρος ἐν τοῖς πεπραγμένοις ὑπομνήμασι δῆλα κατεστήσαμεν τῇ ὑμῶν εὐσεβείᾳ. ἀλλ' ἐπεὶ τὴν φιλίαν Νεστορίου τῆς εὐσεβείας προτιμῶν ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανὸς, ὑφαρπάσαι τὴν ἀκοὴν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας ἐσπούδασε, πρὶν καταμαθεῖν ἀκριβῶς τὰ πεπραγμένα τὸ ὑμέτερον κράτος, πρὶν δέξασθαι τὰ ὑπομνήματα, πρὶν ἐπιστῆσαι τοῖς γεγενημένοις, ἐσπούδασεν αὐτὸς τὰ αὐτῷ φίλα, καὶ κεχαρισμένα Νεστορίῳ, ἀναδιδάξαι τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, πρὶν γνῶναι τὸ ὑμέτερον κράτος τὸ ἀληθὲς ἐκ τῆς τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων ἀναγνώσεως· ἐν οἷς δεικνύμεθα οὐδεμίαν κατὰ Νεστορίου δυσμένειαν γυμνάζοντες, ἀλλὰ αὐτὰ τῆς εὐσεβείας ἐκθέμενοι τὰ δόγματα· οἷς παραβαλόντες τὰ ὑπὸ Νεστορίου κηρυττόμενα, ἔχοντα ὧν ἔλεγχον ἐκ τῶν γραμμάτων * Νεστορίου, ἐπιστολῶν τε καὶ τῶν ἐν δημοσίῳ γενομένων διαλέξεων, τὴν ψῆφον ἐξηνέγκαμεν, τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἐν μέσῳ κειμένου, καὶ δεικνύντος ἡμῖν παρόντα ὧν δεσπότην τῶν ὅλων Χριστόν. δεόμεθα τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους, μηδένα παραδοχῆς ἀξιωθῆναι τῶν προτιμώντων * ἀνθρώπων φιλίαν τῆς εὐσεβείας. καὶ γὰρ τοιαύτης αἰσθόμενοι τῆς διαθέσεως τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ιωάννου τοῦ Αντιοχείας, ὡς βουλομένου φιλίᾳ χαρίζεσθαι μᾶλλον, ἢ τὸ συμφέρον τῇ πίστει σκοπεῖν, ἐξ ὧν μήτε τοῦ ὑμετέρου κράτους ἀπειλὴν φοβηθεὶς, μήτε τῷ ζήλῳ κινούμενος τῆς θεοφιλοῦς πίστεως τῆς ἄνωθεν

* αὐτοῦ,

* τὴν ἀνθρώπου

mentis reuincendus esset: sed quotidie exclamabat, dogmata a fide aliena prædicans apud complures. Omnia vero in actorum commentariis dilucide singillatimque vestræ pietati recensuimus. Sed quoniam magnificentissimus comes Candidianus Nestorii amicitiam pietati anteponens, aures pietatis vestræ præoccupare festinauit, priusquam maiestas vestra exacte, quæ gesta sunt, intelligeret; priusquam commentarios acciperet, & quæ acta sunt, accurate consideraret, ea pietati vestræ suggerere studuit, quæ & sibi placita, & Nestorio grata erant, priusquam maiestas vestra ex commentariorum, quæ (Synodi) acta complectebantur, lectione veritatem hauriret: in quibus apparet, ne minimam quidem maleuolentiam contra Nestorium nos exercuisse, sed ipsa veritatis dogmata exposuisse: quibus comparantes quæ a Nestorio prædicabantur, clare deprehensa ex ipsius scriptis, epistolis, & publicis sermonibus; sancto euangelio, quod Christum vniuersorum Dominum præsentem nobis ostendebat, in medium proposito, sententiam tulimus. Quamobrem maiestatem vestram rogamus, ne quem eorum dignetur admittere, qui hominis amicitiam pietate priorem ducunt. In horum enim numero cum Ioannem reuerẽdissimum episcopum Antiochenum existere, hoc est, ita animo comparatum esse odorati essemus, vt qui amicitiæ mallet gratificari, quam fidei vtilitatem spectare, ex eo coniecturam facientes, quod neque maiestatis vestræ minas veritus, neque piæ fidei iam inde ab initio traditæ

zelo permotus, sanctam Synodum post terminum a vestra maiestate præstitutum, per dies viginti & vnum suspensam tenuisset; vniuersi, qui in sancta Synodo orthodoxi, soliusque fidei studiosi sumus, ad eorum inquisitionem nos conferre coacti sumus, quæ ad pietatem pertinent; illud reuerendissimo Ioanni episcopo accidisse rati, quod magnificentissimus comes Candidianus passus esse non obscure deprehenditur. non enim omnium est, pietati amicitias hominum postponere. Erat autem hæc nostra de Ioanne episcopo religiosissimo suspicio non inanis, nec vana. Nam cum primum appulisset, Nestorii sententiæ sese adhærere, aperte sanctæ Synodo declarauit: siue hoc inde euenerit, quod amicitiæ gratificaretur; siue inde, quod in dogmatis errore cum eo communicaret.

Sed quoniam, quæ acta sunt, vestræ maiestati aperte exponere, vt diximus, prohibemur, magnificentissimo comite Candidiano nos impediente, ne quæ pia ratione præstitimus, indicemus, omne vero studium & auxilium Nestorio impendente; maiestatem vestram rogamus, vt sanctæ Synodi studium erga Deum cognoscat, magnificentissimumque Candidianum accersat, & quinque e sancta Synodo, qui ea quæ gesta sunt, coram vestra pietate exponant ac defendant. Sunt enim illi qui diuersa a recta fide sentiunt, ad tegendam imposturam vsque adeo callidi, vt quidam quoque sanctissimi episcopi, occultato errore a Nestorio, decepti sint, eique sese adiunxerint, actisque illius subscripserint: qui

παραδεδομένης, τὴν ἁγίαν ἀνεβάλετο σύνοδον ἐπὶ εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν, μετὰ τὴν δεδομένην προθεσμίαν παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους, καὶ ἠναγκάσθημεν ἅπαντες οἱ τῆς ἁγίας συνόδου ὀρθόδοξοι, καὶ μόνης ἐρῶντες τῆς πίστεως, ζητῆσαι τὰ περὶ τῆς εὐσεβείας· τοῦτο πεπονθέναι καὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ιωάννην ὑπολαβόντες, ὅπερ δείκνυται πεπονθὼς καὶ ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Κανδιδιανός. οὐ γὰρ πάντων ἐστὶ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους φιλίας προτιμᾶν τὴν εὐσέβειαν. ἦν δ' ἄρα ἡ περὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ιωάννου ὑπόνοια ἡμῶν οὐκ εἰκαία, οὐδὲ μάταιος· ἐλθὼν γὰρ δῆλον ἑαυτὸν ἐποίησεν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὡς τὰ Νεστορίου* φρονεῖ, εἴτε φιλίᾳ χαριζόμενος, εἴτε κοινωνὸς ὢν τῆς πλάνης τοῦ δόγματος ἐκείνῳ.

Ἀλλ' ἐπεὶ σαφῶς τὰ πεπραγμένα γνωρίζειν τῷ ὑμετέρῳ κράτει κωλυόμεθα, ὡς ἔφημεν, τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Κανδιδιανοῦ ἡμᾶς μὲν κωλύοντος γνωρίζειν τὰ κατὰ τὴν εὐσεβῆ λόγον πεπραγμένα, πᾶσαν δὲ σπουδὴν νέμοντος Νεστορίῳ· δεόμεθα τοῦ ὑμετέρου κράτους, ὑπὲρ τοῦ γνωσθῆναι τὴν κατὰ θεὸν σπουδὴν τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ μετασταλῆναι μὲν τὸν μεγαλοπρεπέστατον Κανδιδιανὸν, καὶ πέντε τῆς ἁγίας συνόδου συστησομένους τοῖς πεπραγμένοις ἐπὶ τῆς ὑμῶν εὐσεβείας. δεινοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἕτερα παρὰ τὴν ὀρθὴν πίστιν φρονοῦντες συσκιάζειν τὴν πλάνην· ὡς καί τινας τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, κρυπτομένης μὲν τῆς πλάνης παρὰ Νεστορίου, δελεασθῆναι, καὶ προσθέσθαι αὐτῷ, τοῖς τε ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις ὑπογράψαι· ἐπεὶ

Anno Christi 431.

* φρονεῖ

ANNO CHRISTI 431.

ἐπεὶ δὲ σαφῶς ἐρωτήσαντες αὐτὸν, εὗρον ἀνακαλύπτοντα ἑαυτοῦ τὰς βλασφημίας, ἀποστάντες ἐκείνου, τῇ ἁγίᾳ προσῆλθον συνόδῳ, αὐτὴν τὴν βλασφημίαν ἀυτοῦ δήλην ποιήσαντες, καὶ μεθ' ἡμῶν κατα ψηφισάμενοι τοῦ μνημονευθέντος Νεστορίου· ὡς ἀπολειφθῆναι παρὰ Νεστορίῳ καὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ιωάννῃ τῷ Αντιοχείας τριάκοντα καὶ ἑπτὰ, μικρῷ πρός· ὧν οἱ πλείους ὑπεύθυνοι ὄντες αἰτίαις, καὶ τὴν ψῆφον δεδιότες τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς ἔφημεν, προσέθεντο Νεστορίῳ· ὧν καὶ τὰς προσηγορίας ἀπεστείλαμεν τῷ ὑμετέρῳ κράτει· τοὺς μὲν ἐπὶ δογμάτων διαστροφῇ, ὡς Πελαγιανοὺς τε ὄντας, καὶ ἐναντία τῆς εὐσεβείας φρονήσαντας· τοὺς δὲ καθηρημένους ἤδη πρὸ πολλῶν ἐνιαυτῶν· τοὺς δὲ ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις πονηραῖς ὀφείλοντας μετὰ τὴν ἔλεγχον τὸ ἐπιτίμιον δέξεσθαι παρὰ τῆς συνόδου, ἐχούσης πάντας τοὺς τῆς οἰκουμένης ἁγιωτάτους ἐπισκόπους ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονήσαντας, διὰ τὸ καὶ τὴν τῆς μεγάλης Ρώμης συμπαρεῖναι τῇ συνόδῳ, καὶ τοὺς τῆς Αφρικῆς διὰ τοῦ θεοσεβεστάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου· ᾧ καὶ τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἐνώσαντες, κεχωρισμένοι μόνῳ τῷ τόπῳ, τῇ ἀυτοῦ τε καὶ πάντων ἡμῶν ψήφῳ συνήνεσε. οὐδὲ γὰρ ἂν συνῆλθε Νεστορίῳ τις καὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ιωάννῃ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, εἰ μήτε αὐτός τε δεινὸς ἦν * σχήματι λογισμῶν ἐπικαλύπτειν ἀυτοῦ τὴν δυσσέβειαν, οἵ τε νῦν σὺν αὐτῷ ὄντες ἐδεδοίκεισαν τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου μέλλον ἐπ' αὐτοῖς ὁρίζεσθαι ἐπιτίμιον. ἡμεῖς δὲ συσχεθέντες, * ὀλίγον γράψαι τῷ ὑμετέρῳ κράτει τὸ πλάτος ὧν

* ἐν σχήματι λόγων.

* δι' ὀλίγων αὐτὴν γράψαι

tamen, posteaquam dilucide quid sentiret, essent percontati, illumque suas blasphemias retegentem comperissent, ab eo desciuerunt, ac sanctæ Synodo se adiunxerunt, patefactaq; eiusdem blasphemia, condemnationis sententiam aduersus prædictum Nestorium vna nobiscum tulerunt. Itaque apud Nestorium & reuerendissimum episcopum Ioannem Antiochenum triginta septem, paulo plures, relicti sunt: quorum maior pars, quod criminibus sint obnoxii, & sanctæ Synodi sententiam vereantur, vt diximus, Nestorii factioni sese addixerunt: (eorum quoque nomina ad maiestatem vestram misimus.) alii ex his dogmatum prauitate fœdati, vtpote Pelagiani, & diuersa a pietate sentientes: quidam ante multos annos gradu moti sunt: nonnulli quoque ob alias graues culpas post probationem multandi a Synodo; quæ quidem Synodus omnes totius orbis sanctissimos episcopos vnum idemque sentientes habet. Nam & magnæ Romæ episcopus Synodo simul interest, & Africani per piissimum archiepiscopum Cyrillum, cum quo suam sententiam coniunxerunt: qui sola locorum intercapedine disiuncti, cum ipsius, tum omnium nostrum sententiæ consenserunt. Sed neque quisquam e piissimis episcopis Nestorio & reuerendissimo episcopo Ioanni sese adiunxisset, nisi suam ille impietatē sermonum inuolucris callide dissimulare sciuisset, illiq; qui cum eo nunc sunt, multam a Synodo sibi imponendam metuissent. Nos vero temporis angustiis exclusi, ad maiestatem vestram late scribere

nequiuimus, quæ etiam a magnificentissimo comite Irenæo perpessi sumus. Hic enim vniuersam sanctam Synodum vehementer conturbauit, tantamque episcopis formidinem per quasdam tumultuationes & externam incursionem incussit, vt plures e nobis etiam de vita ipsa periclitarentur. Verum singillatim maiestatem vestram edocebimus, si a vestra pietate permissum nobis fuerit quod petiuimus: & quinq; e sancta Synodo istuc venientes, de omnibus & singulis quæ statuta sunt, maiestatem vestram plenissime docebunt. Sane qui in confessu canonicam depositionis sententiam contra Nestorium hæreticum tulimus, ducenti & eo amplius numeramur, ex toto terrarum orbe collecti, totumque occidentem nobis consentientem habentes: subscripsimus autem pauci huic relationi, omnibus tamen præsentibus, atque assentientibus, eo quod deuotus magistrianus Palladius maxime abire properaret, neque tardam omnium subscriptionem expectare posset. Deus, qui est super omnia, multis annorum curriculis imperium vestrum conseruet, piissimi, victores, semper Augusti.

Flauianus Philippensium episcopus subscripsi.

Schismaticorum autem nomina hæc sunt. Ioannes episcopus Antiochiæ Syriæ, Macarius, Helladius, Iulianus, Tranquillinus, Alexander, Maximinus, Diogenes, Helladius, Apringius, Dexianus, Placon, Gerontius, Alexander, Asterius, Theodoretus, Antiochus, Dorotheus, Meletius,

ANNO CHRISTI 434.

πεπόνθαμεν καὶ παρὰ τῶ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου, οὐ δεδιωήμεθα, τῶ πᾶσαν διαταράξαντος τὴν ἁγίαν συνοδον, καὶ φόβῳ ἐπικρεμάσαντος τοῖς ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις διὰ θορύβων τινῶν, καὶ τῆς ἔξω * ἐπιδρομῆς, ὡς καὶ τοῦ πλείονας ἡμῶν * θελ αὐτῶ κινδυνεύειν τῶ ζῆν. ἀλλὰ κ᾽ μέρος ἀναδιδάξομεν τὸ ὑμέτερον κράτος, εἴπερ ἡμῖν, ὃ ἠτησάμεθα, παραχθείη παρὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· καὶ παραγενόμενοι πέντε τῆς ἁγίας συνόδου, τὰ καθ᾽ ἕκαστον τετυπωμένα τὸ ὑμέτερον * ἀναδιδάξαιεν κράτος. καὶ ὁ μὲν συνεδρεύσαντες, καὶ κανονικῶ ἐξενέγκαντες κ᾽ τῶ αἱρετικοῦ Νεστορίου ψῆφον τῆς καθαιρέσεως, ἐσμὲν ὑπὲρ τοὺς διακοσίους, ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης συνειλεγμένοι, συμψηφιζομένης ἡμῖν κ᾽ πάσης τῆς δύσεως· ὑπογράψαμεν ὀλίγοι τῇδε τῇ ἀναφορᾷ, πρόντων πάντων κ᾽ συναγωνιώντων, τῷ μάλιστα καταπείγεσθαι τὸν καθωσιωμένον μαγιστριανὸν Παλλάδιον, καὶ μὴ θελήσειν τὸ βεβαίως τῆς πάντων ὑπογραφῆς. ὁ θεὸς ὁ ἐπὶ πάντων τὴν βασιλείαν ὑμῶν πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις διαφυλάττοι, εὐσεβέστατοι, νικηταί, ἀειαύγουστοι.

Φλαυιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων ὑπέγραψα.

Καὶ ἔστι τ᾽ σχισματικῶν τὰ ὀνόματα ταῦτα· Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Συρίας, Μακάριος, Ἑλλάδιος, Ἰουλιανός, Τραγκυλλῖνος, Ἀλέξανδρος, Μαξιμῖνος, Διογένης, Ἑλλάδιος, Ἀπρίγγιος, Δεξιανός, Πλάκων, Γερόντιος, Ἀλέξανδρος, Ἀστέριος, Θεοδώρητος, Ἀντίοχος, Δωρόθεος, Μελέτιος,

ANNO CHRISTI 431.

Ιωάννης, Ζεβῖνος, Παῦλος, Πέτρος, Μουσαῖος, * Φριτίλας, Ιάκωβος, Ζεβινᾶς, Μαρκελλῖνος, Ιμέριος, Θεοσέβιος, Εὐθήριος, Αναστάσιος, Βασίλειος, Ιλιάδης, καὶ Μάξιμος. Οὗτοι μόνοι κοινωνοὶ τῶν ἀσεβῶν δογμάτων Νεστορίου, περιϊόντες κατὰ τὴν πόλιν, θορύβους καὶ στάσεις κινοῦσι, χειροτονίας ἐπαγγελλόμενοι * πρὸς πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει ὄντας ὀρθοδόξους, καὶ τὴν περὶ τούτου φόβον ὑποπτεύοντας, κωλύειν αὐτοὺς τῆς ἀτόπου ἐπιχειρήσεως.

* Φριτίλας.

* ὡς

Ioannes, Zebinus, Paulus, Petrus, Musæus, Fritilas, Iacobus, Zebinas, Marcellinus, Himerius, Theosebius, Eutherius, Anastasius, Basilius, Iliades, & Maximus. Hi soli impiorum dogmatum Nestorii participes, ciuitatem circumcursant, tumultus excitant, seditiones mouent, ordinationes pollicentes: quo fit, vt omnes quotquot in hac ciuitate degunt orthodoxi, id suspicantes & verentes, ipsos ab hoc illicito conatu prohibeant.

Αντίγραφον τῶν εὑρεθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπων πρὸς τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ὑπομνηστικόν.

Rescriptum episcoporum Constantinopoli inuentorum ad commonitorium sanctæ Synodi.

ΣΥΝΑΧΘΕΙΣΑ ἡ ἁγία σύνοδος ἐν Εφέσῳ κατὰ τὸ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, καὶ εὑροῦσα τὸν ἐχθρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείναντα, καὶ τὰ δυσσεβῆ κηρύττοντα, καθεῖλεν αὐτὸν, ἵνα λοιπὸν τῆς οἰκουμένης ὅλης ἐκκοπῇ τὰ σκάνδαλα. καὶ ὡς ἐθρυλλήθη τοῦτο ἐν Κωνσταντινουπόλει, πάντες οἱ τὰ ἐκείνου σπουδάζοντες, πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ λαβόντες παρ' αὐτοῦ, συνεσκευάζοντο τὴν ἀλήθειαν· λέγομεν δὴ, φρουρούντες τὰ πλοῖα, τὰς ὁδοὺς, καὶ μὴ συγχωροῦντες μήτε ἐλθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει τινὰ ἀπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, μήτε ἀπελθεῖν ἐκεῖ· ἀλλὰ μόνον τὰ τοῦ ἐχθροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπήγοντο καὶ ἀπεφέροντο. καὶ ἐπεὶ οὐδεὶς δύναται πρὸς θεόν· τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἐξ οἰκονομίας θεοῦ ἔρχεται ἐπιστολὴ ἀπὸ Εφέσου γραφεῖσα πρὸς τοὺς

SANCTA Synodus iuxta piissimorum Christianissimorumque imperatorum nostrorum edictum apud Ephesum congregata, vbi comperit Christi inimicum in eadem animi sententia permanere, neque ab impia doctrina aliquando desistere; quo terrarum orbis offensio in posterum conquiesceret, ipsum gradu & ordine mouit. Posteaquam vero id in Constantinopolitana vrbe peruulgatum est, qui Nestorii studiosi erant, ecclesiasticaque omnia ab illo acceperant, veritatem circumueniebant; omnia scilicet tum nauigia, tum publicas quoque vias obsidentes, neminem prorsus a sancta Synodo Constantinopolim venire, neque inde rursum ad Synodum abire permittebāt: ea interim, quæ inimici Christi erant, vltro citroque deferebantur. At quia nihil potest quisquam contra Deum, (quid enim est homo?) Dei dispensatione, epistola quæ ex Ephesina ciuitate

Habetur sup. act. 1.

ad sanctos episcopos & monachos perscripta fuerat, opera cuiusdam mendici, qui in arundine eam inclusam gerebat, tandem reddita est. Hic namque dum ita mendicat, vna cum arundine ipsam quoque epistolam tulit. Confestim omnes archimandritæ, monachorum cateruis stipati, exurgũt, hymnosque & psalmos alternantes, ad regiam contendunt. Erat autem inter alios archimandritas sanctus Dalmatius, qui annos quadraginta octo reclusus, extra monasterii sui septa nunquam pedem extulerat. Piissimus vero imperator accedens eum visebat, & cum ob frequentes terræmotus Constantinopolim concutientes, crebris piissimi imperatoris nostri precibus ad exitum, cõmunemque aliorum supplicationem iam antea prouocatus sæpe fuisset, nunquam tamen adduci potuit, vt exiret, vel ad supplicationem se conferret. Ceterum dum in hac re quid facto opus esset, Deum precando consuleret, vox cælitus ad eum delapsa, vt egrederetur, imperauit. Noluit enim Deus gregem suum perire in finem. Comitabatur eosdem etiam non parua orthodoxorum multitudo. Cum vero ad palatium peruenissent, archimandritæ ab imperatore acciti, ad illum ingrediuntur; plebs vero & monachorum cœtus antiphonarum modulationi intenta foris mansit. Archimandritæ porro æquo responso potiti regrediuntur: exclamant omnes mandata imperatoris, tum respondent; ad sancti Mocii martyris basilicam concedamus, ibidem cum imperatoris responsum, tum allatæ quoque epistolæ sententiam percipietis. Omnes itaq; tam monachi, quam populus, psalmum postremum ver-

ἁγίους ἐπισκόπους καὶ μοναστὰς, πεμφθεῖσα δι' ἐπαίτου τινὸς, δήσαντος αὐτὴν καλάμου ἔσωθεν· καὶ οὕτως ἐπαιτῶν, καὶ ἐπιφερόμενος τῶν κάλαμον, ταύτην ἤνεγκε. καὶ ἀναστάντα πάντα τὰ μοναστήρια, ἅμα τοῖς ἀρχιμανδρίταις αὐτῶν ἐξῆλθον ἐπὶ τὸ παλάτιον, ψάλλοντες ἀντίφωνα. ἦν δὲ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος εἷς τῶν ἀρχιμανδριτῶν, ἔτη τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ ἔχων μὴ ἐξελθὼν τοῦ μοναστηρίου αὐτοῦ, ἀλλ' ἔσω ὢν ἀποκεκλεισμένος. ὁ δὲ εὐσεβέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ἀπήρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔβλεπεν αὐτόν· ὡς καὶ σεισμῶν πολλάκις γενομένων ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ πολλάκις παρακαλέσαντος τοῦ βασιλέως, ὥστε αὐτὸν ἐξελθεῖν καὶ λιτανεῦσαι, μηδέποτε ἐξελθεῖν καὶ λιτανεῦσαι ἐπείσθη. εὐξαμένου δὲ αὐτοῦ περὶ τούτου, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ αὐτῷ κατῆλθε λέγουσα, ὥστε ἐξελθεῖν· θεὸς γὰρ οὐκ ἠθέλησεν ἀπολέσθαι αὐτοῦ τὴν ἀγέλην εἰς τέλος. ἦν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ λαὸς πολὺς τῶν ὀρθοδόξων. ὡς οὖν ἦλθον εἰς τὸ παλάτιον, κληθέντες παρὰ τοῦ βασιλέως εἰσῆλθον οἱ ἀρχιμανδρῖται, καὶ ἔμεινε τὸ πλῆθος τῶν μοναζόντων καὶ τῶν λαῶν ψάλλοντες ἀντίφωνα. εἶτα ἐξῆλθον, τυχόντες δικαίας ἀποκρίσεως. βοῶσι πάντες τὰ μανδάτα τοῦ βασιλέως· εἶτα ἀπολογοῦνται, ὅτι ἀπέλθωμεν εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ * ἀναγινώσκομεν τὴν ἐπιστολήν· μανθάνετε καὶ τὴν ἀπολογίαν τοῦ βασιλέως. λοιπὸν ἀπῆλθον πάντες, καὶ οἱ μονάζοντες, καὶ οἱ λαοί· ἦν

ANNO CHRISTI 431.

* ἀναγινώσκομεν

ANNO CHRISTI 431.

γὰρ ἡ ὁδὸς κεφαλὴ μία· ψάλλοντες αὐτὸν τῷ τελευταῖον ψαλμὸν, κατὰ τοῦ τελευταίου *τόπου τῆς πόλεως ἀπαντῶντος τοῦ λαοῦ· καὶ οἱ μονάζοντες μετὰ κηρῶν ψάλλοντες· καὶ ὡς εἶδον τὰ πλήθη, ἐβόησαν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ. ἔρχονται εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μωκίου, καὶ ἀναγινώσκεται αὐτοῖς ἡ ἐπιστολή.

*μέρους

Ο λαὸς ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ *φωνῇ πάντων· ἀνάθεμα Νεστορίῳ.

*βοῇ

Δαλματίου ἀπολογία.

Ἀνῆλθεν ἐφ' ὑψηλοῦ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος, καὶ εἶπεν· εἰ θέλετε ἀκοῦσαι, ἡσυχάσατε, καὶ μανθάνετε, καὶ μὴ θελήσητε ἐμποδίσαι τοῖς λεγομένοις· ἀλλὰ μακροθυμήσατε, ἵνα τὰ ῥήματα ἀκριβῶς ἀκούσητε. τὴν ἐπιστολὴν τὴν νῦν ἀναγνωσθεῖσαν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη· ἐπεὶ δὲ ἤμην ἐγὼ εἰρηκὼς τῷ βασιλεῖ, ὅτε ἦλθε πρὸς μὲ, ὅτι ὤφειλε γράψαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἃ ἐλέχθη αὐτῷ, καὶ *οὐκ ἐγράφη. ἔπεμψε δὲ πρὸς μὲ, καὶ ἀνεγνώσθη· καὶ ἵνα μὴ λυπήσω αὐτὸν, τὰ ἀκόλουθα *προέπεμψεν, ἃ οἱ ἀποφέροντες οὐκ ἔδειξαν, ἀλλὰ ἀντὶ αὐτῶν ἄλλα ὑπέδειξαν γράμματα. τὰ πρέποντα οὖν καὶ τὰ ἀκόλουθα ἐλάλησα αὐτῷ, ἃ οὐκ ἔξεστι νῦν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας. μὴ γὰρ νομίσητε, ὅτι ὑπεραιρόμενός τίς εἰμι, ἢ καυχώμενος· συντρίψει γὰρ ὁ θεὸς ὀστᾶ *ὑποκριτῶν. ὁ δεσπότης γὰρ πάντα ἀκολούθως ἤκουσε τὰ γεγενημένα,

*πλήρης οὐκ

*προέπεμψα,

*ἀνθρωπαρέσκων.

sus postremam ciuitatis partem concinentes, (erat enim via, qua incedebant, ex capitalibus vna) ad sancti Mocii martyris basilicam procedebant, obuiam veniente populo. Et monachorum cœtus cum cereis psallentium, hominum multitudinem conspicatus, magna aduersus inimicum voce exclamauit. Tandem vbi in beati Mocii basilicam profecti essent, publice recitata est ipsis epistola.

Populus Constantinopolitanus vna omnium voce exclamat: Anathema Nestorio.

Apologia Dalmatii.

Sanctus itaque Dalmatius, vbi in suggestum ascendisset, dixit: Si vultis audire, quieti adeste, & discite: neque his quæ dicentur, obstrepere velitis. Adeste autem patienti animo, vt verba exacte percipere valeatis. Quam nunc pietas vestra epistolam audiuit, eam piissimus imperator quoque legit, & persuasus est. Nam ego, cum ad me venisset, dixeram imperatori, eum ad sanctam Synodum debuisse scribere quæ suggesta quidem ipsi fuerunt, non tamen plene perscripta. Misit autem ad me, & lecta sunt. Verum ne qua illum tristitia afficerem, quæ consequebantur, præmisi; quæ latores non exhibuere, sed illorum loco alias quasdam literas subostenderunt. Itaque conuenientia, & ad rem opportuna cum eo locutus sum, quæ nunc coram vestra pietate repetere opus non est, ne elatus, aut gloriabundus a vobis existimer. Conteret enim Deus simulatorum ossa. Imperator omnia quæ facta narra-

bantur, ordine audiuit, audiendoque gauisus est, & Deo gratias egit; & narrationis quoque seriem sanctæ Synodi, sicut illius maiestatem decebat, comprobauit, non meis quidem verbis ad hoc inductus, sed patrum & auorum suorum fidem secutus. Scripta itaque (vt par erat) suscepit & legit, ac persuasus ait: Si res ita habet, sine vt profecti episcopi huc veniant. cui ego: Nemo eorum venire finitur. & ille: Nemo prohibet. Rursum ego: Detinentur, inquam, & prohibentur, ne veniant. Subieci: Qui e Nestorii factione sunt, eorum multi eunt & redeunt libere: quæ vero a sancta Synodo aguntur, ea nemo ad vestram pietatem referri permittit. Ceterum pro altera parte, Cyrilliana scilicet, coram omnibus ipsi imperatori dixi: Sex milliane episcoporum audire mauis, an vnum hominem, eumque impium? Sex millia autem eos aiebam, qui sub metropolitanorum sanctissimorum episcoporum potestate degunt. (hæc autem omnia eo spectabant, vt accerserentur & venirent, qui ea quæ facta sunt, patefacerent. loquor autem de sanctissimis episcopis, quos sancta Synodus huc destinauit.) Et respondit: Recte quæsiuisti. Rursumque adiecit verbum vnum, & dixit: Precemini pro me: & certo noui, imperatorem Deo & sanctæ Synodo obsecutum potius, quam peruersis hominibus. Orate igitur pro imperatore, & pro nobis.

Populus Constantinopolitanus vna simul voce exclamauit: Anathema Nestorio.

καὶ ἐχάρη μὴ ὑχαριστίας τῆς πρὸς θεὸν, καὶ συνεφώνησε τοῖς ῥήμασι τῆς ἀκολουθίας τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς πρέπει τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ὑ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ἐξακολουθήσας, ἀλλὰ τῇ πίστει τῶν πάππων αὐτοῦ καὶ πατέρων. πάλιν, καθὼς ἔπρεπεν, ἐδέξατο, καὶ ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη, καὶ τοῦτο εἶπεν· ὅτι ἐὰν οὕτως ὄντων, ἄφες, ἔλθωσιν ⓐ πραγματευόμενοι ἐπίσκοποι. καὶ εἶπον αὐτῷ· ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς συγχωρεῖ τοῦ ἐλθεῖν. καὶ εἶπεν· οὐδεὶς κωλύει. ἐγὼ δὲ εἶπον, ὅτι ἐκρατήθησαν, καὶ ἐκωλύθησαν τοῦ ἐλθεῖν. καὶ εἶπον πάλιν, ὅτι ἐκ τοῦ μέρους ἐκείνου καὶ ἐρχόντων πολλοὶ, καὶ ἀπερχόντων ἀκωλύτως· περὶ δὲ τῶν ἁγίας συνόδου πραττομένων οὐδεὶς συγχωρεῖ ἀνενεχθῆναι ὑπὸ τὴν ὑμετέραν* βα- *Vestram.
σιλείαν. εἰς δὲ τὸ μέρος τὸ ἕτερον, τουτέστιν εἰς τὸ τοῦ Κυρίλλου, εἶπον αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἐμπροσθεν πάντων· πόσους θέλεις ἀκοῦσαι, τοὺς ἑξακισχιλίους ἀριθμῷ ἐπισκόπους, ἢ ἑνὸς ἀνθρώπου δυσσεβοῦς; τοὺς ἑξακισχιλίους* εἶπον, οἵτινές *Illos.
εἰσιν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν μητροπολιτῶν τοὺς ἁγίων ἐπισκόπων. τοῦτο δὲν ἐγένετο, ἵνα πεμφθῇ, καὶ ἔλθωσιν ⓐ ἐρχόμενοι, ⓐ καὶ τὰ πεπραγμένα ποιοῦντες φανερὰ καθεσταναι· λέγω δὴ, ⓐ ἀγιώτατοι ἐπίσκοποι, ⓐ νῦν ἐρχόμενοι πρὸ τῆς ἁγίας συνόδου. καὶ* εἶ- *Forsit. ἐπον, ὅτι καλῶς ἐζήτησας. καὶ πάλιν προσέθηκε ῥῆμα ἓν, καὶ εἶπεν· εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ. καὶ οἶδα, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐξακολούθησε μᾶλλον τῷ θεῷ καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ οὐκέτι τοῖς διεστραμμένοις αἱρετικοῖς. εὔχεσθε οὖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν.

Ο λαὸς ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ βοῇ πάντων· ἀνάθεμα Νεστορίῳ.

ANNO CHRISTI 431.

Ισον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τοῦ κλήρου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον.

Τοῖς θεοσεβεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις πατράσιν ἡμῶν, τοῖς ἀθροισθεῖσι κατὰ πρόσταγμα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων τῆς ὑφ' ἡλίῳ ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει, Κυρίλλῳ, Ιουβεναλίῳ Μέμνονι, Φλαυιανῷ, Φίρμῳ, Θεοδότῳ, Ακακίῳ, Αμφιλοχίῳ, Ελευσίῳ, Παλλαδίῳ, *Εἰρηναίῳ, Ικονίῳ, καὶ πάσῃ τῇ λοιπῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, παρὰ Δαλματίου, Τιγρίου, Σαμψωνίου, Μαξιμιανοῦ, Ιωάννου, Εὐάνδρου, Μοδεστιανοῦ, Αδελφειοῦ, Φιλοθέου, Εὐλογίου, Βασιλίσκου, Φλωρεντίου, καὶ παντὸς τοῦ κατὰ Κωνσταντινούπολιν κλήρου.

*Εἰρηναίῳ, ἤ, Εἰρηνιανῷ,

ΑΕΙ καὶ ἐκ νέας ἡλικίας τῷ ὀρθοδόξῳ δόγματι σεμνυνόμενοι, τὴν τῶν ἁγίων πατέρων παράδοσιν φυλάττειν σπουδὴν τιθέμεθα. ταύτης δὲ πάλιν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πρόφην εἰς μνήμην ἀχθέντες, δι' ὧν ὁ θεοσεβέστατος καὶ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κύριλλος ἐπιστεῖλαι πρὸς ἡμᾶς κατηξίωσε, χάριν ὡμολογήσαμεν τῷ σωτῆρι θεῷ. *ἐπεὶ γοῦν τοίνυν τὰ ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὀρθῆς πίστεως κατορθώματα πολλὰ καὶ μεγάλα, δῆλα κατέστη ἡμῖν· διὸ καὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ πάλαι προεδρεύσαντος ἡμῶν Νεστορίου, διὰ τὸ παραχαράξαι τὰ ἀποστολικὰ καὶ εἰλικρινῆ εὐσεβῆ τε διδάγματα, γεγενῆσθαι παρὰ τῆς ὑμετέρας γνόντες θεοσεβείας, τοῦ μνημονευθέντας ἡμῖν χάρτας παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων,

*ὑπόγυον τοίνυν

Exemplum epistolæ cleri Constantinopolitani ad sanctam Synodum.

*Piissimis sanctissimisque patribus nostris, iuxta religiosissimorum imperatorum nostrorum decretum ex vniuerso orbe in Ephesiorum metropoli congregatis, Cyrillo, Iuuenali, Memnoni, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleusio, Palladio, *Irenæo, Iconio, vniuersæque Synodo, Dalmatius, Sampsonius, Maximianus, Ioannes, Euander, Modestianus, Adelphius, Philetus, Eulogius, Basiliscus, Florētius, & omnis Constantinopolitanus clerus.*

*Beriniano,

SEMPER & ab ineunte ætate orthodoxo dogmate gloriantes, toti in hoc sumus, vt sanctorum patrum traditionem conseruemus. De qua quidem per ea quæ sanctissimus piissimusque episcopus Cyrillus ad nos perscribere dignatus est, a vestra sanctitate nuper iterum admoniti, gratias egimus Saluatori Deo. Multa itaque & magna facinora, quæ pro eadem recta fide egregie gesta sunt, aperte nobis innotuerunt. Quare cum Nestorium, nostrum quondam antistitem, quod apostolicam, sinceramque ac piam doctrinam adulteraret, a vestra pietate ordine locoque motum esse intellexissemus, commemoratas literas

Supra pag. 538. & 612.

a Theodosio & Valentiniano piissimis Christianissimisque imperatoribus exhibitas nobis, tamquam a vestra sanctitate missas accepimus, ac statim illas palam in sancta Dei ecclesia, vniuerso populo congregato & audiente, legi curauimus. Sciat ergo vestra sanctitas, populum nobis vna voce consensisse, & magnis quoque laudum præconiis euexisse cum sanctam & œcumenicam vestram Synodum, tum victores quoque imperatores, quod pium vestrum conuentum omni studio curassent. Nos porro gauisi, præsentes rescripsimus. Nunc vero celeberrimam vestram pietatem obtestamur, vt pro nobis Deum precetur, curamque omnem adhibeat, vt, quod reliquum est, sancta Dei ecclesia quæ apud nos est, perfecte constituatur. Hoc enim vel vnum magna vestra orthodoxi dogmatis prouidentia reliquum adhuc esse intelligit, vt hac ratione omnia Christo Domino placentia ad finem perducantur, vniuersaque nostra nulli alteri, nisi vestræ sanctitati, piissimisque ac Christianissimis imperatoribus accepta ferantur.

Dalmatius presbyter & archimandrita, monasteriorum pater, diuina sanctaque congregatio, vt ores pro me, te obsecro.

Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, ὡς ἀποσταλέντας παρ' ὑμῶν, ὁσιώτατοι, ἐδεξάμεθα, καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἀθροισθείσης πανδήμου ἀναγνωσθῆναι εὐθὺς πεποιήκαμεν. ἴστω οὖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ὡς ὁ λαὸς σύμφωνος ἡμῖν γεγένηται, καὶ πολλαῖς εὐφημίαις εἴς τε τὴν ὑμετέραν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐχρήσατο σύνοδον, εἴς τε τοὺς τροπαιούχους βασιλέας, τοὺς φροντίδα ποιησαμένους τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν συνελεύσεως. ἡμεῖς δὲ ἡσθέντες τὰ ἐν χερσὶν ἀντεγράψαμεν· καὶ δὴ καὶ παρακαλοῦμεν, ὑπερεύχεσθαι μὲν ἡμῶν τὴν ἀοίδιμον ὑμῶν θεοσέβειαν, * φροντίσαι δὲ τοῦ λειπομένου εἰς κατάστασιν τῆς παρ' ἡμῖν ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ὑπόλοιπον εἶναι συνορᾷ ἡ ὑμετέρα * μεγάλη τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος πρόνοια· ὥστε πάντα ἐπὶ πέρας ἀχθῆναι, τῷ δεσπότῃ ἀρέσκοντα Χριστῷ, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐπιγραφῆναι, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι.

Δαλμάτιος * πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης, πατὴρ μοναστηρίων, ὑπερεύχεσθαί μου παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὦ θεία καὶ ἱερὰ συνέλευσις.

ANNO CHRISTI 431.

* φροντίδα δὲ θέσθαι τοῦ λειπομένου

* γαλήνη

* ἐπίσκοπος

Ισον

ANNO CHRISTI 431.

Ισον ἀναφορᾶς τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν σάκραν, τὴν ἀναγνωσθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν σακρῶν Ιωάννου.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει.

ΗΜΕΝ φιλόχριστος ὑμῶν βασιλεία, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, ἐκ παίδων τῶν περὶ τὴν πίστιν καὶ τοὺς κανόνας ἐπεδείξατο ζῆλον· οὗ περ ἕνεκεν καὶ τοὺς ἐκ τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπους τὴν Εφεσίων καταλαβεῖν εὐσεβεῖ θεσπίσματι παρεκελεύσατο. τὸ δὲ νῦν ἡμῖν ἀναγνωσθὲν γράμμα τῆς ὑμετέρας γαληνότητος διὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Ιωάννου, οὐ μικρὰν ἡμῖν ἐποίησε ταραχὴν, ἐνδειξάμενον ἀπάτην τινὰ καὶ ψεῦδος ταῖς ἀψευδέσιν ὑμῶν παρενοχλῆσαν ἀκοαῖς. ὡς γὰρ παρ' ἡμῶν ἀναφορὰν δεξάμενον τὸ ὑμέτερον κράτος, καθαίρεσιν ἔχουσαν τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου συνεπισκόπου ἡμῶν Μέμνονος, οὕτω διὰ τῶν γραμμάτων ἐδήλωσεν. ὅθεν μηδαμῶς ἰσχύειν ψεῦδος ἐπὶ τῆς ὑμετέρας φιλοχρίστου βασιλείας εὐχόμενοί τε καὶ σπουδάζοντες, ἐθαρσήσαμεν ἀνενεγκεῖν τῇ ὑμετέρᾳ γαληνότητι· ὅτι περ ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος,

Exemplum relationis sanctæ Synodi, qua sacræ lectæ per Ioannem sacrorum comitem respondetur.

Habetur sup. pag. 702.

Piissimis Christianissimisque Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta & œcumenica Synodus, Dei gratia, vestræque maiestatis nutu in Ephesiorum metropoli congregata.

CHRISTIANISSIMA vestra maiestas, piissimi principes, iam inde a pueritia zelum erga fidem & Canones declarauit: cuius rei gratia totius orbis episcopos ad Ephesiorum ciuitatem pio edicto conuocauit. Ceterum vestræ serenitatis literæ modo per magnificentissimum gloriosissimumque comitem Ioannem nobis lectæ, non vulgarem nobis perturbationem attulerunt. Ostendunt enim imposturã quampiam & mendacium veraces vestras aures obturbauisse. Perinde namque sonant, ac si maiestas vestra literas a nobis accepisset, quæ Cyrilli sanctissimi sacratissimique episcopi, & Memnonis sanctissimi Deoque dilectissimi coepiscopi nostri depositionem continerent. Quamobrem desiderantes, ac elaborantes, ne mendacium apud Christianissimam maiestatem vestram vllum omnino locum obtineat, omni cum fiducia ad serenitatem vestram referimus, œcumenicam Synodum

(quæ vniuersum occidentem, cum magna vestra Roma & apostolica sede, totam item Africam, & totum Illyricum in consessu suo habet) prædictorum sanctissimorum, Deoque dilectissimorum episcoporum exauctorationem non fecisse, nec ea de re retulisse: sed potius viros istos propter orthodoxæ fidei zelum suspiciens, multis illos & apud homines laudibus, & apud Christum Dominum coronis dignos existimat. Solum autem Nestorium, nefariæ hæresis eorum qui hominem colunt, præconem loco mouimus, Christianissimæque maiestati vestræ id significauimus. Inter cetera autem illud non mediocriter nos afflixit, (quod ipsum quoque non absque fraudulenta subreptione factum apparet) illos qui ab œcumenica Synodo desciuerunt, Ioannem Antiochenæ ecclesiæ episcopum, eiusque sectatores Cælestianos qui cum eo sunt, iam damnatos, inter nostra nomina insertos fuisse, vnamque ad nos & illos sacram missam esse. Sunt enim hi, de quibus iam dudum vestræ pietati manifestum fecimus, quomodo a nobis recesserint, Canonesque temerario ausu calcarint, ad contumeliam præsidum nostrorum se conuertentes, & ob illam proteruiam, qua in nos vsi sunt, vniuersæ œcumenicę Synodi communione sese priuauerint; & quomodo ad probationem vocati, nequaquam parere voluerint; eaque de causa ab vniuersali Synodo prorsus & a communione, & a quauis functione remoti fuerint. Hæc eadem nunc Christianissimæ maiestati vestræ significantes indicamus, nos propter talem illorum insolentiam,

ἡ πᾶσαν μὲν τὴν δύσιν μετὰ τῆς μεγάλης ὑμῶν Ρώμης καὶ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου συνεδρεύουσαν ἔχουσα, πᾶσαν δὲ τὴν Αφρικὴν, καὶ πᾶν τὸ Ιλλυρικὸν, οὐκ ἐποίησε καθαίρεσιν τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, οὔτε ἀνήνεγκεν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ζήλῳ ὀρθοδοξίας θαυμάζουσα, πολλῶν ἡγεῖται καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαίνων, καὶ παρὰ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ στεφάνων ἀξίους· μόνον δὲ τοῦ τῆς ἀθεμίτου αἱρέσεως τῶν ἀνθρωπολατρῶν κήρυκα Νεστόριον καθελόντες, ἀνηνέγκαμεν τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν βασιλείᾳ. κἀκεῖνο δὲ οὐ μικρῶς ἡμᾶς ἔθλιψεν, ἐκ συναρπαγῆς γενέσθαι φαινόμενον, τὸ τοὺς ἀποστατήσαντας ἀπὸ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, τοὺς περὶ Ιωάννην τὸν Αντιοχείας, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Κελεστιανοὺς καθῃρημένους, τοῖς ἡμετέροις ἐντάξαι ὀνόμασι, καὶ μίαν πρὸς ἡμᾶς κἀκείνους σάκραν διαπέμψασθαι. περὶ ὧν ἤδη μὲν καὶ πάλαι φανερὰ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ κατεστήσαμεν, ὅπως μὲν ἡμῶν ἀπέσχισαν· ὅπως δὲ εἰς ὕβριν τὴν κατὰ τῶν ἡμετέρων προέδρων τραπέντες, τούς τε κανόνας πατῆσαι ἐτόλμησαν, καὶ ἑαυτοὺς ἀκοινωνήτους πάσης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου διὰ τῆς καθ' ἡμῶν προπετείας εἰργάσαντο· ὅπως τε καλούμενοι εἰς ἔλεγχον, οὐδαμῶς ὑπακοῦσαι ἠνέσχοντο, καὶ ὅτι πάντῃ ἀκοινώνητοι διὰ τοῦτο καὶ ἀνενέργητοι παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου γεγόνασι. ταῦτα καὶ νῦν γνωρίζοντες τῇ ὑμετέρᾳ φιλοχρίστῳ βασιλείᾳ δηλοῦμεν, ὡς διὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

ἀποπίαν, καὶ τοῦ ὑπὲρ τοῦ καθῃρημένου Νεστορίου αὐτῶν καὶ μέχρι νῦν ἀγῶνας, οὐδαμῶς εἰς κοινωνίαν δέξασθαι ἠνεσχόμεθα, μήτε τῇ καθαιρέσει Νεστορίου ὑπογράψαι ἀναχομένους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνου προδήλως φρονοῦντας, ὑποπεσόντας δὲ καὶ τοῖς κανόσι διά τε τὴν ἄτακτον αὐτῶν κατὰ τῶν ἡμετέρων προέδρων ἐπιχείρησιν, καὶ διὰ τὸ ψεύσασθαι, καὶ συναρπάσαι τολμῆσαι τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν ἀκοάς. καὶ δεόμεθα τῆς τῷ θεῷ ἀνακειμένης ὑμῶν βασιλείας, τοῦ μὲν ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα, ἀποδοθῆναι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, οὐδαμῶς ἀπὸ τῶν κανόνων κατακεκριμένους, τὴν δὲ πίστιν φυλαχθῆναι ἀσάλευτον, ἥ τις καὶ τῇ ὑμετέρᾳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος καταγέγραπται ψυχῇ, ἐκ προγόνων ὑμῖν παραδεδομένη, καὶ ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν πάλαι ἀνενηνεγμένοις ὑπομνήμασι τοῖς κατὰ Νεστορίου πραχθεῖσι, σφόδρα σεσαφήνισται· προκειμένης μὲν τῆς πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγιωτάτων πατέρων τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ· πάσης μὲν* τῆς ἐπ' αὐτοῖς πράξεως ἱκανῆς οὔσης διελέγξαι μὲν τὴν τῶν ἐναντίων ἀσέβειαν, παραστῆσαι δὲ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ἣν μέχρι τοῦ νῦν φυλάξαι διὰ πάντων ἐσπουδάσατε. εἰ δὲ παρίσταται τῷ ὑμετέρῳ κράτει ὑπὲρ τοῦ ἀκριβῶς διαγνῶναι τὰ μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ τῶν ἀποσχισάντων, τὴν ὑμετέραν κορυφὴν ἱκετεύομεν, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκπέμψαι οὓς ἂν δοκιμάσῃ τὸ ὑμέτερον κράτος· ὥστε καὶ κατὰ πρόσωπον περὶ πάντων πληροφορῆσαι τὴν φιλόχριστον ὑμῶν βασιλείαν.

* ἵσ. δὲ

necnon propter certamina, quæ in hodiernum vsque diem pro deposito Nestorio decertare non cessant, ad communionem illos admittere nullatenus voluisse, cum neque Nestorii depositioni subscribere sustinuerint, & aperte quoque cum illo sentiant: tum ob id, quod propter immodestum aduersus præsides nostros conatum in Canones inciderint: tum etiam ob id, quod piis vestris auribus mentiri, ac imponere non erubuerint. Oramus autem vestrã maiestatem Deo dicatam, vt Cyrillum & Memnonem sanctissimos Deoque dilectissimos episcopos, cum per sacros Canones nullo modo sint condemnati, sanctæ Synodo restitui curet, eamque fidem inconcussam custodiri faciat, quæ a maioribus tradita, animæ quoque vestræ a Spiritu sancto inscripta hæret, & in commentariis contra Nestorium editis, & a nobis dudum oblatis, admodum dilucide explicatur: cum proposita quidem ibi sit fides sanctissimorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ quondam congregatorum: omnis vero in ipsis contenta actio sufficiat ad reuincendam aduersariorum impietatem, & ad ostendendam orthodoxam fidem, quam vos hactenus per omnia custodire studuistis. Quod si maiestati vestræ, quæ inter nos, & illos qui se abiunxerunt, acta sunt, exactius dignoscere libuerit, sublimitatem vestram oramus, vt ad sanctam Synodum mittat quos probauerit; vt hac ratione de omnibus etiam coram plenius doceri queat Christi amans vestra maiestas.

ANNO CHRISTI 431.

Exemplum epistolæ Cyrilli archiepiscopi Alexandrini, scriptæ ad clerum populumque Constantinopolitanum.

Ἰσον ἐπιστολῆς Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, γραφείσης πρὸς τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως.

TVRBATA est admodum sancta Synodus, vbi accepit magnificentissimũ præclarissimumque comitem Ioannem non omnia recte retulisse, adeo vt de nostro quoque exilio, qui istic sunt, consilium inirent: quasi sancta Synodus iniustam nefariamque exauctorationem, quam Ioannes, & qui cum eo agunt hæretici, moliti sunt, acceptauerit. En altera igitur facta est a sancta Synodo relatio, qua se principis literis cõtristatam docet, & quod trium depositiones non acceptauimus: sed præsertim irrita se habere declarat quæ impie & illegitime ab illis, firma vero & rata potius, quæ a nobis gesta sunt. Docuerant enim (patres) & prima quoque relatione, ea se rescidisse, quæ præter Canonum præscriptum ab illis facta fuerant; quodque pro communionis sociis & coepiscopis nos habeant, & quod huiusmodi sententiam non mutant. Cum autem prædictus magnificentissimus vir nihil non tentauerit, quo Ioannes, & qui cum eo sunt, in sanctæ Synodi communionem recipiantur; in hodiernum vsque diem ne audire quidem huiusmodi vocem sustinuerunt: sed obsistunt quidem omnino, & dicunt: Fieri non potest vt ad hoc veniamus, nisi quod cõtra legem ab illis factum est, dissoluatur, ac Synodo tamquam qui deliquerint, supplices accidant, & Nestorium, illiusque dogmata

ΕΤΑΡΑΧΘΗ λίαν ἡ ἁγία συνοδος, ἀκούσασα ὅτι οὐ πάντα ὀρθῶς ἀνέλυσεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος κόμης Ἰωάννης, ὥστε βουλεύεσθαι τοῦτ' ἐκεῖσε καὶ περὶ ἐξορίας καθ' ἡμῶν· ὡς τῆς ἁγίας συνόδου καταδεξαμένης τὴν ἀκανόνιστον καὶ ἄθεσμον γνωμένην καθαίρεσιν παρά τε Ἰωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ αἱρετικῶν. ἰδοὺ τοίνυν καὶ ἑτέρα γέγονεν ἀναφορὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, διδάσκουσα, ὅτι καὶ λυπεῖται ὑπὸ τῷ δεσποτικῷ γράμματι, καὶ ὅτι οὐ κατεδεξάμεθα τῶν θείων τὰς καθαιρέσεις· καὶ ἐξαιρέτως μὲν, ἀκυροῖ τὰ παρ' ἐκείνων δυσεβῶς καὶ ἀθέσμως γνωσθέντα, κρατυνέσθαι δὲ μᾶλλον τὰ παρ' ἡμῶν. ἐδίδαξε δὲ καὶ διὰ πολλῆς ἀναφορᾶς, ὅτι ἄκυρα μὲν τὰ παρ' ἐκείνων ἀκανονίστως γνωσθέντα πεποιήκασι, κοινωνικοὺς δὲ ἡμᾶς καὶ συνεπισκόπους ἔχουσι, καὶ ὅτι τοιαύτης οὐκ ἐξίστανται γνώμης. μυεία δὲ πεποίηκότος τοῦ μνημονευθέντος μεγαλοπρεπεστάτου ἀνδρὸς, ὥστε ἐλθεῖν εἰς κοινωνίαν Ἰωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, μέχρι τῆς σήμερον οὐδὲ ἀκοῆς ἠνέσχοντο τοιαύτης φωνῆς· ἀλλ' ἐνίστανται μὲν * πάντες, λέγοντες· ὅτι ἀδύνατον ἡμᾶς εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ἐὰν μὴ λυθῇ τὸ παρ' αὐτῶν ἀκανονίστως γνωσθὲν, καὶ προσκόσωσι τῇ συνόδῳ ὡς πλημμελήσαντες, ἀναθεματίσωσι δὲ καὶ Νεστόριον, καὶ τὰ δόγματα

* πάντες, λέγοντες

ANNO CHRISTI 431.

ἀυτῶ ἐγγράφως. καὶ ἐν τούτοις ἡ πᾶσα ἔνστασις τῆς συνόδου. ἀποτυχὼν δὲ τούτου ὁ μνημονευθεὶς μεγαλοπρεπέστατος ἀνὴρ, ἐπενόησε καὶ τοῦτο, καὶ ἀπῄτει τὴν σύνοδον, ἔκθεσιν πίστεως ἐγγράφως ἐπιδοῦναι αὐτῷ, ἵνα κἀκείνους * ποιήσωσι συνθέσθαι, καὶ ὑπογράψαι, καὶ ἀνέλθῃ λέγων· ὅτι συνῆψα αὐτοὺς εἰς φιλίαν, ἀνθρωπίνας λύπας ἔχοντας μεταξὺ ἀλλήλων. τοῦτο νοήσασα ἡ ἁγία σύνοδος, πάλιν ἀνέστη ἄχρι παντὸς λέγουσα· ὅτι οὐχ ὑβρίζομεν ἑαυτούς· οὐ γὰρ ὡς αἱρετικοὶ κεκλήμεθα, ἀλλὰ ἤλθομεν πίστιν ἀθετουμένην στῆσαι, ἣν καὶ ἐστήσαμεν· καὶ οὐ χρῄζει ὁ βασιλεὺς νῦν τοῦ μαθεῖν τὴν πίστιν, εἰδὼς αὐτὴν, καὶ ἐν αὐτῇ βαπτισθείς. οὐ προέβη τοίνυν οὐδὲ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. κἀκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι συνθέντες ἔκθεσιν πίστεως, ἐφιλονείκησαν πρὸς ἀλλήλους, καί εἰσιν ἐν τῷ φιλονεικεῖν ἔτι. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν καταδέχονται θεοτόκον εἰπεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον μετὰ καὶ τοῦ ἀνθρωποτόκον· οἱ δὲ παντελῶς ἀρνοῦνται, καί φασιν ἑτοίμως ἔχειν ἀποτμηθῆναι τῶν χειρῶν, ἢ ὑπογράψαι τοιαύτῃ φωνῇ. ἀσχημονοῦσι δὲ πανταχοῦ, αἱρετικοὶ δεικνύμενοι. ταῦτα πάντες παρὰ τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκέσθωσαν, καὶ μάλιστα οἱ θεοσεβέστατοι καὶ ἁγιώτατοι ἀρχιμανδρῖται· μήποτε ὑποστρέψας ὁ προῤῥηθεὶς, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων εἴπῃ ἢ διδάξῃ, τέρπων τὰς τινων ἀκοάς. μὴ ἀποκνήσῃ δὲ ὑμῶν ἡ θεοσέβεια, μηδὲ ἀποκαμνέτω πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἱδρῶτας, εἰδυῖα ὅτι ἑαυτὴν παρατίθεται καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

* ποιήσῃ

scripto anathematizent. & in his vniuersa Synodi consistit instantia. Cum vero hac spe magnificentissimus ille vir, cuius meminimus, frustratus esset, aliud rursum excogitauit, & a sancta Synodo petiit, vt fidei expositionem scripto sibi exhiberet: vt cum illi quoq; ipsius impulsu assensissent, ac subscripsissent, reuersus diceret: Redegi illos in amicitiam, qui humanis offensis inter se dissidebant. Hoc intelligens sancta Synodus, iterum surrexit, diserte dicens: Nolumus nobisipsis eam contumeliam irrogare. non enim tamquam hæretici (huc) vocati sumus; sed venimus vt fidem labantem & exagitatam stabiliamus, quã & stabiliuimus: nec opus est imperatori, vt fidem nunc discat, cum hanc sciat, & in ea baptizatus sit. Quare nec id quidem orientalibus successit. Sed & illud quoque sciatis, nempe, cum fidei expositionem componerent, inter se contendisse, & in ea altercatione etiam nunc versari. Nam alii ex illis sanctæ virgini deiparæ appellationem concedunt, vt etiam fatentur illam hominis matrem: alii vero prorsus negant, adduntq; paratiores se esse vt manus suas amputandas præbeant, quam vt huiusmodi voci subscribant. Vbique autem turpiter se gerunt, hæreticos se declarantes. Hæc a vestra pietate discant omnes, præsertim vero piissimi & sanctissimi archimandritæ; ne forte prædictus (vir) reuersus, quorumdam aures mulcens, alia pro aliis dicat, aut doceat. Ne vero pigrescat pietas vestra, neque nostri causa labori insistens defatigetur, sciens quod hac ratione Deo hominibusque seipsam commen-

det. Nam hic etiam piissimi episcopi, qui nos nunquam nouerant, per Saluatoris gratiam parati sunt animas pro nobis ponere, & cum lacrymis (nos) adeuntes, aiunt & exilium & mortem quoque simul subire se in votis habere. Versamur autem omnes in multa conflictatione, tum quod custodiamur a militibus, tum etiam quod ante nostra cubicula dormiant; maxime vero nos. Reliqua autem Synodus vniuersa defatigata est, & laborat; & complures mortui sunt: iam vero & ceteri, eo quod sumptibus destituti sint, res suas diuendunt.

καὶ ἐν ταῦτα γὲ διὰ τὴν τῆς σωτῆρος χάριν ἕτοιμοι μηδέποτε ἡμᾶς εἰδότες τὴν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἑτοίμως ἔχοντες τὴν ψυχὴν θεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ μὴν δακρύων προσέρχονται, λέγοντες, * καὶ συνεξορισθῆναι, καὶ συναποθανεῖν, * διὰ βύχης ἔχοντες. ἐν πολλῇ γὲ θλίψει πάντες ἐσμὲν, καὶ διὰ τὴν φρουρεῖσθαι πρὸ στρατιωτῶν, καὶ πρὸ τῶν ἰδίων κοιτώνων ἔχειν αὐτοὺς καθεύδοντας, μάλιστα ἡμεῖς. ἡ γὲ ἄλλη πᾶσα συνοδος ἀπέκαμε καὶ κάμνει, καὶ πλείους ἀπέθανον· λοιπὸν δὲ καὶ λοιποὶ τὰ ἑαυτῶν πωλοῦσι, διὰ ἔχοντες ἀναλώματα. Anno Christi 431.

Exemplum epistolæ a Memnone Ephesiorum episcopo ad clerum Constantinopolitanum scriptæ.

Ισον ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ Μέμνονος ἐπισκόπου Ἐφέσου πρὸς τὸν κλῆρον Κωνσταντινουπόλεως.

QVANTA propter veram orthodoxamque Dei fidem in Ephesiorum ciuitate quotidie patiamur, id sermone explicari non potest. Turbationi enim turbatio absque vlla intermissione succedit. Fidei tamen vis & confessio multum nobis vt viriliter hęc sustineamus, roboris addit. Etenim magnificentissimus comes Candidianus milites interdum in nos concitans, totam ciuitatem tumultuationibus implet, omniumque simul vitæ necessariorum importatione per custodiam nos priuat. Multis etiam permittit in nos & in sanctam Synodum contumelias effundere, Zeuxippi incolis depositum Nestorium cum multa rusticorum turba custodientibus, qui ad id aluntur ecclesiæ pecunia, & per quos conuicia iaκλησιαστικῶν κτημάτων, καὶ δι' ἐκείνων τὰς ὕβρεις καταχεόντων.

ΟΙΑ διὰ τὴν * ἀληθῆ πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας καθ' ἑκάστην ὑπομένομεν ἐν Ἐφέσῳ, οὐδὲ λόγῳ παρασῆσαι δυνατόν. ταραχὴ γὲ ταραχὴν ἀπαύστως διαδέχεται· πολλὴν δὲ ἡμῖν ὑπονίδιν προσφέρει τοῦ παῦτα φέρειν γενναίως ἡ τῆς πίστεως ὁμολογία καὶ ἰσχύς. ποτὲ μὲν γὲ ὁ μεγαλοπρεπέστατος κόμης Καντιδιανὸς, ἐπισείων ἡμῖν τοὺς στρατιώτας, καὶ τὴν πόλιν ταραχῆς ἐμπιπλῶν, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἐπιτηδείων τῆς εἰσκομιδῆς ἀποστερῶν διὰ τῆς φυλακῆς, πολλοὺς δὲ συνεχομένων ὕβρεις καταχέειν ἡμῶν τε καὶ τῆς ἁγίας συνόδου πάσης, τοῦ τὸν Ζευξίππου παραμυθόντων τῷ καθῃρημένῳ Νεστορίῳ, καὶ ἐπὶ τούτῳ τρεφομένων, καὶ * πολὺ πλῆθος χωρικῶν, ἀπὸ τῶν * ἀντὶ πάντων ἀναλωμάτων ἐκείνων τὰς ὕβρεις καταχεόντων.

ANNO CHRISTI 431.

διεδέξατο καὶ τὴν προειρημένην ἀταξίαν, καὶ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος Εἰρηναίου τὴν καθημερινὴν ἀπάτην τῶν ἀφελεστέρων, καὶ ἡ τοῦ Ἀντιοχέων ἐπισκόπου παροισία. μαθοῦσα γὰρ ἡ ἁγία σύνοδος τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ ἐπιδημίαν γενήσεσθαι, τιμῶσα, καὶ τὸ κεχρεωστημένον * τῇ ἱερωσύνῃ πληροῦσα, ἀπέστειλέ τινας τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μετὰ καὶ εὐλαβεστάτων κληρικῶν * εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ· δύο ταῦτα ποιοῦσα, καὶ τὴν κεχρεωστημένην πληροῦσα τιμὴν, καὶ ποιοῦσα φανερὸν, ὡς ὀφείλει τὴν πρὸς Νεστόριον συντυχίαν φυλάξασθαι, διὰ τὸ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου καθηρῆσθαι αὐτὸν τῆς ἀσεβείας ἕνεκα, ἧς * ἐμελέτησεν. οὐ συγχωρηθέντες δὲ παρὰ τῶν ἑπομένων αὐτῷ στρατιωτῶν κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ περιτυχεῖν, οὐδὲν ἧττον ἠκολούθησαν, καὶ τὴν οἰκίαν ἔνθα κατέλυσε, κατειλήφασι, καὶ πολλὰς προσκαρτερήσαντες ὥρας, καὶ μὴ συγχωρηθέντες τὴν πρὸς αὐτὸν ποιήσασθαι συντυχίαν, ἔμειναν ὕβρεις ὑπομένοντες. μετὰ δὲ πολλὰς ὥρας, τοῦτο δόξαν αὐτῷ, μετεστείλατο τοὺς θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους, καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς, εἰσάγων αὐτοὺς διὰ στρατιωτῶν. ὡς δὲ τὰ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου φανερὰ πεποιήκασιν αὐτῷ, συνεχώρησε τὸν μεγαλοπρεπέστατον Εἰρηναῖον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπισκόπους τε καὶ κληρικοὺς, ἀφορήτους ἐπιθεῖναι πληγὰς τοῖς ἡμετέροις συλλειτουργοῖς, καὶ τοῖς κληρικοῖς, ὡς καὶ κινδύνοις αὐτοὺς προσομιλῆσαι. τούτων τοίνυν γεγενημένων, παραγενόμενοι εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον οἱ ἀποσταλέντες θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, καὶ τὰς πληγὰς

* τῆς ἱερωσύνης, ἢ, εἰρήνης

* εἰς ὑπόμνησιν αὐτῷ.

* ὡμολόγησεν.

ctantur. Hanc porro insolentiam & temeritatem, quotidianasque Irenæi magnificentissimi comitis imposturas, quibus simpliciores circumuenit, excepit Antiocheni episcopi præsentia. Cum enim sancta Synodus aduentum ipsius appetere intellexisset, honorem, & quam oportuit sacerdoti obseruantiam impendens, quosdam Deo dilectissimos episcopos cum nonnullis quoque religiosissimis clericis obuiam illi misit, hæc duo faciens, nempe & debitum illi honorem deferens, simulque vt a Nestorii, propter impietatem quã professus fuerat, a sancta Synodo depositi, colloquio se abstineret, eum commonefaciens. Cum autem militum comitatu impediti, eum per viam alloqui non possent; nihilominus tamen pone ad illius diuersorium vsque consecuti sunt. Multis autem horis ibi præstolantes, neque vllam eius conueniendi copiam obtinere valentes, militum contumeliis interim onerati, tamdiu manserunt, donec post diuturnam moram, cum videlicet ita illi visum iam esset, piissimos episcopos, religiosissimosq; clericos accersitos, per milites ad se introducit. Posteaquam vero quæ a sancta Synodo in mandatis habebant, illi exposuissent, per magnificentissimum comitem Irenæum, ceterosque qui cum ipso aderant, episcopos atque clericos, intolerabiles comministris nostris & clericis plagas inferri permisit, ita vt in (vitæ) quoque discrimen adducti fuerint. His itaque transactis, piissimi episcopi qui ad illum missi fuerant, ad sanctam Synodum redeuntes, plagasque sibi impositas ostendentes, & quæ acciderant

exponentes, ad commentariorum actionem proposito sancto euangelio, sanctam Synodum ad indignationem commouerunt. Iam vero nonnihil illius insolentiam refrenantes, eum excommunicationi subiecerunt, quæ & ipsi denuntiata est. Accepimus enim scriptum quoddam, certum illius temeritatis, illegitimæque eiusdem sententiæ argumentum, nullo certo auctore editum, nulla subscriptione munitum, in quadam ciuitatis parte fuisse propositum. Quotidie autem venerandum senatum, illustrissimosque (ciues) ad se euocans, magna importunitate flagitabat, vt eorum suffragiis alius in meum locum ordinaretur (episcopus.) vt omnes orthodoxi ciuitatis incolæ oratoria occuparent, ibique sese continerent, ne illius temeritas & nefarius ausus publice propositus (quod vulgi sermone circumferebatur) effectum sortiretur. Vnde ad sancti Ioannis euangelistæ basilicam ascendens, & quod ibidem ordinaturus eum esset, diuulgans, seditionem tumultuationemque eo in loco concitauit. Tanta namque armatorum insolentium multitudine comitatus ascendit, vt aliquos ibi mendicantium semineces reliquerit: & quasi affectus fuisset iniuria ab iis qui ibi reperti sunt, vt Synodo inuidiam possit conflare, (apud imperatores & alios) conquestus est. Quare sanctissimi viri omni adhibito studio satagite, vt vesana ac temeraria Ioannis sociorumque illius sententia palam fiat; magnificentissimique comites, qui quotidie ciuitatem & fidem conturbant, hinc discedant; ne callida eorum subreptione, quæ fidei sunt, adulterari contingat.

ἐπιδείξαντες, καὶ τὰ γεγενημένα διηγησάμενοι, ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων τῶν ἁγίου εὐαγγελίου προκειμένου, εἰς ἀγανάκτησιν διενέστησαν τὴν ἁγίαν σύνοδον· καὶ μικρὸν αὐτὸν σωφρονίζοντες, ἀκοινώνητον αὐτὸν πεποιήκασι· καὶ γεγένηται αὐτῷ ἡ ἀκοινωνησία φανερά. ἔγνωμεν γὰρ, ὡς ἀνώνυμόν τι καὶ ἀνυπόγραφον κατά τι μέρος τῆς πόλεως προετέθη, δηλοῦν αὐτοῦ τὴν ἀταξίαν καὶ ἀκανόνιστον γνώμην. καθ' ἑκάστην δὲ προσκαλούμενος τὸ σεμνὸν βουλευτήριον, καὶ τοὺς λαμπροτάτους, καὶ * ἐξ αὐτῶν μετὰ ἀνάγκης ψηφίσματα, ὥστε εἰς τὴν τόπον τῶν ἐμὸν χειροτονῆσαι· ὡς πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν, ὀρθοδόξους τυγχάνοντας, τοὺς εὐκτηρίους κατειληφέναι * οἴκους, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰκεῖν· ἵνα μὴ ἡ ἐκείνου προπέτεια, καὶ ἀκανόνιστος θρασύτης ἡ διὰ τῶν προθεμάτων εἰς ἔργον ἀχθῇ τῆς φήμης. ὅθεν καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Ιωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ ἀνελθὼν, τοῦτο * ὑπεμφήνας, ὡς ὀφείλει αὐτὸν ἐκεῖ χειροτονῆσαι, στάσιν καὶ ταραχὴν τῷ τόπῳ * ἐποίησε, καὶ μετὰ πλήθους ἀτάκτων ὡπλισμένων ἀνελθὼν, ὡς καί τινας τῶν ἐκεῖσε πτωχῶν ἡμιθανεῖς ποιῆσαι· καὶ ὡς ὑβρισθεὶς παρὰ τῶν ἐκεῖσε, ἀνήνεγκεν ἐπὶ φθόνῳ τῆς ἁγίας συνόδου. καταξιώσατε τοίνυν ὁσιώτατοι πᾶσαν σπουδὴν θέσθαι, καὶ τὴν ἀπόνοιαν καὶ ἀκανόνιστον γνώμην Ιωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δημοσιεῦσαι, * πρὸς τὸ καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους κόμητας ἐντεῦθεν ἀναχωρῆσαι, τοὺς καθ' ἡμέραν ταράττοντας τὴν πόλιν καὶ τὴν πίστιν, ἵνα μὴ ἐκ συναρπαγῆς τούτων νοθεύωνται τὰ τῆς πίστεως.

ANNO CHRISTI 431.

* ἐξαιτῶν

* τόπους.

* ὑποφῆναι, ὡς ὀφείλει

* ἐκετοίησε,

* πρὸς τὸ

*Περὶ

ANNO CHRISTI 431.

*Ἴσον ἀναφορᾶς σταλείσης παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν εὐλαβέστατον βασιλέα Θεοδόσιον.

*Περὶ τῆς ὑπογραφῆς τῶν βασιλέων ἀναφορά.

Τοῖς εὐλαβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀειαυγούστοις, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ, καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει.

*Exemplũ relationis missæ a sancta Synodo ad piissimũ imperatorẽ Theodosium. *al.* Relatio sanctæ Synodi ad imperatores pro restitutione Cyrilli & Memnonis.

*De subscriptione imperatorum relatio.

Piissimis Christianissimisque imperatoribus, Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta & œcumenica Synodus, quæ per Dei gratiam, vestræque maiestatis nutum in Ephesiorum metropoli conuenit.

*ὑπορυπομένην ὑπὸ τῆς Νεστορίου διδασκαλίας.

ΤΟ μὲν ὑμέτερον κράτος οὐ περιεῖδε τὴν ἀληθῆ πίστιν *ὑπορυπομένην ταῖς Νεστορίου διδασκαλίαις, μετὰ Ιουδαίων ὀνειδίζοντος τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, ἃ δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ὑπέμεινεν ἀνθρώπινα πάθη· ἀλλὰ βδελυξαμένη ἡ ὑμῶν εὐσέβεια τοὺς τοιούτους κατὰ Χριστοῦ λόγους, ἐκ πάσης σχεδὸν τῆς ὑφ' ἥλιον ἡμᾶς συναχθῆναι προσέταξεν ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει, παγῆναι τὰ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἀποστόλων τῆς εὐσεβείας βουλομένη δόγματα. ὅθεν συνελθόντες, καὶ κοινῇ κρίσει βεβαιώσαντες τὴν ἐκτεθεῖσαν περὶ τούτου πίστιν παρὰ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κωνσταντίνου, Νεστόριόν τε καινοτομοῦντα ταύτην τὴν πίστιν κατειληφότες τέχναις λόγων, καὶ ἐπεισάκτοις σοφίσμασι παραβλάπτοντα τῆς εὐσεβείας τὸ φρόνημα, τοῦ ἱερατικοῦ βαθμοῦ καθείλομεν, καθάπερ τινὰ λοιμὸν τοῦ λόγου ἀνοῦ, *τὰς ἐκκλησίας ἐπινεμόμενον, εἷρξαι *βουλόμενοι. ἀλλ' ἐπειδή τινας *εὑρίσκομεν καὶ τῶν ἐπισκόπων ἤδη σαλευθέντας, καὶ τὰ *αὐτὰ φρονοῦντας,

*ταῖς ἐκκλησίαις
*σπουδάζοντες.
*εὕρομεν
*αὐτῷ

VESTRA quidem maiestas non est passa veram fidem Nestorii doctrina labefactari, qui Christo Domino passiones humanas, quas propter nos, nostramque salutem sustinuit, cum Iudæis probro vertit: imo vero pietas vestra huiusmodi contra Christum sermones detestata, ex vniuerso prope orbe ad Ephesiorum metropolim congregari nos iussit, vt patrũ, apostolorumq; pia dogmata confirmentur ac statuantur. Ob eam itaque causam in vnum congregati, fidem a trecentis decem & octo (patribus) qui in Nicæa ciuitate sub beatæ memoriæ Constantino conuenerant, expositam, communi iudicio corroborauimus: Nestoriũ vero peregrinis sophismatis, artificiisque sermonum illam fidem adulterare, pietatisque sententiam nouitatis studio labefactare deprehensum, sacerdotali gradu mouimus, eius doctrinam veluti pestem quamdam ecclesias depascentem comprimere volentes. Sed quoniam nonnullos quoque episcopos iam nutantes, Nestoriique sensu imbutos,

imo in illius blasphemiam inductos comperimus, omnes qui eadem cum eo sentiunt, a communione exclusimus, donec perdita illius doctrina reiecta, catholicam & apostolicam fidem agnoscant: cui omnes iam inde ab initio firmiter innixi salutem consequimur. Et nos quidem hæc decreuimus, vt qui in errorem acti fuerant, hac ratione corrigerentur, ipsorum pœnitentiam expectantes. Illi vero (cum triginta essent numero, paulo plures, multique ex ipsis etiam propter alia crimina Canonibus obnoxii, & reuerendissimum Ioannem Antiochenum episcopum adsciuissent, qui & ipse quoque quod admodum tarde venisset, culpam sustinebat; alii de aliis hæresibus conuicti, nonnulli quoque ex illis loco iam moti) ad pœnitentiam quidem non venerunt, sed ad patrocinandum Nestorio inter se conuenientes, contra sanctæ & œcumenicæ Synodi præsides depositionis sententiam scribere, eamque veluti ab vniuersa Synodo profectam, ad vestram pietatem deferre ausi sunt: quam vestra maiestas cum accepisset, firmam esse iussit; ab ipsa nimirum Synodo ortam esse rata, & non contra Synodum ab illis contextã, qui cum Nestorio sentiunt, seque de nobis propter Nestorii depositionem vlciscuntur; nullum prorsus crimẽ, quod contra sanctæ nostræ Synodi duces proferre queant, habentes. Atque ita ausi sunt piis vestris auribus fucum facere, vt depositio, quam contra sanctam Synodum moliti sunt, approbaretur; quæ tamen neque legitime, neque canonice, neque a multis decreta est. Quapropter & sancta

καὶ τῇ ἐκείνου βλασφημίᾳ συνυπαχθέντας, ἅπαντας τοὺς τὰ * αὐτὰ φρονοῦντας ἀκοινωνήτους πεποιήκαμεν, μέχρις ἂν ἀποστάντες τῆς διεφθαρμένης ἐκείνου διδασκαλίας, ἐπιγνῶσι τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν, ἣ ἄνωθεν ἐπηρειδόμενοι ἅπαντες σωζόμεθα. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἐπὶ διορθώσει τῶν ὑπαχθέντων νῦν ἐν τῇ πλάνῃ ὡρίσαμεν ταῦτα, τὴν αὐτῶν ἐκδεχόμενοι μεταμέλειαν· αὐτοὶ δὲ τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, μικρῷ πρός· ἦσαν γάρ τινες ἐν αὐτοῖς καὶ ἐξ ἑτέρων αἰτιῶν τοῖς κανόσιν ὑπεύθυνοι, καὶ προσειληφότες τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννην, ὃς καὶ αὐτὸς ὑπὲρ πολλῆς βραδυτῆτος ὑπεύθυνος ἦν αἰτιάσει· ἄλλοι δὲ ἐφ' ἑτέραις αἱρέσεσιν ἐλεγχόμενοι, τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ ἤδη καθηρημένοι· πρὸς μετάνοιαν μὲν οὐκ εἶδον, συναχθέντες δὲ * ἐπὶ προστασίᾳ Νεστορίου, κατὰ τῶν ἐξάρχων τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καθαίρεσιν γράψαι τετολμήκασι, καὶ ὡς ἐκ πάσης τῆς συνόδου γεγενημένην ἀνήγαγον ἐπὶ τὴν ὑμῶν εὐσέβειαν. ἣν δεξάμενον τὸ ὑμέτερον κράτος, ἐκέλευσε μένειν, νομίσαν ἐκ τῆς συνόδου ταύτην γεγενῆσθαι, καὶ οὐχὶ κατὰ τῆς συνόδου παρὰ τοῦ τὰ Νεστορίου φρονούντων, καὶ ἀμυνομένων ἡμᾶς ἐπὶ τῇ καθαιρέσει Νεστορίου, οὐκ ἔγκλημα λέγειν δυναμένων κατὰ τῶν ἐξάρχων τῆς ἁγίας ἡμῶν συνόδου. καὶ ἐτόλμησαν ἀπατῆσαι τὰς θεοφιλεῖς ὑμῶν ἀκοὰς, ὡς δεχθῆναι καὶ τὴν παρ' αὐτῶν γενομένην κατὰ τῆς συνόδου καθαίρεσιν· ἣν οὐδὲ ἐνθέσμως, οὐδὲ κανονικῶς, οὐδὲ πολλοὶ πεποιήκασι. διὸ καὶ ἡ ἁγία

ANNO CHRISTI 431.

* αὐτοῖ

* ἐπὶ προστασίαν, ἢ ἐν προστασίᾳ

ANNO CHRISTI 431.

συνόδος ἐνθέσμῳ καὶ κανονικῇ πράξει διέλεγξε τὰ ἐκεῖσε ἀπρεπῶς ἐκείνην ὑβριστικῶς καὶ ἐκ βλάβης κεκριμένα. ὅθεν καταφεύγομεν ἅπαντες ἐπὶ τὸ κράτος τὸ ὑμῶν εὐσεβείας, δεόμενοι τὰ μὲν κατὰ Νεστορίου πεπραγμένα, καὶ τῶν τὰ Νεστορίου φρονούντων, ἔχειν τὸ ἰδίαν ἰσχύν· τὰ δὲ παρὰ τῶν ἐκδικούντων Νεστόριον, διὰ τὸ φρονεῖν τὰ ἐκείνου, ἀθέσμως γεγενημένα καὶ τῶν ἐξάρχων τὸ ἡμετέρας συνόδου, μένειν ἄπρακτά τε καὶ ἀργὰ· ὡς μήτε ἀκολούθως ἢ κανονικῶς, μήτε ἐπὶ πλάσμασιν ἐληλεγμένων γεγυμνασμένα, ἀλλ' ἀμωμήτου ἕνεκα μόνης παρὰ τῶν φρονέντων τὰ Νεστορίου καὶ τὸ ἁγίας συνόδου τετολμημένα. εἰ γὰρ *ὅλως ἢ καὶ Νεστορίου τὸ ἁγίας συνόδου ψῆφος γεγένηται, καὶ πάντως τὸ ὑμέτερον κράτος ἐδέξατο, ὡς Νεστορίου γυμνοῦ κηρύξαντος τὴν ἀσέβειαν, δῆλον δήπου σωφρονεῖ καὶ τὸ ὑμέτερον κράτος, τὰ πεπραγμένα καὶ τὸ ἁγίας συνόδου παρὰ τῶν φρονέντων τὰ Νεστορίου, ἀπρεπέστατα παντελῶς μένειν καὶ ἄκυρα, ἐξ ὑδεμιᾶς αἰτίας τὸ εὔλογον ἔχοντα, ἢ ἐκ μόνης ἀμωμήτου, ὑπὲρ ὧν καὶ Νεστορίου ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος ἔπραξε. δεόμεθα τοίνυν τὸ ὑμέτερον κράτος, αὐτῆναι λοιπὸν ἡμᾶς τῆς θλίψεως, καὶ κελεῦσαι ἀποδοθῆναι ἡμῖν τοὺς ἐξάρχους τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου, τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα. εὔλογον δέ, ἐκδικηθείσης καὶ τῆς εὐσεβείας, καὶ τῶν βλασφημούντων αὐτὴν πεπαυμένων, τοὺς συναθλήσαντας ὑπὲρ τῆς πίστεως *ἡμῖν τιμῆς ἀπολαύειν, οὐ συγκαταkρίνεσθαι μετὰ τῶν ἐληλεγμένων ἐπὶ ταῖς ἀθέσμοις καὶ τῷ θεασόπου Χριστοῦ βλασφημίαις.

Synodus legitima canonicaque actione, ea quæ contumelioſe & abſque vlla ratione ab ipſis iudicata fuerant, euertit. Vniuerſi proinde ad pietatis veſtræ maieſtatem confugimus, ſupplicantes, vt quæ contra Neſtorium, eiuſque ſectatores geſta ſunt, robur ſuum obtineant; cetera vero, quæ ab illis qui Neſtorium vindicant, eo quod eiuſdem cum illo ſententiæ exiſtunt, contra Synodi noſtræ duces illegitime facta ſunt, inefficacia & irrita maneant; vt quæ neque conuenienter, neque canonice contra eos qui de nullo crimine conuicti ſunt, ſed ſola vindictæ libidine per temeritatem aduerſus ſanctam Synodum perpetrata ſunt ab illis qui cum Neſtorio ſentiunt. Etenim ſi ſanctæ Synodi ſententia in Neſtorium apertæ impietatis prædonem lata, eſt iuſta, & veſtra maieſtas illam approbauit; intelligit vtique, quæ contra ſanctam Synodum ab illis qui cum Neſtorio ſentiunt, facta ſunt, inefficacia penitus & irrita manere, cum ex nulla prorſus bona & conſentanea cauſa nata ſint, ſed ex ſolo vindictæ ſtudio, ob ea quæ ſancta & magna Synodus contra Neſtorium geſſit. Obteſtamur proinde veſtram maieſtatem, vt tandem nos ab hac tribulatione liberet, Cyrillumque & Memnonem Deo deuotiſſimos epiſcopos, ſanctæque huius Synodi principes, reſtitui nobis iubeat. Conſentaneum eſt enim, vt vindicata iam pietate, illiſque refrenatis qui eam labefactabant, hi qui vna nobiſcum pro fide decertarunt, honore perfruantur, non vt cum illis qui de nefandis in Chriſtum blaſphemiis conuicti ſunt, condemnentur.

Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus ſupplici huic libello ſubſcripſi. Subſcripſerunt itidem & omnes epiſcopi in commentariorum ſerie recenſiti.

Ιουβενάλιος ἐπίσκοπος Ιεροσολύμων ὑπέγραψα τῇς δεήσεσιν. ὁμοίως καὶ πάντες ⓐ ἐν τῇ σάσῃ τῶν ὑπομνημάτων ἐπίσκοποι. ANNO CHRISTI 431.

*Epiſtola miſſa a ſancta Synodo epiſcopis, preſbyteris, & diaconis qui ſunt Conſtantinopoli.

*Epiſtola Synodica ad clerum Conſtantinopolitanum.

*Πρὸς ⓑ κλῆρον Κωνσταντινουπόλεως συνοδικὴ ἐπιστολή. *Επιστολὴ συνοδικὴ πρὸς τὸν ἅγιον σύλλογον τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὁσιοτάτων, θεοφιλεστάτων, καὶ διακόνων.

Sancta Synodus, quæ per Dei gratiam, piiſſimorumque imperatorum iuſſum Epheſi conuenit, dilectis & deſideratiſſimis comminiſtris Conſtantinopoli agentibus, & religioſiſſimis eiuſdem ciuitatis preſbyteris & diaconis.

Ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν, καὶ διάταγμα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει συγκροτηθεῖσα, τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθουμένοις συλλειτουργοῖς, τοῖς κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διατρίβουσι, καὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως.

QVI in tanta rerum fluctuatione verſamur, tantiſq; bellis vndique impetimur, nec vllo tamen interea pacto vel ad placidum ſerenumque piiſſimorum & Chriſtianiſſimorum imperatorum aſpectum, vnde ſolum a tantis his moleſtiis liberationem ſperare licebat, admittimur; quam aliam conſolationis rationem inire poſſumus, quam vt quæ nos vrunt, apud noſtra membra deploremus? Vos autem œcumenicæ Synodi membra eſtis, qui pietatis zelum per omnia oſtendiſtis. Sciat itaque pietas veſtra, Epheſum perinde ac carcerem prorſus nos inhabitare; in qua iam trimeſtre ſpatium vſque adeo arcte incluſi tenemur, vt neque per mare, neque per terras libere & abſque diſcrimine quempiam omnino vel ad pium comitatum, vel in aliquem alium locum amandare queamus. Nam quotieſcumque ea quæ miſimus, reddi contigit,

ΤΟΙΣ σὺν τοσαύτῃ τεκμηρίᾳ καθεζῶσι πραγμάτων, καὶ πολλῶ μᾶλλον παντελῶς δεχομένοις τὸν πόλεμον, ὑδαμῶς ἢ συγχωρεμένοις, ὅτε τὸ ἥμερον καὶ γαλῆνιον τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων πρόσωπον, ὅθεν ἦν μόνον ἐλπίζειν τῶν δυσχερῶν τινὰ λύσιν, ποίαν ἂν ἄλλην ἐπινοηθῆναι παραμυθίαν, ἢ πρὸς τὰ ἴδια μέλη τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἀποδύρεσθαι; ὑμεῖς γὰρ μέλη τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλον διὰ πάντων ἐπιδεξάμενοι. Τοιγαροῦν γινωσκέτω ἡ ὑμετέρα εὐλάβεια, φρουρᾶς οὐδὲν πλέον ἡμᾶς τὴν Εφεσίων οἰκεῖν, καὶ τεσσαρακονθήμερον χρόνον λοιπὸν σὺν ταύτῃ καθεκκλεῖσθαι, μήτε διὰ θαλάσσης, μήτε διὰ γῆς ἀκινδύνως καὶ ἀδεῶς ἐκπέμπειν τινὰς ἐπὶ τὸ εὐσεβὲς στρατόπεδον ἢ ἐφ' ἕτερον τόπον συγχωρουμένους. καὶ γὰρ ὁσάκις τὰ παρ' ἡμῶν διαπεμφθέντα ἀποδοθῆναι ἴσχυσε,

ANNO CHRISTI 431.

διὰ μυρίων κινδύνων οἱ ταῦτα κομίζοντες, ἄλλοτε ἄλλως μεταχηματιζόμενοι, σωθῆναι δεδύνηνται. αἴτιον δὲ τοῦ οὕτως ἡμᾶς φρουρεῖσθαι, τὸ πάντα τὰ *καθ' ἡμᾶς ψευδῶς τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἀναφέρεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ, ὡς μανθανόμεν, ὡς στάσεις ἡμῶν ἐργαζομένων, οὕτω τὰς εὐσεβεῖς ἐδίδαξαν ἀκοάς· ἄλλοι δὲ, ὡς τῆς οἰκουμενικῆς ἡμῶν συνόδου καθελούσης τὴν τὰ πάντα θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας Κύριλλον, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον συνεπίσκοπον ἡμῶν Μέμνονα, οὕτως ἀνενέγκαι ἐτόλμησαν· ἕτεροι δὲ τάχα καὶ τοῦτο προσθεῖναι ἐθάρρησαν, ὡς ἡμῶν καταδεξαμένων τῷ τῆς ἀποστασίας συνεδρίῳ εἰς φιλικοὺς λόγους ἐλθεῖν, ὧν ἔξαρχος ὁ τῆς Ἀντιοχέων Ἰωάννης ἐστί. καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ ταῦτα γνωσθῆναι, ἡ πολλὴ καθ' ἡμῶν φρουρὰ, καὶ ὁ πολὺς γίνεται πόλεμος. ἐν ἀμηχανίᾳ τοίνυν ὑπάρχοντες οὐ μικρᾷ, πρὸς τὴν ὑμετέραν γράψαι θεοσέβειαν *ἐσπεύσαμεν· εἰδότες, ὅτι τέκνων γνησίων τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐπέχοντες τάξιν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν προδοθῆναι μηδαμῶς ἀνεχόμενοι, μετὰ πολλῆς ἱκεσίας, καὶ δακρύων, καὶ τούτων τῶν γραμμάτων, προσπίπτοντες τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ, *διδάξατε, τὰ *καθ' ἡμῶν πάντα. ἡμεῖς γὰρ οὔτε κατέγνωμεν τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν περὶ Κύριλλον καὶ Μέμνονα, ἀλλὰ καὶ μεγάλης *δόξης καὶ στεφάνων ἀξίους ἡγούμεθα, μόνους καὶ πρώτους ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ζήλῳ τῷ κατὰ θεὸν κινηθέντας, καὶ παντοίους γενομένους ἐκκόψαι τὸν τῆς ἀσεβείας κήρυκα, τὸν ἀσεβέστατον

*καθ' ἡμῶν

*ἐσπουδάσαμεν.

*ἴσως, διδάξετε

*καθ' ἡμᾶς

*ἀποδοχῆς

vt tabellarii sexcenta vitæ discrimina euaderent, in alias atque alias formas sese transformare coacti sunt. Quod autem tam diligenter custodimur, hoc aliunde non prouenit, quam quod ad piissimos imperatores omnia contra nos falso deferuntur. Nam alii, vt accepimus, quasi seditionis auctores apud pias Augustorum aures nos incusant: alii sic suggerere ausi sunt, quasi œcumenica nostra Synodus Cyrillum sanctissimum, Deoque dilectissimum archiepiscopum Alexandrinum, & sanctissimum, Deoque deuotissimum coepiscopum nostrum Memnonem deposuisset. Quidam & hoc fortassis adiicere veriti non sunt, quod cum defectionis conciliabulo, cuius dux est Ioannes Antiochenus, amicũ colloquium inire nobis placuerit. Ne igitur hæc patefiant, tanta diligentia custodimur, tantumque bellum contra nos concitatur. Cum ergo in magna difficultate constituti simus, ad vestram pietatem scribere festinauimus. Scimus enim, vos germanorum filiorum locum apud œcumenicam Synodum retinentes, atque ita affectos, vt orthodoxam fidem nulla ratione prodi velitis, cum multa supplicatione & lacrymis, simulq; cum his literis ad piissimi Christianissimique imperatoris genua aduolutos, illum de omnibus quæ contra nos geruntur, instructuros. Nos enim memoratos sanctissimos, Deoque dilectissimos episcopos Cyrillum & Memnonem non condemnauimus, sed magna commendatione, coronisque dignos censemus; vt qui soli primique plusquam reliqui omnes diuino zelo commoti, impiissimum

Neſtorium impietatis præconem excindere, eccleſiaſque ab hoc piaculo repurgare, quibuſcumq; modis elaborarint. Neque vero nunc a prædictorum ſanctiſſimorum epiſcoporum communione nos ſeiungi ſuſtinebimus; ſed vna cum illis in exilium pelli, maximi quoque lucri loco ducturi ſumus. Certum autem nobis eſt, illud ſchiſmaticorum conciliabulum ad communionem non admittere: imo vero communibus omnium vocibus Ioannem Antiochenum, & qui cum illo faciunt, in facie eccleſiæ iam anathematizauimus: primum quidem, quod impietatis præconem Neſtorium vna nobiſcum deponere noluerint, ſed & familiariter cum illo verſari, eidemque ſemper patrocinari perrexerint: deinde vero, quod poſt iniquiſſimum, & a Canonibus alienum, contumeliæ & calumniæ conatum in prædictos ſanctiſſimos epiſcopos, piis Chriſti amantium imperatorum auribus imponere non dubitarunt: poſtremo autem, quod cum Neſtorio ſentire nequaquam ceſſant. Propter hæc omnia ſemel illos ab eccleſiaſtica communione abſcidimus, omnemque ſacerdotii functionem ademimus, & eos excommunicauimus: ac ipſis eccleſiis (quod abſit) priuari malumus, quam ad communionē cum ipſis amplius redire; præſertim niſi omnia ſua delicta, quorum ſupra meminimus, correxerint. Notum autem hoc quoque facimus veſtræ pietati, vt ipſi eodem illos loco habeatis. De his itaque & pientiſſimum ac Deo dilectiſſimum imperatorem certiorem facite, ac totius vos Synodi nomine ſupplicate, vt ii nobis reſtituan-

Νεστόριον, καὶ τὰς ἐκκλησίας τοῦ τοιούτου καθαρθῆναι μύσους. οὔτε δὲ νῦν ἀνεξόμεθα τῆς τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων κοινωνίας χωρισθῆναι, ἀλλὰ καὶ συνεξορισθῆναι τούτοις κέρδος μέγιστον ἡγούμεθα. κέκριται δὲ ἡμῖν μηδὲ τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον εἰς κοινωνίαν δέξασθαι· ἀλλὰ καὶ ταῖς πάντων ἀνεθεματίσαμεν φωναῖς ἐπ' ἐκκλησίας Ιωάννην τε τὸν Αντιοχείας, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, πρότερον μὲν *ἐφ' οἷς συγκαθελεῖν ἡμῖν τὸν τῆς ἀσεβείας κήρυκα Νεστόριον οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλὰ καὶ σὺν αὐτῷ διάγοντες, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ποιούμενοι τὸν λόγον οὐδαμῶς ἐπαύσαντο· ἔπειτα δὲ ἐφ' οἷς καὶ τὴν παρανομωτάτην, καὶ τῶν κανόνων ἀλλοτρίαν ἐγχείρησιν τῆς κατὰ τῶν προειρημένων ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ὕβρεώς τε καὶ ἐπηρείας ποιησάμενοι, συναρπάσαι τὰς εὐσεβεῖς τῶν φιλοχρίστων βασιλέων ἀκοὰς ἐτόλμησαν· μετὰ δὲ *τοῦτο καὶ διὰ τὸ τοῦ φρονήματος τοῦ Νεστορίου μηδαμῶς ἀποστῆναι. διά τοι ταῦτα πάντα ἅπαξ αὐτοὺς πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀποτεμόντες, καὶ πᾶσαν ἱερατικὴν ἐνέργειαν περιελόντες, ἀφωρίσαμεν· κρίσεως ὄντες, μᾶλλον δὲ τῶν ἐκκλησιῶν, ὅπερ ἀπείη, ἐκστῆναι, ἢ τούτοις ἔτι ἐλθεῖν εἰς κοινωνίαν, μάλιστα μὴ διορθωσαμένοις ἅπαντα τὰ προειρημένα αὐτῶν πλημμελήματα. γνωρίζομεν δὲ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ὥστε ἐν τῇ ἴσῃ αὐτοὺς ἔχειν τάξει. ταῦτα οὖν παρακλήθητε, καὶ τὸν εὐσεβέστατον καὶ φιλόχριστον βασιλέα διδάξαντες, αἰτῆσαι ὑπὲρ πάσης τῆς συνόδου, ἀποδοθῆναι ἡμῖν τοὺς

ANNO CHRISTI 431.

*ἐν οἷς

*πούτων

ANNO CHRISTI 431.

ὑπὸ τῶν κανόνων μηδαμῶς καταγνωσθέντας, τουτέστι, τοὺς ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Κύριλλον καὶ Μέμνονα· ἐλεηθῶμεν δὲ ἡμεῖς, καὶ ἀπὸ τοῦ βδελυροῦ τούτου ἀνακληθῶμεν λοιπόν· καὶ εἰ μὲν ἄξιοί ἐσμεν ἰδεῖν τὸν εὐσεβέστατον καὶ φιλοχρίστου βασιλέως τὸ πρόσωπον, τοῦτο ἐπιτρεπέτω ἡμῖν ποιῆσαι· εἰ δὲ μὴ ἀξιοί τούτου ἐκρίθημεν, κἂν εἰς τὰς ἑαυτῶν ὑποστρέψαι ἐκκλησίας· ἵνα μὴ ἐνταῦθα πάντες καταφθαρῶμεν, οἱ μὲν ὑπὸ νόσου, οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίας ἀναλισκόμενοι. διὰ δὲ τὸ μὴ ὄχλον πολὺν ἐνθεῖναι τοῖς ὑποσταφαῖς, ἠρκέσθημεν τῶν πρέσβεων χειρί.

tur, qui nullo modo a Canonibus sunt condemnati, videlicet sanctissimi Deoque dilectissimi episcopi Cyrillus & Memnon: & vt nostri misertus, ex hoc tandem speciosо ergastulo nos reuocet: &, si quidem digni sumus qui pientissimi Christique amantis imperatoris faciem videamus, id fieri mandet: si vero indigni iudicamur quibus hoc obtingat, saltem ad ecclesias nostras redire nos sinat; ne hic vniuersi, alii morbis, alii mœstitia consumpti pereamus. Ne autem multa esset turba subscriptionum, sat nobis fuit, si soli præsides subscriberent.

. . . . . .
. . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Commonitorium cum relatione directum clero Constantinopolitano.

NECAMVR æstibus, cum aeres sint graues; & pene quotidie aliquis sepelitur, ita vt omnes pueri languentes ad propria remittantur: & alii omnes episcopi * in his sunt. Vnde consequens est, reuerentiam vestram adire Christo amabilem principem, & dicere quia opprimitur Synodus ab his qui prohibent terminum dari, vt absolute languore * necentur. Scire vero reuerentia vestra debet, quia licet in tantum nitantur, vt omnes moriamur; non tamen fiet aliud, præter hæc quæ decreta per nos sunt, a Saluatore nostro Christo.

* necemur

ANNO CHRISTI 431.

Exemplum epistolæ a Cyrillo archiepiscopo scriptæ ad Theopemptum, Potamonem & Danielem reuerendissimos episcopos Constantinopoli agentes, de iis quæ insidiose passus est per scripta Nestorii & Ioannis.

Ισον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις, Θεοπέμπτῳ, καὶ Ποτάμωνι, καὶ Δανιήλῳ, ὑπὲρ ὧν ἔπαθε συσκευῶν, * τῶν κατὰ Νεστορίου καὶ Ιωάννου χαρτίων.

Cyrillus Theopempto, Danieli & Potamoni, dilectis comministris, in Christo salutem.

Κύριλλος Θεοπέμπτῳ, καὶ Δανιήλῳ, καὶ Ποτάμωνι, ἀγαπητοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

MVLTÆ istic contra nos excitatæ sunt calumniæ, partim quidem, quasi multi ex Alexandrinis balneis nos consecuti; partim vero, quasi canonicæ nobiscum egressæ sint: vt autem fertur, dictum est a calumniatoribus, Nestorium non sanctæ Synodi voluntate, sed meis artibus exauctoratum esse. Sed benedictus Saluator, qui talia dicentes redarguit. Etenim posteaquam dominus meus magnificentissimus & gloriosissimus comes sacrarum largitionum Ioannes Ephesum venisset, nihilque eorum veritate niti comperisset, condemnauit eos qui talia nugati fuerãt. Agnouit autem sanctam Synodum fidei causa contendisse studio proprio, neque mihi, neque vlli alteri gratificantem, sed diuino zelo motam, quod blasphemias illius ferre non posset, Nestorium condemnasse. Posteaquam vero religiosissimorum, Christique amantium imperatorum literę, quibus trium depositiones dicebantur suscipiendæ, lectæ fuerunt, custodiæ traditi sumus, & adhuc custodimur,

ΠΟΛΛΑΙ καθ' ἡμῶν γεγόνασιν ἐκεῖσε διαβολαί· τοῦτο μὲν, ὡς ἀπὸ τῆς Αλεξανδρέων ἀκολουθησάντων ἡμῖν ἐκ τοῦ βαλανείου πολλῶν· τοῦτο δὲ, ὡς κανονικῶν ἐξελθουσῶν· ὡς δέ φασιν, ὅτι εἴρηται παρὰ τῶν διαβεβληκότων, ὅτι κατὰ συσκευὴν ἐμὴν, καὶ οὐ κατὰ σκοπὸν τῆς ἁγίας συνόδου, τὴν καθαίρεσιν ὑπέμεινε Νεστόριος. ἀλλ' εὐλογητὸς ὁ σωτὴρ, ὁ τοῦ τὰ τοιαῦτα λέγοντας ἐλέγξας. ἐλθὼν γὰρ εἰς τὴν Εφεσίων ὁ κύριός μου ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος κόμης τῶν θείων λαργιτιώνων Ιωάννης, κατέγνω τῶν τὰ τοιαῦτα πεφλυαρηκότων, οὐδὲν εὑρὼν ἀληθές. εἶδε δὲ, ὅτι ἰδίαν ἔνστασιν ἡ ἁγία σύνοδος τῆς πίστεως ἔχει, καὶ οὔτε ἐμοὶ χαριζομένη, οὔτε ἑτέρῳ τινὶ, ἀλλὰ θείῳ ζήλῳ κινουμένη, καὶ οὐκ ἐνεγκοῦσα τὰς ἐκείνου βλασφημίας, κατεψηφίσατο αὐτοῦ. ἀναγνωσθέντος δὲ καὶ τοῦ γράμματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, δι' οὗ αἱ τῶν τριῶν καθαιρέσεις ἐλέγοντο εἶναι δεκτέαι, ἐφρουρούμεθα τέως, οὐδὲ

ANNO CHRISTI 431.

οὐδὲ εἰδότες τὸ ἐκβησόμενον. πλὴν εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ, ὅταν καταξιωθῶμεν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ οὐ δεσμῶται γενέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἕτερα πάντα ὑπομεῖναι. οὐ γὰρ ἄμισθον τὸ προσαγόμενον. ἐσπουδάζετο δὲ ἡ σύνοδος κοινωνῆσαι Ἰωάννῃ, ἀλλ' ἐνίσταται λέγουσα· ἰδοὺ τὰ σώματα, ἰδοὺ αἱ ἐκκλησίαι, ἰδοὺ αἱ πόλεις, ἐξουσίαν ἔχετε· ἡμᾶς κοινωνῆσαι ἀδιάπτωτον τοῖς ἀνατολικοῖς, ἂν μὴ λυθῇ τὰ κατασκευασθέντα ἐκ τῆς ἀπ' αὐτῶν συκοφαντίας κατὰ τῆς συλλειτουργῶν ἡμῶν, ὁμολογήσωσι δὲ καὶ τὴν πίστιν ὀρθήν· καταγινώσκοντας δὲ τὰ Νεστορίου καὶ λαλοῦντες, καὶ φρονοῦντες, καὶ ὁμολογοῦντες. ἡ πᾶσα οὖν ἔνστασις ἐν τούτοις. εὐχέσθωσαν ὑπὲρ ἡμῶν πάντες οἱ ὀρθόδοξοι. ὡς γὰρ φησιν ὁ μακάριος Δαυίδ· ἐγὼ δὲ εἰς μάστιγας ἕτοιμος.

ignari prorsus quo tandem res hæc sit euasura. Verumtamẽ gratias agimus Deo, si pro nomine illius digni habeamur non solum vinculis cõstringi, sed cetera quoque omnia perpeti. neque enim ista præmiis suis carebunt. Non potuit autem sancta Synodus induci, vt cum Ioanne communicaret, sed resistit, dicens: Ecce corpora, ecce ecclesias, ecce ciuitates; potestatem habetis: nos autem vt prius cum orientalibus communicemus, quam ea dissoluantur, quæ per illorum calumniam contra comministros nostros comparata sunt, ac rectam fidem confiteantur, id fieri nullo modo potest. Dignoscuntur enim Nestorii dogmata loqui, sentire & confiteri. Tota itaque contentio in his posita est. Precentur pro nobis orthodoxi omnes. Vt enim beatus Dauid ait: *Ego vero in flagella paratus sum.* Psal. 37. v. 18.

Ἰσον ἐπιστολῆς γραφείσης τῇ κατὰ Ἔφεσον ἁγίᾳ συνόδῳ παρὰ τῶν εὑρεθέντων κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐπισκόπων, Μεσορὴ κ'. ἰνδικτιῶνος ιε'.

Exemplum epistolæ, quam episcopi quidam Constantinopoli reperti ad sanctam Synodum Ephesinam miserunt, vigesima mensis Mesori, indictione XV. Secundum Romanos XIII. Augusti.

Τοῖς * παναγίοις καὶ θεοφιλεστάτοις * ἀρχιεπισκόποις καὶ πατράσι, τοῖς συναχθεῖσι κατὰ θεοῦ χάριν κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, Κελεστίνῳ, Κυρίλλῳ, Ἰουβεναλίῳ, Φίρμῳ, Φλαυιανῷ, Μέμνονι, Ἐρενιδίῳ, Θεοδότῳ, Ἀκακίῳ, καὶ πάσῃ τῇ * καθ' ὑμᾶς ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, παρὰ τῶν εὑρεθέντων κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐπισκόπων, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Sanctissimis Deoque dilectissimis episcopis ac patribus, qui per Dei gratiam in Ephesiorũ metropoli congregati sunt, Cælestino, Cyrillo, Iuuenali, Firmo, Flauiano, Memnoni, Hereniano, Theodoto, Acacio, vniuersæque vestræ sanctæ & œcumenicæ Synodo, episcopi in vrbe Constantinopolitana constituti, in Domino salutem.

ΕΔΕΙ μὲν ἡμᾶς μὴ ταῖς ψυχαῖς μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς σώ-

OPORTEBAT quidem nos non animis tantum, sed cor-

poribus quoque vestræ sanctitati præsentes, & tentationum molestiæ reddi participes, & præmiis vobiscum coronari. Quia vero bellum aduersus sanctam Synodum suscitatum etiam hucusque pertingit, & mare clausum, & terra ob collocatas in viis insidias hinc abeuntibus imperuia est; aliud quod præstemus non habentes, lacrymas precesque pro nostra parte contribuimus; dexterarumque loco, cum ad sanctitatem vestram peruenire nequeamus, animi promptitudinem accommodauimus; eos quidem qui a vobis damnati sunt, simul condemnantes, sanctosque Christi pariter subleuantes. Sed neque iis qui hic sunt, inutiles extitimus. Nam & populum confirmauimus, & plurimorum zelum inflammauimus, & sacerdotibus, in quibuscumque visum eis fuit, operam præstitimus. Verum quia hæc parua sunt, & quæcumque ab absentibus fieri possunt, non dubitauimus hanc quoque epistolam ad vos mittere, vestros sudores, quos pro religione profunditis, beatos prædicantes, nec non elogia, quæ de sanctis prophetis & patribus prodita sunt, omnibus & singulis vobis, sancti patres, personantes: quoniam tamquam patres sancti, cælestique vocatione digni, sicut oues occisionis reputati estis, tota die pro Christo mortificati, egentes, afflicti, angustiati, quibus dignus non erat mundus. Sed & vos quoque quid opus sit facto, per epistolam nobis explicate: vt si sanctam Synodum adire, quodque certaminis adhuc reliquum est, vna vobiscum tolerare necesse fuerit, alacriter, quæ nostra

Hebr. 3. Rom. 8. v. 36 Hebr. 11. v. 37.

μασι συνόντας τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, καὶ τὴν ἐκ τῶν πειρασμῶν θλίψιν μερίζεσθαι, καὶ μεθ' ὑμῶν στεφανοῦσθαι τοῖς ἄθλοις. Ἐπεὶ δὲ ὁ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον πόλεμος καὶ μέχρις ἡμῶν ἐξετείνετο, καὶ ἄπλους μὲν ἡ θάλασσα, ἄβατος δὲ ἡ γῆ τοῖς αὐτόθεν ἀφικομένοις διὰ τοὺς ταῖς ὁδοῖς ἐφεδρεύοντας, οὐκ ἔχοντες ὅ, τι ποιήσομεν, δάκρυσι καὶ λιταῖς τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισηνέγκαμεν. Φθάσαι δὲ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα μὴ δυνάμενοι, τὰς προθυμίας ὑμῖν ὡς χεῖρας ἐχρήσαμεν, τοὺς μὲν καθῃρημένους συγκαθαιροῦντες, καὶ τοὺς ὁσίους τοῦ Χριστοῦ συνεγείροντες. ἐγενόμεθα δὲ οὐδὲ τοῖς ἐνταῦθα ἄχρηστοι, ῥωννύντες μὲν τὸν λαὸν, καὶ τῶν *πλείστων τὸν ζῆλον ἐξάπτοντες, ὑπηρετοῦντες δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ὅσα ἐδόκει ἐκείνοις. Ἀλλ' ἐπεὶ μικρὰ ταῦτα, καὶ ὅσα ἀπόντες δύνανται, ἐθαρσήσαμεν καὶ τήνδε ἐκπέμψαι τὴν ἐπιστολὴν, τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἱδρῶτας ὑμῶν μακαρίζοντες, καὶ ἰδίᾳ *ἑκάστων τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ κοινῇ πᾶσι τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ τῶν πατέρων ἐπιφθεγγόμενοι· ὅτι ὡς πατέρες ἅγιοι, καὶ τῆς ἐπουρανίου κλήσεως ἄξιοι, ἐλογίσθητε ὡς πρόβατα σφαγῆς, ὅλην τὴν ἡμέραν ὑπὲρ Χριστοῦ θανατούμενοι, ὑστερούμενοι, κακουχούμενοι, θλιβόμενοι ὑμεῖς, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Ἀλλὰ δότε καὶ ἡμῖν τῶν πρακτέων συμβουλὴν δι' ἐπιστολῆς· ἵνα, εἰ μὲν δεῖ καταλαβεῖν τὴν ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὰ ὑπόλοιπα τῶν ἀγώνων συνδιενεγκεῖν, τοῦτο ποιήσω-

ANNO CHRISTI 431.

*πλειόνων

*ἑκάστου

ANNO CHRISTI 431.

μεν· πρόθυμον γὰρ τὸ καθ' ἡμᾶς. εἰ δὲ μένειν ἐνταῦθα κελεύετε, ἐπεὶ διὰ τοῦ προσκυνητὸν θεὸν χρηστὰ καὶ τὰ παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως* ἡμῖν ἀγγέλλεται, τοῦτο φανερὸν καταστήσατε, ἵνα μὴ ἐπὶ πολὺ ὦμεν ὑπὸ τῆς ἄγαν φροντίδος ἐκδαπανώμενοι.

* ἡμῶν ἀγγέλματα,

est promptitudo, aduolemus: sin autem hic manendum esse iusseritis, (nam & Dei amantissimus & piissimus imperator propter adorandum Deum meliora de nobis cogitare dicitur) hoc ipsum significate; ne graui ista solicitudine & cura diutius conficiamur.

Ἀντίγραφον τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἐπισκόπους εὑρεθέντας ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Sanctæ Synodi ad eosdem episcopos Constantinopoli repertos rescriptum.

Τοῖς εὐλαβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις συλλειτουργοῖς, Εὐλαλίῳ, *Εὐτροχίῳ, Ἀκακίῳ, Χρυσαφίῳ, Ἱερεμίᾳ, Θεοδούλῳ, Ἡσαΐᾳ, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ χάριν θεοῦ καὶ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συγκροτηθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

* Εὐτροχίῳ,

Reuerendissimis, Deoque dilectissimis comministris, Eulalio, Eutrechio, Acacio, Chrysaphio, Ieremiæ, Theodulo, Isaiæ, sancta Synodus, quæ per Dei gratiam, piissimorumque ac Christi amantium imperatorum nostrorum decretum in Ephesiorum metropoli congregata est, in Domino Sal.

ΤΟΥΣ οὕτω διακειμένους, ὡς ἐδήλωσεν ἡμῖν καὶ τὰ γράμματα, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τοῖς σώμασι συναθλεῖν, καὶ οὓς διηυτλήσαμεν ἐνταῦθα πόνους, κοινοὺς ἡγεῖσθαι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀγῶσιν οὐκ ὀλίγα τοῖς ἀγωνιζομένοις οἱ σπουδαῖοι *συναίρονται τῶν θεατῶν, καὶ τῶν παλαισμάτων ὑποβάλλοντες τὴν πεῖραν, καὶ πρὸς τὴν νίκην ἐγείροντες, καὶ παρεγγυῶντες ἃ δεῖ τοὺς ὑπὲρ τῆς δόξης ἀγωνιζομένους ποιεῖν. τῇ δὲ θεοσεβείᾳ ὑμῶν πλεῖον τῆς τέχνης ταύτης ἐπινενόηται, τὸ εὐχαῖς ἡμᾶς δυναμοῦν, καὶ ἐξιλεοῦσθαι ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ θεὸν, ὡς ἂν μὴ περαθείημεν

* παρέχονται

QVI ita affecti sunt, vt & literæ vestræ testatum nobis faciunt, nihil mirum est si animo & corpore simul decertent, laboresque quos hoc loco exantlauimus, communes esse ducant. Nam & in certaminibus, spectatores qui certantibus fauent, illis non parum præsidii afferunt, dum luctaminum vsum suggerunt, & certantes ad victoriam excitant, illaque denuntiant, quæ pro gloria obire oportet. At vestra pietas hac arte non contenta, quiddam etiam amplius præstandum cogitauit; nempe vt precibus nos confirmaret, & Deum propitium placatumque redderet, ne videlicet supra id quod

ferre possumus, tentaremur; aut vt impugnati vincamus oppugnatores. Quin & curarum quoque, laborumque nostrorum participes estis. Solent enim maioribus plerumque curis angi qui procul absentes rerum euentum audiunt, quam qui semetipsos in certamina dederunt. Non parum autem nos consolatur, illorum qui nos insectantur, artes & machinationes adeo non latuisse, vt ea quæ improbe aduersus sanctam Synodum moliti sunt, ad vos etiam vsque perlata sint. Scimus enim fore, vt singula per vestram pietatem ad piissimorum quoque imperatorum aures deferantur, omnesque molestiæ e medio facessant, vbi primum per vos constiterit, quanta vi Ioannes Antiochenus cum suis in nos insaniuerit; quantaque illegitime præter Canones contra sanctissimos piissimosque episcopos Cyrillum & Memnonem, & contra sanctam Synodum præsumpserint. Arbitramur enim, Deo dilectum piissimumque imperatorem nihil horum dilucide intellexisse: alioquin ii qui bellum istud aduersum nos suscitant, nunquam tantum potuissent, vt nos, qui iniuriam perpessi sumus, perinde ac si iniuriam intulissemus, insimulati, misericordia indigni censeremur: maxime vero cum de offendentibus nunquam nos vlcisci tentauerimus, sed vltro perpessioni nos exposuerimus. Quod vero sanctitas vestra prohibeatur quo minus ad nos peruenire queat, id ex nostrarum rerum statu proficiscitur. Tam arcte enim terra marique nunc obsidemur, vt nihil eorum quæ euenerunt, vestræ sanctitati significare potuerimus. Fuit au-

ΠΡΟ ὃ δυνάμεθα φέρειν, ἢ πειραθέντες κρείττοις τῶν πειραζόντων γενώμεθα. κεκοινωνήκατε δὲ ἡμῖν τῇ φροντίδι τῶν πόνων· εἰώθασι γὰρ πλεῖον ὑπὸ τῆς μερίμνης πάσχειν οἱ πόρρωθεν μανθάνοντες τὰ γινόμενα, ἢ οἱ τοῖς ἀγῶσιν * ἐμβεβηκότες αὐτοῖς. ἱκανὸν δὲ ἡμῖν εἰς παραμυθίαν, τὸ μὴ ἀγνοηθῆναι τὰς τῶν ἐναντίων καθ' ἡμῶν ἐπιτεχνήσεις, ἀλλὰ καὶ ἄχρις ὑμῶν ἐλθεῖν τὰ κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου τολμώμενα. ἴσμεν γὰρ, ὅτι διὰ τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας καὶ εἰς τὰς τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἀκοὰς ἕκαστα παρελεύσεται, καὶ λύσις ἔσται τῶν δυσχερῶν, δηλωσάντων * ἡμῖν τήν τε Ιωάννου τοῦ Ἀντιοχέως ἀπόνοιαν καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, καὶ ὅσα αὐτοῖς ἀθέσμως παρὰ τοὺς κανόνας κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου καὶ Μέμνονος, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τετόλμηται. λογιζόμεθα γὰρ μηδὲν τούτων σαφῶς ἐγνωκέναι τὸν θεοφιλῆ καὶ εὐσεβέστατον βασιλέα· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἴσχυσαν οἱ τὸν καθ' ἡμῶν ἐγείροντες πόλεμον, ὥστε μηδὲ οἴκτου ἡμᾶς * ἀξιῶσαι ἀδικουμένους, ἀλλ' ὡς ἀδικοῦντας ἐν ἐγκλήμασιν εἶναι· καὶ ταῦτα πρὸς τὸ πάσχειν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότας, πρὸς ἄμυναν δὲ οὐδεμίαν τῶν * ἀδικούντων ἐγειρομένους. τὰ δὲ κωλύσαντα τὴν ὁσιότητα ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι, ἡμᾶς ἔχει τὴν πρόφασιν. πολιορκία γὰρ ἀκριβὴς ἡμᾶς νῦν συνέχει ἐκ γῆς τε καὶ θαλάττης, ὥστε μηδὲ γνωρίζειν τῇ ὑμῶν ὁσιότητι δύνασθαι τὰ * γεγενημένα. τῶν δὲ δα-

ANNO CHRISTI 431.

* ἐμβεβληκότες ἑαυτοῖς.

* ἡμῶν, ἢ, ὑμῶν

* ἀξιοῦσθαι

* ἀδικουμένων

* γενόμενα.

ANNO CHRISTI 431.

κρύων εργον καὶ τῆς προσευχῆς ὑμῶν ἐγένετο, τὸ ἕκαστον ἡμῶν, τῶν μήπω πρὸς τὸ τέλος συνελθόντων, τὴν αὐτὴν ἔχειν ἐπὶ τῷ πράγματι κρίσιν, καὶ ἀσυμβάτως πρὸς αὐτοὺς διακεῖσθαι, πολλῆς ἀνάγκης εἰς τοῦτο τῶν ἀρχόντων ἡμᾶς συνελαυνούσης. καὶ ἐν τούτῳ δὲ τῆς εὐνοίας ὑμῶν τὸ μέρος ἔχομεν, κοινωνοὺς ὑμᾶς καὶ τῶν ἀγώνων καὶ τῶν * ἄθλων εἰδότες. καὶ ὃ ἐπὶ τῶν τοὺς ἁγίους μάρτυρας ἀγαπώντων ἴσμεν γινόμενον, τοῦτό ἐστι καὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας θεοφιλίας ἰδεῖν. ἔξω γὰρ τῶν ἀγώνων ὄντες, τέως ἀπονητὶ τῶν στεφάνων κατηξιώθητε, εὐνοίᾳ μὲν τοῖς ἀδικουμένοις προσκείμενοι, τοὺς δὲ ἐπαναστάντας καταδικάζοντες· ὡς μηδὲν ὑμᾶς δοκεῖν τῇ ἀπολείψει ἔλαττον ἔχειν, εἰς πάντα ὑμῶν ταῖς ἡμετέραις συμφερομένων γνώμαις. οὐ μικρὸν δὲ εἰς ἀφορμὴν νίκης τοῖς μαχομένοις, ἀλλὰ καὶ μέγιστον εἰς παράκλησιν, ὃ καὶ ὑμᾶς ἐμάθομεν πεποιηκέναι, τοῦ λαοῦ τοῦ ζῆλον αὐξάνοντας, καὶ θαῤῥεῖν κατὰ τῶν ὑπεναντίων ἐγείροντας. λείπεται δὲ, κατὰ χώραν μένοντας τὰ αὐτόθι γνωρίζειν ἡμῖν, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν εἰς γνῶσιν τῶν θειοτάτων βασιλέων καὶ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἄγειν. τοῦτο γάρ ἐστι μᾶλλον εἰς ἐπικουρίαν αὔταρκες, ἢ εἰ καταλαβόντες ἡμᾶς, συνταλαιπωρεῖν ἡμῖν πολιορκουμένοις ἀνάσχοισθε. λογιζόμενοι δὲ μὴ ἐληλυθέναι εἰς γνῶσιν ὑμετέραν τὰ πρόην ἀποσταλέντα, καὶ αὖθις τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν τῶν αὐτῶν ἀντίτυπα διεπεμψάμεθα· ἀνηνέγκαμεν δὲ πάλιν καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσι. καὶ γενέσθω τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν ἐπιμελὲς

* πόνων

tem vestrarum precum & lacrymarum beneficium, quod vnusquisque nostrum, qui nondum ad finem conuenimus, eamdem de hac re sententiam habeat; conuentionemq; cum illis detrectare pergamus, etiam si principes non parum vehementer ad hoc nos impellant. Qua etiam in re vestræ beneuolentiæ participes sumus, non ignorantes, quod laborum certaminumque vos socios habemus: & quod iis qui sanctos martyres diligunt, vsu venire scimus, hoc ipsum & in vestra quoque pietate obseruamus. Nam etsi pugnæ expertes estis, interea tamen citra laborẽ coronas obtinuistis, dum iniuria quidem affectis beneuolentia præsto estis, inuasores autem condemnatis; ita vt ex absentia nihil damni capere videamini, quippe qui per omnia cum nostro sensu congruitis. Neq; vero parum ad victoriæ occasionem certantibus, imo etiam ad consolationem plurimũ adiuuat, quod fecisse vos intelleximus. Nam & populi zelum auxistis, & vt aduersariis viriliter obsistant, animatis. Superest autem, vt isto in loco permanentes, de iis quæ istic contingunt, certiores nos faciatis, resque nostras & sacratissimis imperatoribus, & ecclesiæ sanctæ declaretis. Hoc enim longe præsentius subsidium afferet, quam si huc delati, afflictiones & obsidionem nobiscum sustineatis. Ceterum cum existimaremus, quæ nuper scripsimus, ad vestram cognitionem non peruenisse, rursum earumdem rerum exempla ad vestram pietatem misimus: sed & alteram quoque relationem piissimis imperatoribus obtulimus. Vestræ pietatis erit diligenter ob-

seruare, vt si quidem reddita fuerint, relata reducatis in eorum memoriam: sin minus, saltem pietas illorum intelligat, quæ ante, quorumdam insidiis intercepta, ad pietatis ipsorum notitiam peruenire nequiuerunt. Optamus vos in Domino valere, dilecti ac desideratissimi fratres.

μαθεῖν, ἵν' εἰ μὲν ἐπιδέδονται, ὑπομνησθῶσι περὶ τῶν ἀνηνεγμένων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο γεγένηται, ἵνα νῦν γοῦν μάθῃ αὐτῶν ἡ εὐσέβεια, ἃ πρότερον ἐπιβουλεύοντες ἡμῖν τινες, ἀγνοῆσαι τὴν αὐτῶν θεοφιλίαν ἐσπούδασαν. ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί.

ANNO CHRISTI 431.

Cleri Constantinopolitani pro sancta Synodo Ephesina obtestatio, & supplex libellus.

Δέησις καὶ ἱκεσία ὑπὸ τοῦ κλήρου Κωνσταντινουπόλεως, ὑπὲρ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου.

CVM non ignoremus, vestram pietatem sanctas Dei ecclesias, fidemque piam in illis prædicatam, & a maioribus traditam, magni semper fecisse; qualiter præterea illius causa a nobis hucusque elaboratum sit, & quantum ipsius studio vestra pietas præstiterit; non dubitamus præsentem ecclesiæ turbationem ad vestras Christi studiosas aures referre. Etenim professionis nostræ scopus, piissimi imperatores, præter alias leges, omnibus quoque principatibus & potestatibus obediendum esse cauet, dummodo tamen eiusmodi obedientia animæ conferat. Quod si illa inter vtilitatis limites non versetur, tunc etiam aduersus vestrum apicem cum libertate audendum esse, diuinarum legum interpretes monent: præsertim vero si regia maiestas recta quoque fide ornata fuerit, id munus virtutis, eximiæque laudis loco ducentes, quamdiu illud nobis assidue canunt: *Loquebar in conspectu regum, & non confundebar:* & hortantur, in similibus

Ps. 118. v. 46

ΕΙΔΟΤΕΣ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν πολύν τινα λόγον ποιησαμένην τῶν τε ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, τῆς τε ἐν αὐταῖς κηρυσσομένης εὐσεβοῦς καὶ ἐκ πατέρων ἡμῖν παραδεδομένης πίστεως, καὶ οἷα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ αὐτῆς προπεπόνηται, ἡλίκα δὲ πάλιν διὰ τὴν ὑπὲρ αὐτῆς σπουδὴν ὑπῆρκται τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ· θαῤῥοῦμεν διὰ τοῦτο ταῖς φιλοχρίστοις ὑμῶν ἀκοαῖς, καὶ τὴν ἐν χερσὶν ἀναδιδάσκομεν τῶν ἐκκλησιῶν ταραχήν. ὁ γὰρ τοῦ ἐπαγγέλματος τοῦ ἡμετέρου σκοπὸς, εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, πρὸς ταῖς ἄλλαις νομοθεσίαις καὶ τὸ δεῖν πειθαρχεῖν πάσαις ἀρχαῖς τε καὶ ἐξουσίαις παρεγγυᾷ, μέχρις ἂν ἡ πειθὼ δοκοίη λυσιτελὴς εἶναι ταῖς ψυχαῖς. ἐπειδὰν δὲ τοῦ συμφέροντος ὅρον ἐκφύγῃ, τηνικαῦτα παῤῥησιάζεσθαι καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν κορυφὴν οἱ τῶν θείων νόμων ἐξηγηταὶ παρακελεύονται· καὶ διαφερόντως εἰ καὶ ἡ βασιλεία τῷ τῆς ὀρθοδοξίας ἐγκαλλωπίζεται πράγματι, ἐν μέρει κατορθωμάτων καὶ αὐτοὶ λογιζόμενοι τοῦτο, καὶ λίαν ἐπὶ τούτῳ φιλοτιμούμενοι, ἕως ὅταν τὸ, ἐλάλουν ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην, συνεχῶς ἡμῖν ἐπᾴδωσι, καὶ διὰ

ANNO CHRISTI 431.

τούτων προτρέπωσιν σὺν τοῖς ὁμοίοις τ παῤῥησίας καιροῖς μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τ μιμήσεως. ταύτῃ οἴνιν κ ἡμεῖς τῇ παῤῥησίᾳ εἰς καιρὸν ἡμῖν παρεῖναι πφαθέντες, διὰ τῆσδε τ ἱκετείας τ ἡμῶν ἀπῶν γνώμην δήλην τῇ ὑμετέρᾳ θυσεβείᾳ καθιστῶμεν· ὡς εἰ τὸ ὑμέτερον κράτος τῇ γεγονυίᾳ δίκην καθαίρεσιν κ τῶν ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Κυρίλλου κ Μέμνονος, παρὰ τ ἀποχρησάντων τῆς ἁγίας συνόδου, ὧν οἱ πλείους αἱρετικοὶ, κ ἀπόλιδες, κ ἀκοινώνητοι, ταύτῃ ἐπικρίναι πφαθείη τῇ αὐθεντίᾳ τ τῆς ψήφου ταύτης καθεστώτων κυρίων, κ τ ἐξουσίᾳ * φραγμῷ, κ ψῆφον προσδέξαιτο, ἄλλον οὖσαν κ ἀνίσχυρον κ τὰ πάντα ζήτον, κ μεταχειρίσῃ, τῷ μήτε * βλάβειαν παρὰ τ ἀρχὴν παρά τινος γενέναι * φρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, τ τῶν τοιούτων τῇ ἀκροάσιν * τὸ κῦρος ἐχούσης, μήτε μὴν ἔλεγχον ἔπι τινι τῶν ἀπηγορευμένων ἱεροσυλίᾳ φρηκολουθηκέναι, πάντες ἡμεῖς ἕτοιμοι μ τ προπούσης χριστιανοῖς προθυμίας συγκινδυνεύειν τοῖς προφημένοις ὁσιωτάτοις ἀνδράσι, κ προς μηδεμίαν πεῖραν κινδύνων ἀπαρνῆσαι, ταύτῃ αὐτοῖς προσήκουσαν ἀμοιβὴν τ ὑπὲρ τῆς πίστεως κινδύνων συνεισφέρειν ἡγούμενοι. ταύτης τῆς προθέσεως ἕκαστος ἡμῶν ἐπλημμέλημένος, τ ὑμετέραν ἐκδυσωποῦμεν θεότητα, κ ἐξαιτοῦμεν, ὡς πεπείσμεθα, δίκαιον, τὸ κ φ' ὑμῖν βεβαιωθῆναι τ τ πλειόνων ψῆφον, τ κ τῇ κ τοῦ θεοῦ θεσμοῖς αὐθεντίᾳ, κ τῇ κ τ ἐξέτασιν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀκριβείᾳ σύμψηφα τῷ ἁγιωτάτῳ ἀνδρὶ καταθε-

libere loquendi temporibus imitationem hanc non omittere. Hanc igitur nos in præsentia liberius loquendi occasionem nobis oblatam esse rati, hac supplicatione nostram sententiam vestræ pietati manifestamus: nimirum si dominatio vestra exauctorationem, quam illi in Cyrillum & Memnonem sanctissimos Deoque dilectissimos episcopos machinati sunt, qui a sancta Synodo desciuerunt, maiorique ex parte vel hæretici, vel sine ciuitatibus, vel excommunicati sunt, approbarit, auctoritate eorum persuasa, qui huius sententiæ auctores extiterunt, & potestatem arripuerunt; & incompetens hoc, infirmumque & modis omnibus puerile decretum admiserit, cum nulla iam inde a principio cautio neque a sancta Synodo, penes quam authentica istarum rerum cognitio est, neque a quopiam alio præcesserit; neq; vlla eorum quæ sacerdotibus sunt interdicta, probatio sit secuta; nos omnes prompti paratique sumus ea animi alacritate, quæ Christianos homines decet, quoduis periculum cum memoratis sanctissimis viris subire, neque vllum discriminis experimentum detrectare; arbitrati talem illis mercedem propter discrimina, quæ fidei gratia sustinuerunt, iure optimo deberi. Quamobrem cum vnum hoc omnibus nobis sit propositum, etiam atque etiam sacram maiestatem vestram rogamus & exposcimus (quod, sicuti putamus, iustum est) vt apud vos etiam illorum sententia confirmetur, qui & numero plures sunt, & sedium auctoritate, & exacta orthodoxæ fidei examinatione sanctissimo viro ad-

* ὑν. παραλημφίων,
* ὑν. κατ' ἀλλέλ.
* ἴσως, ἡ προσ
* ὑν. καὶ τὸ κῦρος

ſtipulati ſunt; & quod recte ſentiat, ad veſtram maieſtatem retulerunt: neque pacis obtentu, aut ne parua quædam orientalium portio ſeparari videatur; quę tamen ſi Canonibus obſequi vellet, cõiuncta maneret; vniuerſum terrarum orbem ſimul miſceri patiatur. Etenim ſi œcumenicæ Synodi præceptor, cuius ſententiæ per ea quæ depoſuerunt, reliqui omnes ſubſcripſerunt, indignum quidpiam præter Canonum ordinem pertulerit; idque cum veſtra pietas benigne in talibus rebus ſocietatem exuerit, ac propterea etiam Synodum congregauerit, ne eam ſuarum fraudaret auctoritate ſanctionum; palam eſt, quia cum priuato detrimento eamdem in alios eiuſdem ſententiæ conſortes pœnam confirmabit. Hinc etiam conſequetur, omnes orbis epiſcopos vna cum prædictis ſanctiſſimis viris depoſitionis ſententiæ ſubiacere: ac de cetero rectæ fidei exiſtimatio penes Arium, vel Eunomium inuenietur: vtpote Neſtorio quidem ob impiam doctrinam merito depoſito, Cyrillo autem & Memnone ſanctiſſimis epiſcopis per circumuentionem indigne & iniuſte & indecenter pari diſpendio multatis. Quamobrem Chriſti amantes imperatores ſedulo curate, ne eccleſia, quæ more nutricis vos educauit, ac trophæa aduerſus hoſtes citra difficultatem maieſtati veſtræ erigit, in poſterum diſſipetur, neve regni veſtri tempore martyrum ſæculum ſpectandum exhibeatis: quin potius maiorum veſtrorum erga eccleſiam amorem ac ſtudium memoria repetentes,

μένων, * καὶ ὡς ὀρθὰ φρονεῖ, πρὸς τὸ ὑμέτερον ἐγνώρισαν κράτος· καὶ μὴ τῷ τῆς εἰρήνης προσχήματι, καὶ τῷ μὴ δοκεῖν βραχύ τι μέρος τῆς ἀνατολῆς ἀποσχοινισθῆναι, * ὅθεν οὐδὲν αὐτὸ τῆς ἑνώσεως ἀπορραγῆναι * προείρηται, εἰ τὰ τῶν κανόνων πεισθείη κρατεῖν, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην συγχεομένην περιϊδεῖν. εἰ γὰρ ὁ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου καθηγητὴς, ᾧ σύμψηφοι πάντες δι' ὧν κατέθεντο γεγόνασιν, ὑπομείνειέ τι τῶν οὐ προσηκόντων παρὰ τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν, καὶ ταῦτα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας ἐπιεικῶς τὲ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀποδυσαμένης κοινωνίαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ σύνοδον ἀθροισάσης, ἵνα μὴ τῆς ἐξουσίας αὐτὴν τῶν οἰκείων θεσμῶν * ἀποστερήσῃς, εὔδηλον ὡς διὰ τῆς οἰκείας βλάβης καὶ τὲ κατὰ τῶν ἄλλων ὁμοψήφων ἐπήρειαν βεβαιοῖ· καὶ δεήσει πάντας τοὺς τῆς οἰκουμένης ἐπισκόποις συγκαθηρῆσθαι τοῖς προειρημένοις ὁσιωτάτοις ἀνδράσι· καὶ περιστήσεται λοιπὸν Ἀρείῳ ἢ Εὐνομίῳ ἡ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπόληψις· ἅτε Νεστορίου μὲν εὐλόγως διὰ τὴν δυσσεβῆ διδασκαλίαν καθηρημένου, Κυρίλλου δὲ καὶ Μέμνονος τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, ἀναξίως, καὶ ἀθέσμως, καὶ οὐ δεόντως τὲ * ἴσην ὑπομένειν ἐκ περιδρομῆς ζημίαν. μηδαμῶς τοίνυν, ὦ φιλόχριστοι βασιλεῖς, τὴν τιθηνησαμένην ὑμᾶς ἐκκλησίαν σπαραττομένην περιΐδητε, τὴν ἀκμητὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἐγείρουσαν τρόπαια· μηδὲ μαρτυρίου καιρὸν τοὺς τῆς βασιλείας ὑμῶν ἀναδείξητε χρόνους· ἀλλὰ τὴν τῶν προγόνων ὑμῶν περὶ τὴν ἐκκλησίαν στοργὴν ἀναλαβόντες κατὰ νοῦν, καὶ

ANNO CHRISTI 431.

* ἴσ. οὐ καὶ

* ἴσως, ἔτι οὐδὲ αὐτὸ

* ἴσως, προῄρηται, ἢ, προῄρητο,

* ἴσως, ἀποστερήσῃ,

* ἴσως, ἴσην ὑπομένειν

ANNO CHRISTI 431.

καὶ ὅπως ἕκαστος ἐκείνων τῇ κατὰ τοῦ οἰκείους καιροὺς γενομένῃ συνόδῳ τῶν ἁγίων πατέρων ἐπεθάρχησε, * καὶ τῇ διὰ τοῦ ὅρους τοῦ παρ' αὐτῶν τεθέντας ὀχυρῶσαι νομοθεσίᾳ τὴν περὶ αὐτοῦ αἰδὼ διεδίδαξαν· οὕτω καὶ αὐτοὶ τὰ ἴσα περὶ τὴν νῦν παρ' ὑμῶν συγκροτηθεῖσαν ἁγίαν σύνοδον φρονῆσαι προθυμήθητε· ὡς ἂν τοῦ παρ' αὐτῆς χαριστηρίους ὕμνους ὑπὲρ τῆς βασιλείας ὑμῶν καθαρῶς καὶ εὐαγῶς καρπώσησθε, καὶ ἡμεῖς τὰς ὑπὲρ τῆς διαμονῆς τοῦ ὑμετέρου κράτους εὐχὰς εἰλικρινεῖς ἀναπέμπωμεν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, εὐσεβέστατοι καὶ φιλόχριστοι βασιλεῖς.

* ἴσ. καὶ τοῦ τοῖς ὅροις

ac quemadmodum vnusquisque eorum imperii sui tempore sanctorum patrum Synodis celebratis paruerit, patrumque sanctiones legibus suis muniendo, quam illis deferrent obseruantiam satis ostenderint; ita & vos quoque parem affectum erga sanctam Synodum, quam modo congregastis, alacriter suscipite: vt ipsa gratiarum actiones pro imperio vestro pure sancteque persoluat; & nos quoque pro maiestatis vestræ stabilitate sinceras ad Christum Dominum preces transmittamus, piissimi Christianissimique imperatores.

Εντολὴ πραχθεῖσα παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τοῖς ἀποσταλεῖσι παρ' αὐτῆς τῆς ἁγίας συνόδου ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις, ὥστε αὐτοῦ δικάσασθαι τοῖς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς.

Mandatum, quod sancta Synodus piissimis episcopis iniunxit, qui ab ea Constantinopolim missi sunt, vt causam contra orientales dicerent.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Φιλίππῳ διέποντι τὸν τόπον τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ τῆς μεγίστης Ρώμης Κελεστίνου, καὶ τοῖς θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, Αρκαδίῳ, Ιουβεναλίῳ, Φλαυιανῷ, Φίρμῳ, Θεοδότῳ, Ακακίῳ, Εὐοπτίῳ, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ χάριτι θεοῦ, καὶ θεσπίσματι τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων συναχθεῖσα ἐν τῇ Εφεσίων μητροπόλει, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Philippo religiosissimo, Deoque dilectissimo presbytero, Cælestini sanctissimi episcopi apostolicæ sedis maximæ Romæ locum tenenti, & religiosissimis episcopis Arcadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acacio, Euoptio, sancta & œcumenica Synodus, quæ per gratiam Dei, piissimorumque imperatorum decretum in Ephesiorum metropoli congregata est, in Domino salutem.

ΕΠΙΤΡΑΠΕΝΤΕΣ παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων πρεσβευτὰς ἐξα-

PIISSIMORVM, Christique amantium imperatorum permissu legationem pro toto orbe

(qui per eos qui vna nobiscum in Ephesiorum ciuitate congregati sunt, pro recta fide certamen suscepit) ad regiam vrbem missuri, eam pro recta fide, sanctisque patribus atque fratribus, sanctissimo Deique amantissimo Cyrillo archiepiscopo, & Dei amantissimo episcopo Memnone, legationis prouinciam vestræ pietati ad hoc delectæ tamquam coram Christo iniungendam existimauimus. Vtrorumque itaque securitati, vestræ & nostræ consultum cupientes, hoc præceptorium diploma vobis exhibuimus, vt & nos sciamus propter quæ vos miserimus, & vestra quoque pietas intelligat, quod nihil præter hæc facere debeatis. Ante omnia igitur sanctitatem vestram scire oportet, nullam omnino se cum Ioanne Antiocheno, apostaticoque eiusdem Concilio communionem admittere debere; tum quod impietatis præconem Nestorium vna nobiscum deponere noluerint, sed vsque ad vestram quoque abitionem illi patrocinari perrexerint; tum rursum quod contra omnes Canones, sanctissimos Deique amantissimos Cyrillum archiepiscopum & Memnonem episcopum condemnare ausi sint; potissimum vero quod ad præsens vsque tempus in Nestorii dogmatibus defendendis anxii, & nonnulli inter illos Cælestiani, ac præterea depositi sint; tum denique quod totius orbis Synodum vt hæreticam calumniari non dubitarint. Quod si qua forte necessitas afferatur ab imperatore, (nam piæ religiosæque Augusti sanctioni pro viribus

ποστεῖλαι ὑπὲρ πάσης ὁμοῦ τῆς οἰκουμένης, ἥ τις διὰ τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει συνειλεγμένων μεθ' ἡμῶν τῶν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀνείληφεν ἀγῶνα, ἐψηφισάμεθα τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν, ὡς ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ, ὑμῖν τὴν ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ ἀδελφῶν, τοῦ τε ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μέμνονος, πρεσβείαν ἐγχειρίσαντες. ἀμφοτέρων δὲ πρόνοιαν ποιούμενοι, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας, καὶ τῆς ὑμετέρας, τοῦτο ὑμῖν τὸ ἐντολικὸν ὠρέξαμεν· ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι ἐπὶ τίσιν ὑμᾶς ἐξεπέμψαμεν, καὶ τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν γινώσκειν, ὅτι περ οὐδὲν παρὰ ταῦτα ποιῆσαι ὀφείλετε. πρὸ πάντων μὲν οὖν ἐκεῖνο εἰδέναι χρὴ τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, ὅτι περ τὴν πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ τῆς ἀποστασίας συνέδριον, κοινωνίαν κατ' οὐδένα τρόπον καταδέξασθαι ὀφείλετε, διὰ τὸ μήτε ἑλέσθαι αὐτοὺς συγκαθελεῖν ἡμῖν τὴν τῆς ἀσεβείας κήρυκα Νεστόριον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου λόγον μέχρι τῆς ὑμετέρας ἐξόδου ποιεῖσθαι, τολμῆσαι δὲ παρὰ πάντας τοὺς κανόνας κατακρῖναι τόν τε ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον Κύριλλον, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Μέμνονα· ἄλλως τε καὶ διὰ τὸ ἔτι καὶ νῦν τοῖς Νεστορίου συναγωνίζεσθαι δόγμασι, καί τινας τῶν ἐν αὐτοῖς εἶναι Κελεστιανοὺς, ἔτι τε καὶ καθῃρημένους, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης σύνοδον τολμῆσαι ὡς αἱρετικὴν διαβάλλειν. εἰ δὲ ἀνάγκη τις παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου* προάγοιτο βασιλέως, ἐπεὶ δεῖ φιλοχρίστῳ καὶ εὐσεβεῖ* κράτει κατὰ

ANNO CHRISTI 431.

* ἐπείγοιτο
* θεοσέβειαν

ANNO CHRISTI 431.

δύναμιν πειθαρχεῖν, εἰ ἕλοιντο οἱ προειρημένοι ὑπογράψαι μὲν τῇ Νεστορίου καθαιρέσει, διὰ λιβέλλων δὲ συγγνώμην αἰτῆσαι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, ἐφ' οἷς προεπετεύσαντο κατὰ τῶν ἡμετέρων προέδρων, ἀναθεματίσαι δὲ προτοτύπως καὶ τὰ Νεστορίου δόγματα, καὶ τοὺς προδήλως τὰ * αὐτὰ φρονοῦντας καὶ φρονήσαντας * ἀπορρίψασθαι, καὶ σὺν ἡμῖν πονῆσαι εἰς τὸ ἀποδοθῆναι ἡμῖν τοὺς ἁγιωτάτους ἀρχιεπισκόπους Κύριλλον καὶ Μέμνονα, ἐπιτρέπομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, τούτων γινομένων, ὑποχέσθαι μὲν αὐτοῖς τὴν κοινωνίαν, γράψαι δὲ πρὸς ἡμᾶς· ὥστε καὶ ἡμῶν ὑμῖν συντιθεμένων, τελείαν τὴν πρὸς αὐτοὺς γενέσθαι εἰρήνην· μὴ πρότερον δὲ αὐτοῖς κοινωνίαν ὑποχέσθαι, εἰ μὴ τοὺς προέδρους ἑαυτῆς ἀπολάβοι ἡ ἁγία σύνοδος. εἰδέναι δὲ βουλόμεθα τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα, ὅτι περ εἴτι τούτων παροφθείη παρ' ὑμῶν, οὔτε ἡ ἁγία σύνοδος καταδέξεται τὰ παρ' ὑμῶν πρατιόμενα, οὔτε ὑμᾶς ἕξει κοινωνούς.

* αὐτοῖ

* ἀπογράψαι,

Βερηνιανὸς ἐπίσκοπος Πέργης ἐντεταλμένος ὑπέγραψα. ὑπέγραψαν δὲ καὶ πάντες οἱ προταγέντες ἐν τῇ στάσει τῶν ὑπομνημάτων θεοσεβέστατοι καὶ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι.

Δοθέντων ἐπὶ τούτοις λιβέλλων ἀντιρρητικῶν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ τῶν μνημονευθέντων ἀποσταλέντων ἐντολικαρίων, ἀπέστειλε καὶ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ Ιωάννου ἐντολικαρίους ἐν Κωνσταντινουπόλει.

obediendum est) si quidem prædicti Nestorii depositioni voluerint subscribere, veniamque per libellos a sancta Synodo de iis petere, quæ in nostros præsides temere admiserunt; & in primis anathematizare Nestorii dogmata, ac reiicere illos qui eadem aperte sapiunt vel sapuerunt; elaborare tandem vna nobiscum, vt sanctissimi episcopi Cyrillus & Memnon nobis restituantur: hæc si contigerint, permittimus vestræ sanctitati vt communionem illis polliceatur: at singula ad nos perscribantur, vt & nobis quoque vobiscum consentientibus, perfecta cum iis pax ineatur. Non prius autem illis communionem spondeatis, quam præsides suos recipiat sancta Synodus. Scire quoque volumus vestram sanctitatem, quod si quid horum a vobis fuerit neglectum, neque sancta Synodus acta vestra rata habebit, neque vos ad communionem suam admittet.

Berinianus episcopus Pergæ mandans subscripsi. Subscripserunt autem & reliqui omnes pientissimi ac sanctissimi episcopi in commentariorum serie supra recensiti.

Datis super his contradictoriis libellis a sancta Synodo, ac memoratis mandatariis missis, misit & altera Ioannis pars mandatarios Constantinopolim.

Exemplum relationis a sancta Synodo missæ (piissimis imperatoribus) per Iuuenalem, Firmum, Flauianum, Arcadium, Theodotum, Acacium, Euoptium episcopos, & Philippum presbyterum.

Ἀντίγραφον ἀναφορᾶς παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου διὰ Ἰουβεναλίου, Φίρμου, Φλαυιανοῦ, Ἀρκαδίου, Θεοδότου, Ἀκακίου, Εὐοπτίου, ἐπισκόπων, καὶ Φιλίππου πρεσβυτέρου.

ANNO CHRISTI 431.

Piissimis & Deo dilectissimis, Christumque diligentibus imperatoribus Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus, quæ per Dei gratiam, vestræque maiestatis sanctionem in Ephesiorum metropoli congregata est.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι, Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀειαυγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ θεοῦ χάριν, καὶ θέσπισμα τοῦ ὑμετέρου κράτους, ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει συγκροτηθεῖσα.

OMNIA quidem, Christianissimi imperatores, maiestatis vestræ studia & laude digna sunt, & magnum quoque erga pietatem zelum ostendunt: quare omnes communiter, & singuli priuatim Christo Domino pro imperii vestri perpetuitate preces offerimus, obsecrantes, vt Christianissimum vestrum fastigium in perpetuum orbi tueatur incolume. Quoniam vero pietas vestra nunc etiam nostra supplicatione inflexa, per Ioannem magnificẽtissimum præclarissimumque comitem hortata est, vt œcumenica Synodus ex piissimis episcopis quos approbauerit, ad vestram maiestatem mittat, qui vniuersum rerum nostrarum statum coram exponant; propterea necessario gratiis vestræ maiestati actis, Arcadium, Iuuenalem, Flauianum, Firmum, Theodo-

ΠΑΝΤΑ μὲν τὰ τῆς ὑμετέρας βασιλείας ἐπαινετὰ, καὶ πολὺν τὸν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπιδεικνύμενα ζῆλον, φιλόχριστοι βασιλεῖς· καὶ διὰ τοῦτο κοινῇ τε ἅπαντες, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος τὰς ὑπὲρ τοῦ αἰωνίου ὑμῶν κράτους προσευχὰς τῷ δεσπότῃ Χριστῷ ἀναπέμπομεν, φυλαχθῆναι τῇ οἰκουμένῃ δι' αἰῶνος τὸν φιλόχριστον ὑμῶν αἰτούμενοι κορυφήν. ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ταῖς ἡμετέραις ἐπικαμφθεῖσα δεήσεσιν ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια παρεκελεύσατο διὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου κόμητος Ἰωάννου, ἐξαποστεῖλαι τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον οὓς ἂν δοκιμάσῃ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος, καὶ αὐτοπροσώπως ἀναδιδάξαι πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀναγκαίως εὐχαριστήσαντες τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν βασιλείᾳ, ἐξελεξάμεθα τοὺς ἁγιωτάτους καὶ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, Ἀρκάδιον, Ἰουβενάλιον, Φλαυιανὸν, Φίρμον, Θεό-

ANNO CHRISTI 431. *Εὐόπτιον,

δοτον, Ακάκιον, *Εὐόπτιον, καὶ Φίλιππον πρεσβύτερον Ρώμης, διέποντα τὸν τόπον τῆς ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τοῦ τῆς μεγάλης Ρώμης Κελεστίνου· καὶ διὰ τούτων τῶν γραμμάτων προσάγομεν αὐτὸν τῇ ὑμετέρᾳ γαλιώτητι, *ἀμφοῖς δικαίως ἀξιοῦντες βλέμματός τε αὐτοῦ καὶ ἀκοῆς τυχεῖν. εἰδότες δὲ τὸν φιλόχριστον ὑμῶν καὶ θεῷ ἀνακειμένην ψυχὴν πολλοῦ ποιουμένην προσπίπτειν ὑπὲρ μαχομένοις καὶ σώζουσι ὑμᾶς Χριστὸν, καὶ αὐτοῦ *αὐτῷ ἱερεῖς διὰ πάντων ὑμᾶς, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἰρηνικόν· ὁ ὑμῶν ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ὑμᾶς δεχόμενος, ἐμὲ δέχεται· θαρροῦμεν καὶ τὸν θεὸν ὧν λελυπήμεθα προστάξαι τῷ γράμματι μείωσιν. ἡμεῖς γὰρ ἐπ' ἄλλου τινὸς χάριν τὴν Εφεσίων κατειληφότες, ἢ περὶ τῆς πίστεως διασκέψασθαι, καὶ τὰ ὑμέτερα ὑσεβῆ δόγματα, ἐπειδήπερ τὸν ταύτης ἀκίνητον ἐξ αἰῶνος γαλήνην τε μαρὰ τοῦ Νεστορίου ἐτάραξε δόγματα, εἰκότως βουλὴν περὶ *τούτων *ἐποιησάμεθα τῶν προθέντες, μὴ *ἐξκαιδεκάτην ἡμέραν τῆς ὁρισθείσης προθεσμίας, καὶ σωζομένης τὰς ἐκκλησίας τοῖς οἰκείοις δόγμασι Νεστόριον *προσκαλεσάμενοι. ὅπερ δὲ ὑπὸ σωρευθέντος οὗτος πονηροῦ κατεχόμενος ἁπάντων ἐκ ἠβούλετο, ἐξετάσαντες τὰ περὶ αὐτοῦ ἐξηκριβωμένα ἐπεδέξατο περὶ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ θεανθρώπου Χριστοῦ ἀσεβῆ δόγματα, αὐτά τε ἐκεῖνα ἀνεθεματίσαμεν, καὶ *ἐξωσαμένους τούτων πατέρα παντὸς τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας *ἠλλοτριώσαμεν. ἀλλ' ὁ τῆς Ανθιοχέων Ιωάννης μὴ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν τῆς ῥηθείσης προ-

tum, Acacium, Euoptium, ſanctiſſimos piiſſimoſque epiſcopos, & Philippum Romanæ eccleſiæ preſbyterum, Cæleſtini ſanctiſſimi Deoque dilectiſſimi apoſtolicæ ſedis magnæ Romæ locum tenentem ſelegimus, eoſque veſtræ ſerenitati per has noſtras literas offerimus, rogantes, vt benignis oculis auribuſque illos ſuſcipere dignetur. At vero cum ſciamus, Chriſti amantem, Deoque addictam animam veſtram, Chriſti, qui vos propugnat & conſeruat, reuerentiam & cultum maximi facere, illiuſque ſacerdotibus plurimum deferre, (memores quod ipſe dixerit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos recipit, me recipit:*) non dubitauimus, ea etiam quæ grauiter nos hactenus affligunt, præſentibus literis attexere. Cum enim nulla alia de cauſa Epheſi conueniſſemus, quam vt iuxta pium veſtrum edictum de fide, cuius immotam a ſæculo perpetuamque tranquillitatem profana Neſtorii dogmata turbauerunt, conſultaremus, poſt terminum præſtitutum ſexdecim diebus elapſis, merito propoſita de his conſultatione, Neſtorium qui ſuis dogmatibus eccleſias conturbabat, vocauimus. Verum cum malæ conſcientiæ reatu impeditus adeſſe nollet, impiis ipſius dogmatibus examinatis, quæ de Chriſti Domini incarnatione literis expoſuerat, & illa ipſa dogmata anathematizauimus, & illorum parentem ab omni epiſcopali dignitate prorſus amouimus. Ceterum Ioannes Antiochenus vigeſimoſecundo demum die

post præfinitum tempus elapso vix comparens, quasi nostrum, quem pro fidei defensione susceperamus, zelum vlturus, collectis, sibique adiunctis triginta paulo plus; quorum alii Cælestiani, alii iam dudum fuerant depositi; contra præsides nostros, orthodoxæq; fidei æmulatores Cyrillum sacratissimum Deoque dilectissimum ecclesiæ Alexandrinæ archiepiscopum, sanctissimumq; & piissimum coepiscopum nostrũ Memnonem inuectus est; illosque neque apud ipsum accusatos, neq; secundum canonicum ordinem in ius vocatos, depositionis contumelia affecit; & quasi sancta & œcumenica Synodus in hac iniquitate, qua contra ipsos vsus est, ei communicasset, ita pias, Deoque dilectas vestras aures præoccupauit ac circumuenit. Sancta proinde & œcumenica Synodus, cuius consessui adest & Cælestinus sanctissimus piissimusque magnæ vestræ Romæ archiepiscopus, & vniuersa occidentalis Synodus, per sanctissimos episcopos quos ad nos ipsa misit, totaque Africa & Illyricum, legitime mota, ipsum apostatici conciliabuli auctorem Ioannem (Antiochenum,) & reliquos qui cum eo sunt, ab omni ecclesiastica communione alienos esse censuit, omnemque sacerdotalem functionem ipsis ademit, & omnia quæ contra leges moliti fuerant, euertit. Et commentarios quidem earum rerum quæ ipsorum causa gestæ sunt, iam ante ad celsitudinem vestram misimus: nunc vero per has literas, piissimosque episcopos legatos nostros, porre-

θεσμίας μόλις φθάσας ἡμέραν, ὥσπερ ἀμυνόμενος ἡμᾶς ἐπὶ τῷ ὑπὲρ τῆς πίστεως ζήλῳ, τριάκοντα μικρῷ πλέον περὶ αὐτὸν συναθροίσας· ὧν οἱ μὲν Κελεστιανοὶ, οἱ δὲ καθῃρημένοι πρὸ πολλοῦ ἐτύγχανον· κατ' αὐτῶν τῶν ἡμετέρων ἐχώρησε προέδρων· καὶ τοὺς ζηλωτὰς τῆς ὀρθοδοξίας, τόν τε ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον τῆς Αλεξανδρείας Κύριλλον, καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ θεοφιλέστατον *ἐπίσκοπον ἡμῶν Μέμνονα, οὔτε κατηγορηθέντας παρ' αὐτῷ, οὔτε προσκληθέντας κατὰ τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν, τῇ τῆς καθαιρέσεως περιέβαλεν ὕβρει· καὶ ὡς κοινωνησάσης αὐτῷ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου εἰς τὴν κατ' αὐτῶν ἀδικίαν, οὕτω τὰς εὐσεβεῖς ὑμῶν καὶ θεοφιλεῖς συνήρπασεν ἀκοάς. ἡ μὲν οὖν ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ᾗ συνεδρεύει καὶ ὁ τῆς μεγάλης *ἡμῶν Ρώμης ἁγιώτατος καὶ θεοφιλέστατος ἀρχιεπίσκοπος Κελεστῖνος, καὶ ἅπασα ἡ δυτικὴ σύνοδος, διὰ τῶν *παρ' αὐτῆς ἀπεσταλμένων πρὸς ἡμᾶς ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, συνεδρεύει δὲ καὶ ἡ Αφρικὴ πᾶσα καὶ τὸ Ιλλυρικὸν, κανονικῶς κινηθεῖσα, αὐτόν τε τὸν ἔξαρχον τοῦ τῆς ἀποστασίας συνεδρίου Ιωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, *πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀλλοτρίους εἶναι ἐδογμάτισε· πᾶσαν δὲ αὐτῶν ἱερατικὴν περιεῖλεν ἐνέργειαν, ἀνατρέψασα καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἀκανονίστως γενόμενα. καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς πεπραγμένων τὴν μήνυσιν τῇ ὑμετέρᾳ προέλῳ ἀπεστείλαμεν κορυφῇ· νυνὶ δὲ διά τε τούτων τῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τῶν ἀποσταλέντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, μακραῖς ταῖς

ANNO CHRISTI 431.

*συνεπίσκοπον

*ἴσως, ὑμῶν

*παρ' αὐτῶν

*πάσης

ANNO CHRISTI 431.

χερσὶ τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἁπτόμεθα γονάτων, δεόμενοι τὰ μὲν κατὰ συναρπαγὴν γεγονότα κατὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων Κυρίλλου καὶ Μέμνονος, οὐδεμίαν ἐκ τῶν κανόνων ἰσχὺν ἔχοντα, πάντῃ ἀργεῖν· ὥστε μὴ ἀκέφαλον ἡμῶν ὑπάρχειν τὴν σύνοδον, μηδὲ ἀφορήτῳ πένθει ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ἅπαντας τῆς οἰκουμένης τοῦ Χριστοῦ ἱερεῖς ἀδιαλείπτως ἐπὶ τοῖς προέδροις* συντρίβεσθαι· ἀλλὰ* τυχόντας τῶν αἰτήσεων, τὰς συνήθεις εὐχὰς μετὰ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐκκλησιῶν ἀναπέμπειν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, ὑπὲρ τοῦ δι' αἰῶνος ἡμῖν χαρισθῆναι τὸ φιλόχριστον ὑμῶν κράτος. ἡ γὰρ κατ' αὐτῶν γενομένη συκοφαντία παρά τε Ιωάννου τοῦ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, εἰς ἅπαντας ἡμᾶς βλέπει τοὺς* ὁμοπίστους ὄντας τοῖς μνημονευθεῖσι, καὶ συνιερατεύοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ καὶ πᾶσαν τὴν δυτικὴν σύνοδον μαρτυρεῖν αὐτοῖς τὴν ὀρθὴν καὶ ἀδιάβλητον πίστιν, καὶ ἡμᾶς* δι' ἑαυτοῦ περὶ τούτου πληροφορηθέντας, καὶ* ἐγγράφως ἐπὶ ὑπομνημάτων ῥῆξαι φωνὰς, ὅτι τέ εἰσιν ὀρθόδοξοι, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἔχουσι γνώμην περὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς δόγματα. δεόμεθα τοίνυν τοῦ ὑμετέρου κράτους, λύσατε καὶ ἡμᾶς* αὐτοὺς τῶν δεσμῶν. συνδεδέμεθα γὰρ τοῖς δεδεμένοις, ὡς ἀδελφοῖς καὶ προέδροις τῆς ἁγίας ἡμῶν συνόδου.

*συνθλίβεσθαι.
*τυγχάνοντας
*ὁμοψύχους
*καὶ αὐτοὺς
*ἐγγράφως
*καὶ αὐτοὺς

ctis manibus pietatis vestræ genua attingimus, supplicantes, vt ea quæ per subreptionem contra Cyrillum & Memnonem sanctos Deoque dilectissimos episcopos acta sunt, cum nullam ex sacris Canonibus vim obtineant, omnino vt nulla & irrita habeantur, ne sancta nostra Synodus suo destituatur capite, nosque & vniuersi terrarum orbis sacerdotes intolerabili continuoque luctu præsidum causa conteramur: quin potius voti compotes effecti, solitas cum omnibus vbique ecclesiis preces pro perpetua pii imperii vestri stabilitate ad Christum Dominum fundamus: quandoquidem calumnia, quam Ioannes Antiochenus, ipsiusque sectatores illis struxerunt, ad nos omnes spectat, qui eamdem cum prædictis fidem habemus & profitemur, iisdemque in sacerdotali ministerio communicamus. Nam & vniuersa occidentalium Synodus rectæ inculpatæque illorum fidei testimonium dat, & nosipsi quoque plene hac de re edocti, etiam scripto in commentariis pronuntiauimus eos esse orthodoxos, sanctorumque patrum nostrorum sententiam sectari circa apostolicæ catholicæque ecclesiæ dogmata. Rogamus proinde maiestatem vestram, vt & nos quoque (omnes enim vinctis, vtpote fratribus, sanctæque Synodi præsidibus, colligati sumus) a vinculis absoluat.

ANNO CHRISTI 431.

Epistola Alypii ad Cyrillum.

Επιστολὴ Αλυπίου πρὸς Κύριλλον.

Sanctissimo, Deoque dilectissimo archiepiscopo Cyrillo, Alypius apostolorum presbyter, in Domino salutem.

Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ καὶ *ἀρχιερουργῷ Κυρίλλῳ Αλύπιος πρεσβύτερος τῶν ἀποστόλων, ἐν κυρίῳ χαίρειν. * ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ

BEATVS homo, quem primum Deus dignum censuerit, sanctum Deoque dilectum caput tuum, martyrii confessionis sertis redimitum, dilectionis oculis contueri. Tu enim, sanctissime pater, vigilanti lumine sanctorum
3. *Reg.* 18. patrum viam triuisti: tu vtroque poplite claudicantes recta ad veritatem incedere docuisti: tu fiduciam indutus es Eliæ: tu solus
3. *Reg.* 19. *Num.* 25. Phinees zelum assumpsisti: tu impium venenosi draconis os obturasti: tu voracem Bel euertisti: tu
Dan. 14. inanem illius spem, hoc est, dominatum & præsidentiam ære coemptam labefeciſti & compressisti, aureæque statuæ apparatum perdidisti. Et qualenam os spiritualibus vnguentis refertum, zeli tui encomia exprimere valeat, vt qui beati Theophili auunculi tui perfectus imitator euaseris, imo & beati illius Athanasii martyrio coronatus sis? Etenim vt ille precibus propulsatas iniquorum hæreticorum machinationes perinde ac scopulos euitauit; sic tua quoque sanctitas iniqui illius conatus vitæ integritate, conscientiæque puritate, veluti infirmas quasdam procellas sedauit. Sic enim & beatus Athanasius post multas falsas criminationes, χαῖς ἀπωσάμενος, ὕπω καὶ σὴ ἁγιωσύνη τὰς συσκιὰς τοῦ ἀνόμου ὥσπερ λαίλαπας ἀθενεῖς * κατεκοίμισας τῷ καθαρῷ τῆς συνειδήσεως βίῳ. οὕτω γὰρ καὶ ὁ * μακάριος Αθανάσιος μυρίας * πολλὰς τὰς ψευδεῖς ἐπαγγελίας τὰς ὑπὸ

ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἀνὴρ ὁσιος, ὃν * καταξιώσῃ ὁ θεὸς πρῶτον τοῖς τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὴν θεοφιλῆ καὶ ἁγίαν σου κεφαλὴν, τὴν ὁμολογίας τοῦ μαρτυρίου στέφανον * φέρουσαν. σὺ γὰρ ἁγιώτατε πάτερ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ὁδὸν * γρηγόρῳ τῷ ὄμματι προεπάτησας, καὶ σοῦ * χωλαίνοντας ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὀρθοποδεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐδίδαξας· σὺ πίστιν παῤῥησίᾳ τοῦ Ηλία ἐνεδύσω, καὶ τὸν ζῆλον τοῦ Φινεὲς μόνος ἀνείληφας· σὺ τὸ δυσεβὲς στόμα τοῦ ἰοβόλου δράκοντος ἐνέφραξας, καὶ τὸν πολυφάγον Βὴλ κατέσφεψας, καὶ τὴν μάταιον αὐτοῦ ἐλπίδα * διὰ χρημάτων αὐτῷ ὀπηχυμμένην προσασίᾳ * ἀργὴν καὶ ἀνίσχυρον κατέστησας, καὶ τὸ κατασκεύασμα τῆς χρυσῆς εἰκόνος νεκρὸν χρυσᾶν ἐποίησας. καὶ ποῖον στόμα, μύρων ἀποχέμον πνευματικῶν, δυνήσεται φθέγξασθαι τοῦ ζήλου τοῦ σοῦ τὰ ἐγκώμια; ὁπότε ἴσος ἐχθρὸν τοῦ μακαρίου Θεοφίλου τοῦ σοῦ θείου μιμητὴς· ἀλλὰ καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ μακαρίου Αθανασίου * ἐνεδύσω. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τὰς ἀνόμων αἱρετικῶν τὰς συσκιὰς ὡς ἀσθενεῖς λαίλαπας ἐξέφυγε, ταῖς προσευχαῖς * καταιμάμενος, * μακαρίοις πατρὶ * ἴσος, πολλὰ ὑπὸ

* ἀξιώσῃ

* φερούσαν.

* ἐχούσῃ ὄμματι

* χωλαίνοντας

* τὸν διὰ

* ἀργὸν καὶ ἀνίσχυρον

* ἀμυδρόν· καθάπερ ἐκεῖνος

ANNO CHRISTI 431.

ὑπὸ αἱρετικῶν αὐτῷ προσγενομένας, ἑώλοις ἀπέδειξε, καὶ ἀλλοδαπὴν οἰκῆσαι κατεδέξατο ἐξορίας λόγῳ, τῶν τότε κρατούντων τοῦτο κατασκευασάντων. καὶ ὅσον ἔσπευδον τὰ μιαρὰ ἐκεῖνα στόματα πλέκειν ψευδῆ ἐγκλήματα, τοσούτῳ καθαρώτερος καὶ λαμπρότερος ἀνεδείκνυτο τῇ μακροθυμίᾳ, διαλάμπων τούτοις τοῖς πλεονεκτήμασι· καὶ τούτοις τοῖς ἄθλοις τὸν στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἑαυτῷ πλέξας, τὸ ὁμοούσιον ἔστησε, καὶ τὴν Ἀρείου κακοδοξίαν κατεπάτησε, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἀνέστησε, καὶ τὸν ἅγιον τοῦ εὐαγγελιστοῦ Μάρκου θρόνον ὕψωσεν· οἷς καὶ αὐτὸς χρησάμενος, κατόπιν ἐκείνου τοῦ ἁγίου περιεπάτησας. εὔχομαι τοίνυν ἁγιώτατε πάτερ, καταξιωθῆναι αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὸ ἅγιόν σου πρόσωπον, καὶ κρατῆσαι σῶν γονάτων, καὶ ἀπολαῦσαι μάρτυρος ἐν καιρῷ εἰρήνης τοῦ στεφάνους ἀναδησαμένου. ἅπαντα δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς ἐπαῤῥησιασάμεθα, θαρσήσαντες τῇ σῇ προσευχῇ καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ὅσα ἐποιήσαμεν, λέξει ὁ ἀγαπητὸς διάκονος Κανδιδιανὸς, ὃς καὶ τὰ γράμματα τῆς ἐμῆς βραχύτητος ἐπιδίδωσι τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ. προσαγορεύω πᾶσαν τὴν ἁγίαν σύνοδον τῶν ἀναδησαμένων τὸν στέφανον τοῦ μαρτυρίου μετὰ τῆς σῆς ὁσιότητος. ἐῤῥωμένος, εὔθυμος, ἐν κυρίῳ διαπρέπων, ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας χαρισθείης ἡμῖν ἀπὸ θεοῦ.

quas hæretici ei impingebant, refutatas, exiliumque eorum decreto qui tunc rerum potiebantur, & hoc ipsum fieri curabant, patienter toleratum, id consecutus est, vt eo semper purior illustriorque euaderet longanimitate, his prærogatiuis magis resplendens, quo magis impura illa ora falsas criminationes ipsi intentabant. Atque his certaminibus martyrii coronam ille sibi nectens, consubstantialitatem stabiliuit, peruersamque Arii doctrinam calcauit, & orthodoxiam erexit, ac sancti Marci euangelistæ sedem in sublime extulit: quibus tu etiam vsus, sancti illius vestigiis impigre institisti. Precor itaque, sanctissime pater, vt dignus aliquando habear, qui te virum sanctum coram cernam, tuaque genua complectar, & tempore pacis coronati martyris conspectu fruar. Vniuersum rerum nostrarum statum, quomodo cum fiducia egerimus, tuis sanctorumque patrum precibus freti, & quæcumque fecimus, Candidianus dilectus diaconus, qui paruitatis meæ literas sanctitati tuæ defert, coram exponet. Saluto vniuersam sanctam Synodum vna cum tua sanctitate martyrii corona ornatam. Deus te nobis largiatur valentem ac lætum, in Domino honoratum, pro veritate certantem.

ANNO CHRISTI 434.

ACTIO SEPTIMA.

Exemplar ſuggeſtionum epiſcoporum Cypri in Concilio Epheſino.

POST conſulatum dominorum noſtrorum Flauii Theodoſii decimum tertium, & Flauii Valentiniani tertium, ſemper Auguſtorum, pridie Kalendas Septembris, Synodo gratia Dei, & edicto pientiſſimorum Chriſtique amatorum regum noſtrorum, in Epheſiorum metropoli, in ſancta eccleſia quæ dicitur Maria, congregata, Rheginus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ apud Conſtantiam Cypri dixit: Quoniam turbant quidam ſanctiſſimas eccleſias noſtras, oro, vt libellus, quem in manibus gero, ſuſcipiatur, & legatur.

Sancta Synodus dixit: Libellus oblatus recipiatur, & legatur.

Sanctiſſimæ, glorioſæ & magnæ Synodo, gratia Dei & nutu pientiſſimorum noſtrorum regum in Epheſiorum metropoli Dei obſeruantiſſima congregatæ, petitio a Rhegino, & Zenone, & Euagrio Cypri epiſcopis. Olim etiam ſanctus pater noſter & epiſcopus factus Troilus ab Antiocheno clero multa paſſus eſt, & pientiſſimus epiſcopus Theodorus vim non vulgarem pertulit, atque adeo vſque ad plagas, quas nec flagriones homines ferre deceat, illicite, abſurde & illegitime. Nam cum propter aliam cauſam abiiſſet, illius vero felicem accepit finem, abuſi abitione, vi cogere voluerunt, & ſubiicere ſibi ſanctos epiſcopos inſulæ contra apoſtolicos Canones, & definitiones ſanctiſſimæ Nicænæ Synodi. Et nunc quia cognouerunt quod beatus ex hac vita migrauit, ſubornarunt magnificentiſſimum ducem Dionyſium ſcribere mandata prouinciæ principi, & ſanctiſſimæ Conſtantienſis eccleſiæ clero. Literæ publicæ ſunt; quas & ad manum habemus, & parati ſumus eas veſtræ ſanctitati oſtendere. Huius gratia rogamus & petimus, ne permittatur hominibus nihil non audentibus, vllam nouitatem inuehere, olim & ab initio volentibus præter eccleſiaſticos Canones & conſtitutiones expoſitas a ſanctiſſimis patribus in Nicæa congregatis, imponere magnæ & ſanctæ Synodo finitionibus

ANNO CHRISTI 431. ad nihil vtilibus. Nam, ſicut diximus, non appuliſſet hodie magnificentiſſimus dux Dionyſius, eccleſiæ afflictæ curam habens, neque ea quæ ſibi non conueniunt, vſurpaſſet, neque eccleſiaſticis rebus ſe immiſcuiſſet, niſi a ſanctiſſimis, qui illic congregati erant, epiſcopis & clero ipſorum deceptus, putaſſet eam canonicam (quod etiam præcepta eius teſtantur) quam abſque eorum conſilio aduerſus epiſcopum Conſtantiæ Cypri metropolis habuit. Oramus autem & has literas magnificentiſſimi ducis legi, & præcepta, & omnia ſimul quæ in hac tragœdia commiſſa & facta ſunt, vt ex ipſis cognoſcat ſancta veſtra & magna Synodus intolerabilem vim factam. Etenim non vulgaris tumultus in tota metropoli ortus eſt. Præterea ſignificamus ſanctæ veſtræ Synodo, quod cum literis glorioſiſſimi ducis etiam diaconus ſanctæ Antiochenæ eccleſiæ miſſus eſt. Ideo obſecramus, & ad ſancta veſtra genua procidimus, vt canonica ſententia etiam nunc, ſicut initio a temporibus apoſtolorum, & conſtitutionibus & Canonibus ſanctiſſimæ & magnæ Synodi Nicænæ, illæſa & ſuperior *inſidiis & potentia* permanſit noſtra Cypriorum Synodus; ita & nunc per veſtram incorruptam & iuſtiſſimam ſententiam, etiam veſtra conſtitutione iuſtitiam nobis fieri cupimus.

Rheginus epiſcopus Conſtantiæ Cypri ſubſcripſi manu mea.

Zenon epiſcopus Curienſis ſanctæ eccleſiæ Dei Cypri ſubſcripſi manu mea.

Euagrius minimus epiſcopus Solenſis Cypri ſanctæ Dei eccleſiæ ſubſcripſi manu mea.

Rheginus epiſcopus inquit: Quoniam etiam præceptum offerimus magnificentiſſimi capitanei Dionyſii, ſcriptum ad illuſtriſſimum principem prouinciæ, oro vt & illius lectio fiat.

Sancta Synodus dixit: Legatur & illius magnificentiſſimi Dionyſii præceptum.

Flauius Dionyſius illuſtriſſimus & magnificentiſſimus vtriuſque exercitus magiſter, Theodoro illuſtriſſimo Cypriorum regionis præſidi. Regia auctoritas ob multas, & maxime eccleſiaſticas cauſas pientiſſimos epiſcopos, vt in Epheſo conueniant, diuinis apertis ſignatiſque lite-

ris præcepit. Quoniam autem cognouimus, episcopum Constantiensis ciuitatis e præsenti vita migrasse, & prædefinitum sibi diem impleuisse; necessarium hoc mandatum tibi transmittendum esse iudicauimus, vt ne quis absque scitu vel scripto pientissimæ Synodi audeat in locum defuncti nominare alium. Decet enim expectare formam, quam talium pientissimorũ episcoporum consensus præscribet. nam, vt diximus, harum rerum gratia prædicti pientissimi viri conuenire iussi sunt. Itaque si contentiosi turbas excitarent, partim tua grauitas, partim obtemperans illi exercitus eas auertere studeat, modisque omnibus prohibeat, & ne quem, vt dixi, progredi sinat, antequam pientissimi episcopi sua auctoritate approbent. Quod si hasce literas præuenerit incerti episcopi ordinatio, illum iuxta cæleste responsum regum in Ephesum, vt alios, venire iubeas: neque ignores, quod si aliter fieri approbaris, tu quidem auri libras quinque, exercitus vero alias tantas fisco inferre cogemini. Vt autem hæc, quæ iuxta pientissimorum episcoporum petitionem decreta sunt, scribantur, & celerem finem sortiantur, Maturium & Adelphium ab exercitu iussimus ob hoc ad illos legari. Datæ XII. Kalendas Iunii, Antiochiæ. ANNO CHRISTI 431.

Rheginus episcopus dixit: Est & aliud mandatum eiusdem magnificentissimi Dionysii, scriptum ad pientissimum clerum Constantiensis metropolis, quod & ipsum vt legatur oro.

Sancta Synodus dixit: Lectum & hoc inferatur in acta commentariorum.

Flauius Dionysius magnificentissimus & glorioſissimus comes, & dux vtriusque exercitus, ac proconsul, pientissimis clericis in metropoli Constantiæ Cypri. Nouit & vestra pietas, quomodo Augusti & *callinici orbis domini religiosissimos & sanctissimos episcopos in Epheso conuenire iusserunt ob multas alias, & maxime ob ecclesiasticas causas. Itaque quoniam ex ipsis sanctissimis episcopis qui hic conuenere, cognouimus quod beatissimus episcopus vester iuxta diuinam voluntatem obdormierit; operæ precium censui, vt significarem vestræ pietati, & admonerem, vt caueatis vobis, ne quis a quopiam in episcopum eligatur, vel ordinetur, (nam de hoc plane forma

*inuictissimi

ANNO CHRISTI 431. præscribetur) sed expectate sententiam, quæ illic danda est. Dignum sane & iustum, vt sancti patres ea quæ patres iubent, obseruent. Quod si quempiam ante literas nostras continget in sedem collocari, id quod non opinamur, illum cum pientissimis viris ad Ephesum, iuxta *regium *diuinum edictum, vt veniat admoneatis; non ignorantes quod laus sequetur obtemperantes, inobedientes autem etiam præsens conuenienter corriget scriptum.

Sancta Synodus dixit: Quoniam autem causa quæ mouit magnificentissimum & glorioſissimum capitaneum Dionysium vt hæc scriberet, obscurius in propositis habetur; manifestius doceant præsentes pientissimi episcopi sanctarum ecclesiarum quæ in Cypro, quid mouerit magnificentissimum capitaneum, vt hæc mandata emitteret.

Zenon episcopus ciuitatis Curiensis Cypri dixit: Etiam beatæ memoriæ Sapritius, qui mecum huc venit, eius rei gratia huc venit. Quoniam autem ex hac vita concessit, necessario nos docemus sanctam vestram & vniuersalem Synodum, quod ad suggestionem Antiocheni episcopi & cleri, magnificentissimus capitaneus principi & clero scripsit.

Sancta Synodus dixit: Quid volente Antiocheno?

Euagrius episcopus Solensis Cypri respondit: Subiicere insulam nostram, & ordinandi ius ad se rapere attentat, præter Canones & consuetudinem quæ iam olim inualuit.

Sancta Synodus dixit: Nunquamne Antiochenus visus est in Constantia ordinare episcopum?

Zenon episcopus Curii Cypri dixit: A sanctis apostolis nunquam possunt ostendere, quod adfuerit Antiochenus & ordinauerit, vel communicauerit vnquam insulæ ordinationis gratiam, neque alius quisquam.

Sancta Synodus dixit: Memor sit sancta Synodus Canonis sanctorum patrum in Nicæa congregatorum, qui conseruat vnicuique ecclesiæ priscam dignitatem. Hic etiam memor sit Antiochiæ. Docete igitur, an non ius ordinandi ex more veteri apud vos habet Antiochenus. CAN. 6.

Zenon episcopus dixit: Prius affirmauimus, quod nunquam vel adfuerit, vel ordinauerit, neque in metropoli,

neque in alia ciuitate; ſed Synodus noſtræ prouinciæ congregata conſtituebat metropolitanum: & oramus, vt veſtra ſancta Synodus ſua ſententia nobis conſentiat, & hæc ſtabiliat, ita vt vetus mos, ſicut hactenus robur habuit, ita & nunc habeat, & nullam nouitatem in noſtra prouincia fieri ſinat. ANNO CHRISTI 431.

Sancta Synodus dixit: Doceant & hoc pientiſſimi magiſtri, num Troilus ille ſanctæ ac beatæ memoriæ epiſcopus, qui nunc requieuit, vel ſanctæ memoriæ Sabinus, qui illum præceſſit, vel qui ante illos venerabilis Epiphanius, ab aliqua Synodo ordinati fuerint.

Zenon epiſcopus dixit: Et nunc memorati epiſcopi, & qui ante illos ſanctiſſimi epiſcopi, & qui a ſanctis apoſtolis erant, omnes orthodoxi, ab his qui in Cypro, conſtituti ſunt; & nunquam locum habuit Antiochenus epiſcopus, vel alius aliquis, ordinandi in noſtra prouincia.

Decretum eiuſdem ſanctæ Synodi.

Sancta Synodus dixit: Rem quæ præter eccleſiaſticas conſtitutiones, & ſanctorum patrum Canones innouatur, & omnium libertatem attingit, annuntiauit piiſſimus epiſcopus Rheginus, & qui cum eo piiſſimi epiſcopi prouinciæ Cypri, Zenon & Euagrius. Vnde quoniam communes morbi maiore egent remedio, eo quod maius damnum afferant, & maxime ſi non eſt vetus mos, quod epiſcopus Antiochenus ordinet in Cypro, ſicut libellis & propriis vocibus docuerunt religioſiſſimi viri, qui ad ſanctam Synodum acceſſerunt, habebunt ius ſuum intactum & inuiolatum qui ſanctis in Cypro eccleſiis præſunt, ſecundum Canones ſanctorum patrum, & veterem conſuetudinem, per ſeipſos ordinatio-

Ψῆφος τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου.

Η ἁγία σύνοδος εἶπε· Γράμμα παρὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς, καὶ τοῦ κανόνας τῶν ἁγίων* πατέρων καινοτομούμενον, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον, προσήγγελεν ὁ θεοφιλέστατος συνεπίσκοπος Ρηγῖνος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Κυπρίων ἐπαρχίας, Ζήνων καὶ Εὐάγριος. ὅθεν ἐπεὶ τὰ κοινὰ πάθη μείζονος δεῖται τῆς θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων πόλεως ἐν Κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες, κατὰ τοῦ κανόνας τῶν ὁσίων πατέρων καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας

* ἀποστόλων

ANNO CHRISTI 431.

τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἐπαρχιῶν παραφυλαχθήσεται· ὥστε μηδένα τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐπαρχίαν ἑτέραν, οὐκ οὖσαν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ, ἤγουν τῶν πρὸ αὐτοῦ χεῖρα, καταλαμβάνειν· ἀλλ' εἰ καί τις κατέλαβε, καὶ ὑφ' ἑαυτῷ πεποίηται βιασάμενος, * τοῦτον ἀποδιδόναι, ἵνα μὴ τῶν πατέρων οἱ κανόνες παραβαίνωνται, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας τύφος * παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων ἀνθρώπων ἐλευθεροτής. Ἔδοξε τοίνυν τῇ ἁγίᾳ * καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καθαρὰ καὶ ἀβίαστα τὰ αὐτῇ προσόντα δίκαια ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος· ἄδειαν ἔχοντος ἑκάστου μητροπολίτου τὰ ἴσα τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἐκλαβεῖν. εἰ δέ τις μαχόμενον τύπον τοῖς νῦν ὡρισμένοις προκομίσοι, ἄκυρον τοῦτον εἶναι ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ πάσῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ.

* ταύτην

* κοσμικῆς παρεισδύηται,

* ταύτῃ καὶ

Κανόνες τῶν διακοσίων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, τοῖς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τε καὶ πόλιν ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ.

ΣΥΝΑΧΘΕΝΤΩΝ ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ

nes religiosissimorum episcoporum facientes. Istud autem etiam in aliis diœcesibus, & in omnibus prouinciis seruetur, vt nullus piissimorum episcoporum aliam prouinciam occupet, quæ antea & ab initio sub sua vel antecessorum suorum potestate non fuerit: sed & si quis occupauerit, vel per vim sibi subegerit, ipsam restituat, ne patrum Canones prætereantur, neve sub sacerdotii prætextu mundanæ potestatis fastus irrepat; ne clam paulatim libertas amittatur, quam nobis donauit sanguine suo Dominus noster Iesus Christus omnium hominum liberator. Placuit igitur sanctæ & œcumenicæ Synodo, vt vnicuique prouinciæ pura & inuiolata, quæ iam inde ab initio habuit, sua iura seruentur, iuxta veterem consuetudinem; & liberum sit cuique metropolitano actorum exempla ad suam securitatem excipere. Si quis autem veterem typum contempserit, pœnam non effugiet: & si quis his quæ nunc decreta sunt, pugnantem typum attulerit, irritum esse decreuit sancta & vniuersalis Synodus.

Canones ducentorum sanctorum ac beatorum patrum qui Ephesi conuenerunt.

Sancta & œcumenica Synodus ex decreto piissimorum imperatorum Ephesi congregata, singularum prouinciarum ac ciuitatum episcopis, presbyteris, diaconis, & vniuerso populo.

CVM essemus Ephesi secundum pias (imperatorum) lite-

ras congregati, defecerunt quidam a nobis numero paulo plus triginta, defectionis suæ antesignanum Ioannem Antiochenum episcopum habentes. Horum nomina hæc sunt. Primus ipse Ioannes Antiochiæ Syriæ episcopus, Ioannes Damasci episcopus, Alexander Apameæ, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracleæ, Helladius Tarsi, Maximinus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emisæ, Polychronius Heracleopolis, Eutherius Tyanensium, Meletius Neocæsariensis, Theodoretus Cyri, Apringius* Calchedonis, Macarius Laodiceæ magnæ, Zosys Esbuntis, Sallustius Coryci Ciliciæ, Hesychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus Mutloblacæ, Eustathius Parnassi, Philippus Theodosiopolis, Daniel, & Dexianus, & Iulianus, & Cyrillus, & Olympius, & Diogenes, & Palladius, Theophanes Philadelphiæ, Tarianus Augustæ, Aurelius Irenopolitanus, Musæus Aradi, Helladius Ptolemaidis. Hi nullam omnino ecclesiasticæ communionis facultatem habentes, vt ex auctoritate sacerdotali cuiquam nocere vel prodesse possint, propterea quod etiam quidam ex ipsis sunt depositi, cum primis Nestorii & Cælestii sequi sententias manifeste ex eo sunt deprehensi, quod Nestorium nobiscũ condemnare noluerunt: quos sancta Synodus cõmuni decreto ab omni ecclesiastica cõmunione alienos esse statuit, & omnẽ sacerdotii functionẽ illis ademit, per quam aliquibus vel nocere vel prodesse poterant.

*Chalcidis,

Εφεσίων μητροπόλει, ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα μικρῷ πρὸς, ἔξαρχον τῆς ἑαυτῶν ἀποστασίας ἐσχηκότες τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην· ὧν καὶ τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. πρῶτος* οὗτος Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, καὶ Ἰωάννης Δαμασκοῦ, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας, Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως, Ἱμέριος Νικομηδείας, Φριτιλᾶς Ἡρακλείας, Ἑλλάδιος Ταρσοῦ, Μαξιμῖνος Ἀναζάρβου, *Θεόδωρος Μαρκιανουπόλεως, Πέτρος Τραϊανουπόλεως, Παῦλος *Ἐμίσης, Πολυχρόνιος Ἡρακλειωτῶν πόλεως, *Εὐθύριος Τυάνων, Μελέτιος Νεοκαισαρείας, Θεοδώρητος Κύρου, Ἀπρίγγιος *Καλχηδόνος, Μακάριος Λαοδικείας τῆς μεγάλης, Ζῶσις Ἐσβοῦντος, Σαλούστιος Κωρύκου Κιλικίας, Ἡσύχιος Καστάβαλης Κιλικίας, Οὐαλεντῖνος Μουτλοβλάκης, Εὐστάθιος Παρνασοῦ, Φίλιππος Θεοδοσιανῶν, Δανιήλ τε, καὶ Δεξιανὸς, Ἰουλιανός τε, καὶ Κύριλλος, Ὀλύμπιός τε, καὶ Διογένης, Θεοφάνης Φιλαδελφείας, *Τραϊανὸς Αὐγούστης, Αὐρήλιος Εἰρηνουπόλεως, Μουσαῖος Ἀράδου, Ἑλλάδιος Πτολεμαΐδος· οἵ τινες τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας μηδεμίαν ἔχοντες ἄδειαν ὡς ἐξ* αὐθεντείας ἱερατικῆς, εἰς τὸ δύνασθαί τινας ἐκ ταύτης βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν, διὰ τὸ καί τινας ἐν αὐτοῖς εἶναι καθῃρημένους, πρὸ πάντων μὲν τὰ Νεστορίου καὶ τὰ Κελεστίου φρονήματα ἐπιφερόμενοι σαφέστατα ἀπεδείχθησαν ἐκ τοῦ μὴ ἑλέσθαι μεθ' ἡμῶν Νεστορίου καταψηφίσασθαι· οὓς τινας δόγματι κοινῷ ἡ ἁγία σύνοδος πάσης μὲν ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀλλοτρίους ἐποίησε, πᾶσαν δὲ αὐτῶν ἐνέργειαν ἱερατικὴν περιεῖλε, δι' ἧς ἠδύναντο βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν τινάς.

ANNO CHRISTI 431.

* αὐτὸς

* Δωρόθεος

* Ἐμέσης,

* Εὐθύριος

* Χαλκίδος

* Ταρμενὸς

* αὐθεντείας

KANO-

ANNO CHRISTI 431.

ΚΑΝΟΝΕΣ.

α'.

ΕΠΕΙΔΗ ὴ ἐχρῆν κὴ τοὺς ἀποληφθέντας τ ἁγίας συνόδου, κὴ μείναντας κτ χώρας, *ἢ πόλιν διά τινα αἰτίαν ἢ ἐκκλησιαστικὴν ἢ σωματικὴν, μὴ ἀγνοῆσαι τὰ περὶ αὐτῶν πεπραγμένα, γνωρίζομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι κὴ ἀγάπῃ, ὅτι περ εἶπεν ὁ μακάριος πολίτης τ ἐπαρχίας, ἀποστατήσας τῆς ἁγίας κὴ οἰκουμενικῆς συνόδου, προσεθέλησε τῷ τ ἀποστασίας συνεδρίῳ, ἢ μετὰ τοῦτο προσεθήκη, ἢ τὰ Κελεστίου ἐφρόνησεν, *ἢ φρονήσῃ, οὗτος κτ τ τ ἐπαρχίας *ἐπίσκοπων διαπράξεσθαί τι οὐδαμῶς δύναται, πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας εὐθὺς ἤδη ὑπὸ τ συνόδου ἐκβεβλημένος, κὴ ἀνενέργητος ὑπάρχων· ἀλλὰ κὴ αὐτοῖς τοῖς τ ἐπαρχίας ἐπισκόποις, κὴ τοῖς περὶ μακάριον πολίτην, τοῖς τὰ τ ὀρθοδοξίας φρονοῦσιν ὑποκείσεται, εἰς τὸ παντὸς κὴ τοῦ βαθμοῦ *τ ἐπισκοπῆς ἐκβληθῆναι.

*αὐτῶν κὴ ὅσα τῶν ἀφεστώτων κὴ ὅσα ἐκεῖ.

*τῆς

β'.

Εἰ δέ τινες ἐπαρχιῶται ἐπίσκοποι ἀπελείφθησαν τ ἁγίας συνόδου, καὶ τῇ ἀποστασίᾳ προσετέθησαν, ἢ προσετεθῆναι, ἢ κὴ ὑποχάψαντες τῇ Νεστορίου καθαιρέσει ἐπαλινδρόμησαν πρὸς τὸ τ ἀποστασίας συνέδριον, τούτοις παντὶ κτ τὸ δόξαν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἀλλοτρίους εἶναι τ ἱερωσύνης, κὴ τοῦ βαθμοῦ *ἐκπίπτειν.

*ὑποπίπτειν.

γ'.

Εἰ δέ τινες κὴ τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἢ χώρᾳ κληρικῶν ὑπὸ Νεστορίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὄντων τῆς ἱερωσύνης ἐκωλύθησαν διὰ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν, ἐδικαιώσαμεν καὶ τούτοις ⓦ ἴδι ⓦ

CANONES.

I.

QVONIAM autem oportebat & absentes a sancta Synodo, moranteſque in vrbibus & prouinciis ob aliquod impedimentum, siue eccleſiaſticum, siue corporeum, non ignorare quæ de ipſis sunt conſtituta; ſignificamus ſanctitati veſtræ ac dilectioni, vt ſi quiſpiam metropolita prouinciæ, derelicta ſancta & œcumenica Synodo, aut acceſſit ad illorum defectionis conſeſſum, aut accedet in poſterum, siue cum Cæleſtio ſenſit, aut ſentiet, ipſe nihil amplius poterit agere aduerſus prouinciæ epiſcopos, vt qui iam inde a Synodo totius eccleſiaſticæ communionis expers ſit factus, & prorſus *inutilis: ſed & ipſis epiſcopis illius prouinciæ, circumque vicinis metropolitis recta ſentientibus ſubiacebit, vt omnino deiectus ſit * a ſede epiſcopatus.

*ad functiones inhabilis:

*etiam a gradu

II.

Si qui autem prouinciales epiſcopi a ſancta Synodo abfuerunt, & deficientibus adhæſerunt, aut adhærere tentauerint, vel etiam poſtquam ſubſcripſerunt Neſtorii depoſitioni, rurſus ad defectionis conſeſſum recurrerunt: iſtos placuit ſanctæ Synodo penitus alienos eſſe a ſacerdotio, & a gradu cecidiſſe.

III.

Si qui vero clerici in ſingulis vrbibus aut regionibus a Neſtorio & cum eo conſpirantibus, ſacerdotio prohibiti ſunt, quod recte ſentirent; iuſtum putauimus hos quoque proprium

gradum recipere. In ſumma autem clericos orthodoxæ & œcumenicæ Synodo conſentientes iubemus, eis qui defecerunt, aut defecturi ſunt, epiſcopis nullo pacto aut ratione ſubiectos eſſe debere.

IV.

Si qui autem clericorum defecerint, & auſi fuerint vel priuatim, vel publice quæ ſunt Neſtorii aut Cæleſtii ſapere, ſancitum eſt a ſancta Synodo iſtos quoque depoſitos eſſe.

V.

Quicumque autem ob turpia geſta ſunt a ſancta Synodo condemnati, vel a propriis eorum epiſcopis, quibus præter Canones Neſtorius, qui nullum rerum diſcrimen habebat, & qui cum illo eadem ſentiunt, reſtituere conati ſunt gradum vel communionem, aut conabuntur; iſtos cenſuimus nihil profeciſſe, & manere & eſſe nihilominus depoſitos.

VI.

Similiter autem & ſi qui velint ea quæ de ſingulis per ſanctam Synodum Epheſinam geſta ſunt, quocumque modo mouere: ſancta Synodus ipſa decreuit, ſi quidem epiſcopi aut clerici fuerint, eos omnino a proprio cadere gradu: ſi vero laici, excommunicatos eſſe.

Et ſubſcripſerunt omnes epiſcopi in (commentariorum) ſerie recenſiti.

ἀπολαβεῖν βαθμόν. κοινῶς δὲ τοῦ τῇ ὀρθοδόξῳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ *συμφρονοῦντας κληρικοὺς κελεύομεν τοῖς ἀποστατήσασιν ἢ ἀφισταμένοις ἐπισκόποις μηδόλως ὑποκεῖσθαι κατὰ μηδένα τρόπον.

ANNO CHRISTI 431.

* συμφωνοῦντας

δ'.

Εἰ δέ τινες ἀποστατήσαιεν τῶν κληρικῶν, καὶ τολμήσαιεν ἢ κατ' ἰδίαν ἢ δημοσίᾳ τὰ Νεστορίου ἢ τὰ Κελεστίου φρονῆσαι, καὶ τούτους εἴη καθῃρημένους, ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου δεδικαίωται.

ε'.

Οσοι δὲ ἐπὶ ἀτόποις πράξεσι κατεκρίθησε* ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, ἢ* ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, καὶ* τούτοις ἀκανονίστως κατὰ τὴν ἐν ἅπασιν* ἀδιαφορίαν αὐτοῦ ὁ Νεστόριος, *καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες ἀποδοῦναι ἐπειράθησε ἢ πειραθεῖεν κοινωνίαν, ἢ βαθμὸν, ἀνωφελήτους εἴη, καὶ μένειν καὶ τούτους, καὶ εἴη οὐδὲν ἧττον καθῃρημένους ἐδικαιώσαμεν.

* ἐπὶ
* ἐπὶ ἐπιδίδων
* τούτους
* διαφωνίαν
* ἢ οἱ τὰ

ϛ'.

Ομοίως δὲ καὶ εἴ τινες βουληθεῖεν τὰ περὶ* ἑκάστων πεπραγμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Εφέσῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ παρασαλεύειν, ἡ ἁγία σύνοδος ὥρισεν, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοὶ, τοῦ οἰκείου παντελῶς ἀποπίπτειν βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀκοινωνήτους ὑπάρχειν.

* ἑκάστου

Καὶ ὑπέγραψαν πάντες οἱ ἐν τῇ στάσει ἐπίσκοποι.

In Vaticanis libris, & nonnullis aliis, reperiuntur hi ſex Canones tantum: in quibuſdam vero additur ſub nomine VII. *Canonis, definitio eiuſdem ſanctæ Synodi poſt relationem Chariſii presbyteri edita, quæ ſuo loco habetur ſup. act. 6. pag. 669. & pro Canone* VIII. *aliud Synodi decretum de epiſcopis Cypri, quod poſt eorum petitionem ponitur paulo ſupra hac eadem act. pag. 782.*

ANNO CHRISTI 431.

Ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς σὺν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν σὺν Παμφυλίᾳ ἁγίαν σύνοδον, περὶ Εὐσταθίου τοῦ γνωμένου αὐτῶν μητροπολίτου.

Eiusdem sanctæ Ephesinæ Synodi epistola ad sacram Synodum in Pamphylia, de Eustathio, qui ipsorum metropolita fuerat.

ΜΕΤΑ βουλῆς παντὸς πράττειν, τῆς θεοπνεύστου λεγούσης γραφῆς, χρὴ δὴ μάλιστα τοὺς ἱερᾶσθαι λαχόντας μετὰ πάσης ἀκριβείας τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις ποιεῖσθαι διάσκεψιν. διαβιοῦν γὰρ οὕτως ἐθέλουσιν, ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος *κεῖσθαί τε καὶ κατ' αὐτοὺς, καὶ οἷον ὀχεῖσθαι τῶν κατ' εὐχὴν ἐπιφέρεσθαι συμβαίνει. καὶ πολὺ τὸ γε εἰκὸς ὁ λόγος ἔχει. ἀλλ' οἶδεν ἔσθ' ὅτε δριμεῖα καὶ ἀφόρητον λύπη καταστήσασα νοῦν καταθολῶσαί τε δεινῶς αὐτὸν, καὶ τῆς τῶν δεόντων ἀποκομίσαι σκέψεως, ἀναπεῖσαί τε τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, ὡς καὶ τῶν ὀνησιφόρων ἰδεῖν. τοιοῦτόν τι πεπονθότα τεθεάμεθα τὸν φιλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον Εὐσάθιον. κεχειροτόνηται μὲν γάρ, ὡς μεμύρτυρται, κανονικῶς· πεθορυβημένῳ δὲ, ὡς φησι, πρά τινων, καὶ ἀδοκήτοις περιστάσεσιν ἐμβεβηκὼς, εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπερισκεψίας ἀπηρτισμένων αὐτῷ δυσηνίας, παραιτήσεως ἐκ ἴσμεν ὅπως *προσκόμισε βιβλίον. ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικῷ φρονήματι, ταύτης

*ἰσ. φροντίδος.

CVM diuinitus inspirata scriptura dicat: *Sine consilio nihil facias;* eos in primis qui sacro aliquo in munere versari volunt, magna diligentia, omnique studio in id incumbere oportet, vt in omnibus rebus administrandis agendisq; summa adhibeatur consideratio. nam iis qui sic viuere volunt, in optima spe res eorum sitas esse, & veluti secundo cursu, quæ optant, succedere contingit. Et sane hæc non parum rationi consentanea est oratio. Verum interim solet incidere aliquando asper ac intolerandus dolor, qui mentem humanam subito aliquo percellat impetu, itaque eam perturbatam peruersamque reddat, vt & ab vtilium honestorumque indagatione abducatur, & ad ea quæ natura ad lædendum sunt comparata, specie bonitatis persequenda impellatur. Tale quiddam sanctissimo religiosissimoque viro Eustathio contigisse cognouimus. Rite enim ac secundum Canones, vt omnium testimonio probatur, ordinatus est. Postea vero, cum in tumultum a nonnullis, vt dicit, pertractus esset, subitisque ac insperatis vndique malis circumseptus (cum vsum in rebus gerendis admodum exiguum haberet) sustinere tam multas, tamque graues, quæ ei incumbebant, curas non vel- Eccl. 32. v. 24.

let, nec refutare eorum qui ipsum adorirentur, maledicta, cum posset; recusationis & abdicationis obtulit nescio quo pacto libellum: cum contra oportebat, eam, quam semel fidei suæ sacerdota-

lem curam commissam habuerat, fortitudine spiritali tenere, labores subire, ac animo volenti sudorem, cui merces proposita est, sustinere. Quæ diligentia quoniam in hoc aperte desiderata fuit, (id tamen ex exiguo rerum vsu potius, quam ex ignauiæ desidiæque vitio) necessitate adacta vestra pietas est, memoratum Dei amantissimum fratrem nostrum, ac in episcopali dignitate collegam, Theodorum elegit, qui curam ecclesiæ subiret. Indignum quippe fuisset, viduam manere ecclesiam; indignum, pastore carere Saluatoris nostri ouilia. Quoniam ergo flens rogatum venit Eustathius, cum sanctissimo Theodoro episcopo, non de ciuitate recipienda, non de ecclesia decertans, sed solum episcopalis nominis honorem ac vocationem expetens: hominis nos senectus sane commouit vniuersos; nec vt priuatas eius lacrymas, sed tamquam communes reputantes, inquirere studuimus, legitimamne passus esset memoratus vir depositionem, an scilicet de absurdis factis dictisve conuictus esset, obtrectantibus nonnullis aduersus ipsius existimationem. Itaque reperimus, hominem nihil huiusmodi perpetrasse, sed potius illi pro crimine recusationem officii vitio datam fuisse. Vnde neque pio vestro studio succensuimus, quo in illius locum conuenienter prædictus reuerendissimus episcopus Theodorus suffectus est: sed quia aduersus eius animum a negotiis gerendis remotum non admodum decertare oportuit, sed miserari potius senem, qui procul ab vrbe in qua natus fuerat, & a patriis ædibus tamdiu abfuisset; iustum re-

ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀνταποδύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶτα τῷ ἔμμισθον ἐθελοντὶ ὑπομεῖναι. Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ὀλιγώρως ἔχοντα παρέδειξεν ἑαυτὸν, οὗτο παθὼν ἐξ ἀπραγμοσύνης μᾶλλον, ἢ ὄκνου καὶ ῥαθυμίας, κεχειροτόνηκεν ἀναγκαίως ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τῷ εὐλαβέστατον καὶ θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Θεόδωρον, φροντιοῦντα τῆς ἐκκλησίας. οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον χηρεύειν αὐτὴν, καὶ ἐπιστάτου δίχα διατελεῖν τοῦ σωτῆρος τὰ ποίμνια. Ἐπεὶ δὲ προσῆλθε κλαίων, οὐ περὶ τῆς πόλεως, οὐδὲ τῆς ἐκκλησίας φιλονεικῶν τῷ μνημονευθέντι θεοσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Θεοδώρῳ, ἐξαιτῶν δὲ τέως τὴν τοῦ ἐπισκόπου τιμὴν καὶ κλῆσιν, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοινὸν εἶναι λογισάμενοι τὸ αὐτοῦ δάκρυον, ἐσπεύδομεν μαθεῖν, εἰ καθαίρεσιν ἔννομον ὑπομεμένηκεν ὁ μνημονευθεὶς, ἤγουν εἰ ἐπί τισι τῶν ἀτόπων ἐλήλεγκται παρά τινων καταφλυαρησάντων αὐτοῦ τῆς ὑπολήψεως. καὶ δὴ ἐμάθομεν πεπρᾶχθαι μὲν τοιοῦτον οὐδὲν, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ μνημονευθέντι ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν παραίτησιν. ὅθεν οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ἐμεμψάμεθα, χειροτονησάσῃ δεόντως εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον τὸν μνημονευθέντα εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Θεόδωρον. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρεσβύτην, ἔξω καὶ πόλεως τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν, καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἐν μακροῖς οὕτω γεγο-

ANNO CHRISTI 431.

ANNO CHRISTI 431.

νότε χρόνοις, ἐδικαιώσαμεν, καὶ ὠφείλομεν δίχα πάσης ἀνάγκης ἔχειν αὐτὸν τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, καὶ τὴν τιμήν, καὶ τὴν κοινωνίαν· οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντα ἱερουργεῖν ἐξ ἰδίας *αὐθεντείας· ἀλλ' ἢ ἄρα συμπαραλαμβανόμενον, εἴπερ ἐπιτρεπόμενον, εἰ τύχοι, παρὰ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου, καὶ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν εἰς Χριστόν. εἰ δέ τι βουλεύσοισθε χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ ἢ νῦν ἢ εἰς τὸ μέλλον πᾶσι, δεκτὸν καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

*αὐθεντίας· al. εἰ ἀρα

ctumq; esse definiuimus, vt absque omni contradictione & nomen retineat episcopi, & honorem, & communionem: ea tamen lege, vt neque ordinandi ipse auctoritatem habeat, neque in vlla ecclesia ex propria sacrificet auctoritate; nisi id sibi vel adiuuandi causa, vel concessionis ratione, affectu amoreque Christiano a fratre & coepiscopo, si ita contigerit, liberaliter deferatur. Quod si vos de eo melius quidpiam cogitabitis aut nunc, aut in posterum, gratum id etiam acceptumque sanctæ Synodo futurum est.

Definitio sanctæ & œcumenicæ Synodi Ephesinæ contra impios Messalianitas, qui & Euchetæ, & Enthusiastæ quoque appellantur.

De Euchetis vide Niceph. lib. 18 cap. 14.

VENIENTES ad nos pientissimi & religiosissimi episcopi Valerianus & Amphilochius, proposuerunt in communi considerandum de Messalianitis, hoc est, Euchetis, vel Enthusiastis, qui in Pamphylia versantur, vel quocumque nomine contaminatissima hæresis vocatur. At nobis considerantibus attulit pientissimus & religiosissimus episcopus Valerianus schedulam synodicam de illis compositam in magna Constantinopoli sub beatæ memoriæ Sisinnio: quæ vbi lecta, ab omnibus probata est, quod bene sit condita, recteque habeat. Et placuit nobis omnibus, & pientissimis episcopis Valeriano & Amphilochio, & omnibus Pamphyliæ & Lycaoniæ prouinciarum pientissimis episcopis, vt omnia quæ in synodica charta contenta, robur habeant, & nullo modo prætereunda; vt solida sint & ea quæ in Alexandria acta sunt; ita vt omnes, qui per vniuersam prouinciam hæretici Messaliani vel Enthusiastæ sunt, vel de eius hæreseos morbo suspecti, siue clerici, siue laici sint, conueniantur: & si quidem anathematizauerint, iuxta ea quæ in prædicta Synodo scripto pronuntiata sunt, in scriptis; si clerici fuerint, maneant clerici; si laici, ad communionem admittantur. Quod si renuerint anathematizare, si presbyteri vel diaconi

fuerint, vel in alio quopiam gradu eccleſiæ, excidant & a clero, & a gradu, & a communione: laici vero anathematizentur. Conuicti quoque non permittantur habere monaſteria, vt ne zizania diffundantur & creſcant. Hæc vt ſic agantur, omnes vires intendant pientiſſimi epiſcopi Valerianus & Amphilochius, ceterique reuerendiſſimi totius prouinciæ epiſcopi. Vnde ad hæc placuit, librum * pollutum illius hæreſeos, qui dicitur Aſceticon, anathematizari, quem attulerat religioſiſſimus & pientiſſimus Valerianus, vtpote ab hæreticis compoſitum. Similiter ſi quid illorum impietatem ſapiens apud pleroſque inueniatur, etiam hoc anathema ſit. Præterea dum conueniunt, quæ vtilia & neceſſaria ad concordiam & communionem & * diſpenſationem, manifeſte ſcriptis commendentur. Si autem quæſtio obꝓrta de his quæ in hoc negotio ſunt, & ſi quid difficile & ambiguum fuerit, quod pientiſſimis epiſcopis Valeriano & Amphilochio, ceteriſque per totam prouinciam epiſcopis non probatur, admotis ſcriptis omnia excutere debent. Et ſi relicti fuerint pientiſſimi epiſcopi vel Lyciorum, vel Lycaoniorum; non relinquatur tamen metropolitanus, prouinciæ cuiuſcumque fuerit. In commentarios hæc referenda, vt ſi qui opus habent iis, inueniant, quo etiam aliis ea diligentius exponant.

Anno Christi 431.

* pollutæ

* diſpoſitionem,

SVPPLEX LIBELLVS AB EVPREPIO epiſcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo epiſcopo Cœlenſi, ſanctæ Synodo oblatus.

Sanctæ & vniuerſali Synodo, gratia Dei & aſſenſu pientiſſimorum regum in Epheſiorum metropoli congregatæ, ab Euprepio epiſcopo Byzes & Arcadiopolis, & Cyrillo epiſcopo Cœlenſi.

VETVS mos viget in prouinciis Europæ, quod ſinguli epiſcopi duos vel tres ſub ſe habeant * epiſcopos: vnde Heracleæ epiſcopus ſub ſe habet Heracleam & Panion; epiſcopus autem Byzes, ſub ſe Byzen & Arcadiopolim; Cœlenſis vero ſimiliter habet Cœlan & Callipolin: porro epiſcopus Sabſadiæ ſub ſe habet Sabſadiam & Aphrodiſiadem. Itaque olim & ab initio eccleſias illas duo Europæ epiſcopi adminiſtrabant, & nunquam prædictæ ciuitates proprios acceperunt epiſcopos; ſed aliæ quidem

* *f.* epiſcopatus

ANNO CHRISTI 431. sub Heraclea fuerunt ab initio; Arcadiopolis autem fuit episcopi Byzensis; Callipolis similiter sub episcopo Cœlensi. Verum quoniam nunc *Phriuclas Heracleæ episcopus a sancta Synodo apostata factus, Nestorio, & cum illo sentientibus se addixit (suspicamur autem, quod nunquam vel ipse vlciscens tamquam hostes, vel qui cum ipso Heracleæ episcopatum administrant, veniant ad ordinandum episcopos, iuxta veterem & roboratam consuetudinem in memoratis ciuitatibus, quæ nunquam proprios episcopos receperunt;) itaque priscos mores & consuetudinem, quæ olim & ab initio viguit, commoueri propter nouitates cogitantes, oramus vestram pietatem, definitionem pronuntiari de ea re a vestra sancta magnaque Synodo, proprioque signaculo eam roborari; ita vt neque nos ecclesiis nostris priuemur, in quibus plurimum laborauimus; neque mos iam longo tempore confirmatus, a quopiam præmemoratorum commoueatur, fiantque bella & inordinationes, maxime inter episcopos Europæ. Cuius rei si compotes facti fuerimus, gratiam habituri sumus omnium Deo, qui hic vestram sanctitatem congregauit ad corrigendas ecclesias orbis.

*Fritilas

Sancta & vniuersalis Synodus dixit: Honesta petitio est pientissimorum episcoporum Euprepii & Cyrilli, quam ostendunt oblati libelli. Vnde & sanctis Canonibus, & externis legibus, * quæ veterem consuetudinem, nunc vim legis habent, nihil innouandum in Europæ ciuitatibus, sed iuxta veterem consuetudinem gubernentur ab episcopis, a quibus & olim; cum nullus etiamnum metropolitanus, qui alioqui sustulisset potestatem; neque postea futuris temporibus poterit aliquid a veteri consuetudine innouari.

Hæc mutila & depranata videntur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONCILI=
ORUM.
TOM. V.

269

Th
1001 a